TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1214**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Degani

De gratia Christi

1214

Gratia et veritas per Jesum Christum.
Joan. c. 1. v. 17.

Unus assumitur, et alter relinquitur, quia
Magna est Gratia Dei, et verax justitia Dei.
S. August. l. 1. oper. imperf. n. 39.

Tractatus
De Gratia Christi.
Præfatio.

De Gratia Christi
Libri V.

(1) Ut primum ex Augustissimo incarnationis mysterio, de quo anno superiore actum est, ad uberrimas Divinæ Gratiæ abundantias, quæ inde profluxit, me animo et cogitatione (2) converti; jucunditas argumenti, quo nullus suavius, nullum humano generi optabilius excogitari potest, me nimio gaudio perfudit. Benedictus, inquit Apostolus, Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in Cælestibus in Christo. Cum enim essemus natura filii iræ, et mortui peccatis; propter nimiam Charitatem suam convivificavit nos in Christo, per quem accessum habemus in Gratiam istam, in qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Sed terret quod dictum est Moysi: miserebor, cujus misereor, et misericordiam præstabo cujus miserebor. Non igitur volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, qui cujus vult miseretur, et quem vult indurat. O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! Quisquis es, pergit Augustinus, si inscrutabilia scrutari venisti, et investigabilia investigare venisti, crede, jam periisti (serm. 27. de versiculis psalm. 95.). Hæc curiosius investigantes Pelagiani naufragium fecerunt; in hunc scopulum Massiliensium audacia impingens demersa est in profundum; et quotquot Prædestinatianorum nomine ubique sunt diffamati in oppositam syrtim illidentes infeliciter perierunt. Horum omnium naufragium nos e littore spectantes, absit, ut ad ea propius accedamus, quorum meliorum cum summo Gratiæ vindice (ibid.) fidelem ignorantiam, quam temerariam scien-

(1) Quotiescunque

(2) confero; toties

tiam confitemur. In eo dumtaxat nostra versabitur industria, ut quæ nobis retegere dignatus est Dominus, sanctorum Patrum, ac præsertim Augustini, et Thomæ vestigiis inhærentes exponamus, et quoad ejus fieri poterit, claro in lumine collocemus. Quoniam vero citra accuratam Hæreticorum doctrinæ notitiam Ecclesiæ fides neque ab incertis scholarum opinionibus satis discerni, neque adversus Sectarios pro dignitate sustineri potest; principio veterum ac recentiorum Novatorum fabulas, quas Ecclesia proscripsit, recensebimus; eorumque fraudes et malos dolos aperiemus. Tum ex felicissimo innocentiæ statu in luctuosissimam peccati servitutem naturæ humanæ prolapsionem expendemus; indeque majorem divinæ Gratiæ necessitatem propugnabimus. Hæc Gratiæ natura, efficacitas, ejusdemque liberrima distributio consequetur. Denique illius fructus complectemur in impii justificatione, per quam Filii Dei nominamur et sumus, necnon in merito bonorum operum, quibus cælestem hæreditatem nobis comparamus. Consultius sane cuipiam videri posset, in secreto cordis omnem operam et studium impendere ad sese divinæ Gratiæ divitiis locupletandum, quam inter scholarum strepitus ejusdem misteria pertractare. Sed cum illud omnibus, vero nobis etiam istud demandatum sit, ne ab alterutro munere discedamus, intueamur identidem, et imitemur Prophetam, qui aperiens os suum attraxit spiritum; aperuit autem, ut commentatur Augustinus, petendo, quærendo, pulsando, et sitiens hausit spiritum bonum, unde faceret quod per se ipsum non poterat. (Serm. 27. enarr. in psal. 118.)

Liber I.

Historia Pelagianorum, et Praedestinatianorum

Caput I.

Praemissa divinae Gratiae notione, disseritur de Pelagio, Caelestio, et Juliano, eorumque praecipui errores recensentur. De interni Christi Gratiae necessitate, non de inexpugnabili ejusdem vi Catholicos cum Pelagianis disputasse ostenditur.

I. Qui vel mediocriter in divinis eloquiis fuerit versatus, facile perspiciet Gratiae vocabulo plures, atque admodum inter se diversas subjectas esse notiones. Interdum enim significat oris venustatem, [a] ut Prov. ult. v. 30 Fallax gratia, et vana est pulchritudo; aliquando sermonis elegantiam et suavitatem, [b] veluti psalm. 44. 3 Diffusa est gratia in labiis tuis; frequenter amorem et benevolentiam, qua quis alteri gratus est et acceptus; quo sensu Genesis [c] 39. 4 Joseph dicitur invenisse gratiam coram Domino suo, saepe gratiarum actionem et remunerationem pro acceptis beneficiis, quemadmodum 2. Reg. 2. 6. ubi David inquit: [d] ego reddam gratiam eo quod fecistis verbum istud. Sed istae gratiae significationes parum ad nostrum institutum pertinent. Magis apposite et accomodate ad hanc tractationem Gratiae nomine, sicut etiam vocis etymologia praesefert, intelligimus donum, seu beneficium gratis concessum, idest ex mera benignitate, non ex justitia, aut ex praeviis meritis collatum. Si autem gratia, inquit Ap. Rom. xi. v. 6, jam non ex operibus alioquin gratia jam non est gratia. Cum autem ipsa creatio, conservatio, liberum arbitrium, ceteraque bona naturalia gratis a Deo nobis fuerint collata, in hac ampla significatione [e] totidem gratia poterunt appellari. Quare s. Aug. epist 177, alias 95 ad Innoc. s. Pontif. jure pronuntiavit, quadam non improbanda ratione dici gratiam Dei, „ qua creati sumus, ut... et essemus, et viveremus, „

et sentiremus, et intelligeremus, et de hoc tanto beneficio Creatori nostro gratias agere valeamus; quia non præcedentibus aliquorum bonorum operum meritis, sed gratuita Dei bonitate donata sunt. Nec quisquam hujusmodi gratiam unquam inficiatus est, qui Atheus non fuerit. imo Pelagius gratiæ capitalis hostis dum videbatur ad opera salutaria gratiæ necessitatem concedere, nihil aliud intelligere hac voce nisi creationis beneficium, vel liberum arbitrium, concilii Palestini Patres decepit. Nullam ē aliam Dei gratiam intelligere potuerunt, ut ait epist. advertit s. Aug., nisi quam in libris Dei legere et populis Dei prædicare consueverunt. Illam vero gratiam, qua creati sumus homines, etiamsi ita appellandam non immerito intelligimus, mirum est tū, si ita apellatam in ullis legitimis Propheticis Evangelicis, Apostolicisque litteris legimus. Sed illam gratiam, ut pergit s. P., Apostolica doctrina isto nomine appellat qua salvamur, et justificamur; qua justificamur ab iniquitate, qua salvamur ab infirmitate.

II. Accuratam igitur Gratiæ Salvatoris, de qua sumus acturi, hanc definitionem habete: donum Dei gratuitum, supernaturale a Deo per merita Redemptoris nostri creaturæ rationali concessum in ordine ad vitam æternam. Dicitur 1. donum gratuitum, ut ostendatur non rependi præcedentibus meritis, sed gratis dari, ut gratia esse possit. Dicitur 2. donum supernaturale, idest supra exigentiam et debitum naturæ, ut secernatur a donis naturalibus, per quæ homo non ordinatur ad Deum intuitive videndum, sicut ordinatur per gratiam theologicam. Dicitur 3. a Deo per merita Redemptoris concessum, ex quo exprimitur tum causa efficiens, nempe Deus, tum meritoria, videlicet Christus, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, de cujus plenitudine accepimus omnes, et in omnibus divites facti sumus ut nihil nobis desit in ulla gratia. Dicitur 4. creaturæ rationali concessum

ex quo gratiæ subjectum innititur, scilicet homo, aut etiam Angelus, in eorum sententia, qui affirmant Adamum innocentem, et Angelos gratia Redemptoris fuisse donatos. Dicitur tandem in ordine ad vitam æternam, quia gratia est semen gloriæ cælestis, ad quam homo per gratiam elevatur, movetur, et disponitur. Hinc joann. 4 gratia nuncupatur fons aquæ salientis in vitam æternam.

III. Gratia ita descripta varias hactenus partitiones 3
obtinuit, quarum celebriores breviter persequamur. Principio in gratiam internam, et externam tribuitur. Illa in ipso animæ sinu recipitur, eamque interius afficit, seu inhærendo ut gratia sanctificans, seu movendo duntaxat per aliquam illustrationem, aut inspirationem. Altera ea dona complectitur, quæ extra animam existunt, quæ tamen ad vitæ sanctitatem adjuvamen, qualia sunt Verbi Dei prædicatio, Christi miracula et exempla, aliorum præclara facta.

Alia est gratiæ partitio in gratiam gratis datam, et 4
gratiam gratum facientem. Hæc quamquam et ipsa gratuito detur, præcipue tamen in ejus utilitatem, qui eam accipit conceditur: ejusmodi sunt illæ mentis illustrationes, piæque voluntatis motiones, quas modo commemorabam. Illa vero maxime in aliorum commodum ordinatur. Hujus generis novem recenset Apost. 1. ad Cor. 12: <u>Alii per Spiritum datur sermo Sapientiæ</u>, alii sermo scientiæ <u>secundum</u> eundem spiritum: alteri fides in eodem spiritu: alii gratia sanitatum in uno spiritu: alii operatio virtutum, alii <u>prophetia</u>, alii discretio spirituum, <u>alii genera linguarum</u>, alii interpretatio sermonum. Gratia gratum faciens in actua- 5
lem, et habitualem dividitur. Habitualis seu sanctificans per modum habitus permanentis conceditur, cujus effectus præcipuus et formalis est hominem reddere sanctum, Deo acceptum, ejusque amicitia, et adoptione dignum. De hac loquutus est Christus joan. 14. <u>Si quis diligit me sermonem meum servabit</u>, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus.

et Apostolus 1. Cor. 6: qui adhaeret Domino unus spiritus est. Actualis vero sita e in auxiliis transeuntibus, quae modo intellectum illuminant, modo voluntatem accendunt, modo praestant utrumque. Quos effectus enumerans Aug. lib. de Gratia Christi cap. 12 ait: = qua gratia agitur, non solum ut facienda noverimus, verum etiam ut cognita faciamus; nec solum ut diligenda credamus, verum etiam ut credita diligamus =. Multipliciter vero gratiam actualem partiri solent Scholastici, aliamque nempe dicunt esse praevenientem et subsequentem; in aliam operantem, et a cooperantem; aliam in excitantem, et adjuvantem; aliam in praeparantem et perficientem. Sed harum omnium non aut eadem e notio, aut ~~profecto non~~ ita diversa, ut in singulis expendendis sit immorandum. Itaque gratiam praevenientem, operantem, excitantem, et praeparantem eam appello, quae nobis physice quidem non tamen libere simul cum Deo agentibus confertur, subsequentem, cooperantem, adjuvantem, perficientem eam nomino, quae nostrae felicitatis negotium ita promovet, ut nos etiam libero nostro arbitrio simul cum ea illud peragamus. Ad priorem revocatur illud Apoc. 3. v. 20. Ecce sto ad ostium et pulso, et illud psalmi 58. v. 11. Misericordia ejus praeveniet me. Ad posteriorem respicit Psaltes Regius 22. 6. Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitae meae. et Apost. 1. Cor. 15. 10. non ego autem, sed gratia Dei mecum. Omnia vero complectitur Trid. sess. 6. cap. 16 his verbis: = ipse Christus Jesus, tamquam caput in membra, et tamquam vitis in palmites, in ipsos justificatos jugiter virtutem influit; quae virtus bona eorum opera semper antecedit, et comitatur, et subsequitur, et sine qua nullo
7 pacto Deo grata et meritoria esse possent =. Dividitur tandem in sufficientem et efficacem. Nominatur efficax illa, quae suum consequitur effectum. Sufficiens vero, prout opponitur efficaci, illa dici consuevit, quae licet ex hominis malitia non sortiatur effectum, ad quem obtinendum ordinatur, veram tamen potestatem ad illum consequendum impertit. Sed de sufficienti et efficaci fusius sequentibus lectionibus. Nunc de Pelagio, ejusque asseclis gratiae inimicis

De Pelagio.

IV. Pelagius saeculo 4to in Britannia natus Monasticam vitam, licet simplex laicus, non in eremo, aut in coenobio, sed domi suae amplexus externa morum integritatis, et sanctitatis specie in s. Augustini, Paulini Nolani, aliorumque illustrium virorum notitiam, ac prope familiaritatem venit. Licet s. Hier. Pelagium indoctum appellat, ejus tamen ingenium s. Aug. qui hunc optime novit, fortissimum, celerrimum, et acutissimum fuisse affirmat. Litigiosum est, versipelle, sinuosum, innumeris fraudibus deditum manifestant varii illi flexus, et doli, quibus erroris sui caput tegere nitebatur. Plures s. Hier. auctoritate innixi haeresim Pelagium ex Origene hausisse contendunt, quamvis Origenes in hac parte suos habeat defensores, inter quos doctissimum Borruetium. Marius Mercator refert Pelagium edoctum fuisse a quodam Ruffino, cujus auctoritate Caelestius Pelagii amicus in Conc. Carthaginensi suos errores tuebatur. Quisnam fuerit Ruffinus iste, gravissima lis est inter Eruditos. Communis olim sententia ferebat fuisse Aquilejensem, qui propter acerrimas cum s. Hier. controversias fuit longe notissimus. Sed alium ab Aquilejensi censent Ceillier Hist. etc. t. 10. c. 1. a. 1. Fleury H. E. l. 23. n. 1 Orsius H. E. l. 25. n. 42. P. Bernardus de Rubeis de pecc. orig. c. 5. Pelagius virus non ante prodidit, quam a quodam Episcopo legi audisset verba illa s. Augustini lib. 10 Confessionum c. 19. = da quod jubes, et jube quod vis =. Ea est, ut idem s. D. perhibet lib. de dono perseverantiae c. 20 = ferre non potuit, et contradicens aliquanto commotius, pene cum eo, qui ea commemoraverat, litigavit =. Mox tamen ut se collegit, acerbius dictas emollivit, atque ne quam amicis de se porro suspicandi causam praeberet, opiniones suas, quas ipse cautior varius promebat, spargendas in vulgus Discipulis commendavit. Haec Romae, ~~circa~~ quo desiderio loca sancta invisendi se contulerat, circa ann. 405. accidevunt.

+ illustri genere natus, sed vitio naturae eunuchus.
De ejus origine dissentiunt eruditi.

Hippon regius, Episcopatu s. Aug. celebris in Africa urbs
[illegible]

S. Augustinus Carthagine valde fermentata synodo cui
ipse non interfuit scripsit etc.

[illegible] in oriente non multo post versaretur; g
[illegible]

V. Cælestius inter Pelagii discipulos facile princeps†
Hic adeo pro Pelagiana hæreseos dilatatione labora-
vit, ut hujus sectæ homines quandoque etiam Cælestia-
ni dicti sint, imo sub hoc nomine in Conc. Ephesino da-
mnati. Pelagius ut majora suis dogmatibus incre-
menta accerseret cum Cælestio in Siciliam primum, tum
in Africam trajecit ac post exiguam Hippone regio moram
Carthaginem concessit. Ea in statione relicto Cælestio
ipse in orientem profectus est. Ille larvas sui Magistri
de se spes ut expleret Cælestius, ac si fieri posset supe-
raret; illud brevi obtinuit, ut quocumque se verteret,
auditorum, admirationemque magnam post se turbam
traheret. Ipse ingenio imprimis acuto valens, et
sermone ad fallendum accomodato adeo auditores sibi
devinxit, ut eos in partem quam vellet, facile deflecteret.
Carthagine tunc s. Aug. comprimendo Donatistarum
schismati intentus agebat. In sinodo a Paulino Diaco-
no Cælestius accusatur, et pertinaciæ convictus æquissi-
mo omnium judicio damnatus è, et Ecclesiæ communione
privatus anno 412. ~~Terminata Synodo~~ Aug. ~~Carta-~~
~~gine redux ad Marcellinum~~ scripsit ad Marcellinum
duos libros de peccatorum meritis et remissione, que
prodromi essent tot aliorum, quibus Pelagianos erat
profligaturus, ~~actis synodi acta recensuit~~, et sparsis
per Africam erroribus acre illud, ac diuturnum bellum
indixit, in quo, ut ait s. Prosper contra Collator. c. 1.
per 20 amplius annos contra inimicos gratiæ Dei
Catholica acies hujus viri ductu pugnavit, vicitque

VI. Non meliore fortuna in oriente versatus est
Pelagius. Externa pietatis specie gratiam Joannis
Episcopi Hierosolimitani aucupavit. Sed aderat forte
fortuna in Palestina Paulus Orosius Tarraconensis
Presbiter, eo ab Augustino missus, ut s. Hier. consule-
ret de origine animæ. Hic hæresim serpentem detegens
sese statim opposuit, et ab Joanne Hierosolimitano Syno-
dum celebrari curavit: in qua tamen Pelagio errores
suos caute dissimulante nihil definitum est, at silentio
utrique parti imposito res ad Innocentium I Rom. Pontifi-

venissa. Sed antequā Roma responsa venissent, Pelagius rursus de haeresi fuit postulatus. Accusatores fuerunt Eros Arelatensis, et Lazarus Aquensis Gallicani Episcopi sui sedibus culpa non sua pulsi; dū ad sacra loca visitanda festinant, quos parvū partim rumore intellexerant, partim ex Pelagii, Caelestique libris excerpserant errores Eulogio Caesariensi Palestinae Metropolitae tradito libello denuntiant. Virorū adeo illustrium auctoritas facile persuasit Eulogio, ut et libellū susciperet, et indicta Diospoli Sinodo non solū Pelagiū, sed etiā excelsos Episcopos adesse juberet. Interea horū altero in aegritudinē lapso cum neque alter charitatis officiis praepeditus ad constitutū diē venisset; commode ea res cessit Pelagio. In synodo ē, ad quā 14 episcopi convenerant, nemo unus fuit, qui accusatoris partes sustineret. Igitur quo minus cognitum se judicibus intellexit, eo fidentius ad solitas fraudes conversus ad objecta sibi capitula ex ordine respondit, et Catholicus pronuntiatus fuit.

VII. Hoc Synodi exitu, quasi parta victoria inso- 90.
lens Pelagius multo audacius impiā doctrinā disseminabat. At Patres Africani de gravissimo discrimine, in quo fides versabatur, admoniti Synodo 68 episcoporū Carthagine congregata anno 416 Praeside Aurelio Carthaginensi Pelagianā haeresim quam ante quadrienniū in Caelestio damnaverant, iterū proscripserunt; atque ut proscriptionis decreto irrefragabilis vis inesset, ipsū ab Innocentio primo Apostolica auctoritate confirmari curarunt. Et rursus in alio Conc. Milevitano 61 episcoporū judicio eadē causa pertractata ē, et Pelagius iterato proscriptus, quod itidē judiciū Romā transmissum ē ab Innocentio confirmandū. Porro Innocentius re mature perpensa haeresim apostolico fulmine prostravit. Hinc S. Prosper cecinit: pestē subeuntem prima recidit Sedes Roma Petri. Et S. Augustinus serm. 131. n. 10 de verbis Apostoli:

In Diospolitano Concilio damnati sunt 12. articuli Pelagii; ipse autē Pelagius absolutus, quod singulos illos articulos damnavit et ipse, seu negando esse suos, seu gratiae nomine intelligendo lib. arb. gratiae non praeponendo libero arbitrio, sed infideli credulitate postponendo.

jam de ea causa duo Concilia missa sunt ad sedem Apostolicam: inde etiam rescripta venerunt. Causa finita est: utinam et error aliquando finiatur=

11. VIII. Hoc fulmine minime perterriti sunt Novatores, sed ea severterant pertinaces, ut nulla sua culpa se Romæ damnatos, si possent, persuaderent. Primus negotium id sibi sumpsit Cælestius, qui damnatus jam nuper in Africa, quum neque Carthagine, neque Ephesi consistere diu potuisset; Constantinopoli vero, quo se demum receperat, Attici Religiosissimi ejus urbis Episcopi solicitudine tum admodum excedere cogeretur, properato itinere Romam evolavit. Sublatus interim e vivis erat Innocentius; eique Zozimus suffectus. Hunc adit intrepidus, quasque de se Apostolicæ Sedi ingectas esse suspiciones nosset, purgaturum se venisse dixit; tantumque callidiitate valuit, ut Zozimus dubitavit, eum præcipiti judicio ab Africanis fuisse condemnatum. Dubitavit, inquam, non id pro certo illud habuit. Quamobrem eum a sententia excomunicationis minime absolvit; sed paulo acerbioribus literis Africanos Episcopos præcipitantiæ accusans, se ad absolvendum Cælestium paratum esse declaravit, nisi intra secundum mensem ejus accusatores Romam venientes impactas criminationes certis argumentis comprobarent. Hæc acta sunt anno 417. Magis etiam in sua suspicione confirmatus est Zozimus, accepto circa idem tempus Pelagii supplici libello, quo suam fidem probare nitebatur, adjunctis etiam Praylii Jerosolimitani Episcopi commendatitiis, quibus causæ
12. Pelagii enixius patrocinabatur. Zozimi literæ ut primum in Africam perlatæ fuerunt, impetrato spatio paulo majori, quam præscripserat Pontifex, in plenario totius Africæ Concilio [†] 2[?]4 Patrum, octo aut ut aliis placet 9 canonibus erroneam Novatorum doctrinam iterum condemnarunt. Et excavata epistolæ, quæ fraudes Hæreticorum detegebant, ambigua dicta explicabant, et totius rei seriem aperiebant, omnia Romam perferenda Marcellino Subdiacono tradiderunt. [†] Hæc ubi Zozimus accepit, Prædecessoris sui Innocentii sen-

Margin: [†] Pro- sper. 214. [illegible] 224.

Margin: variat historia tomo 10. oper. S. Aug. præfixa p. 22. 23

Note: eodem anno quo commemoratum Concilium coactum fuit scilicet anno 418 iterum Patres 224 et Photius scripsit [illegible] ... iterum proscripserunt Pelagianos. Cognita [illegible] ... et Africanorum ...

tentiam approbavit, Pelagium, et Celestium repetito anathemate percussit; atque ne solitis sibi fraudibus illudere deinceps umquam possent, Epistolam Tractoriam ad universos Orbis Episcopos misit, ab omnibus subscribendam. Decretum denique ab Honorio Augusto impetravit, quo Pelagius et Celestius (hic ab Afris sibi timens clam Roma discesserat) ex urbe, si eam ingrederentur, quamprimum ejici, eorum vero sectatores facultatibus omnibus exui, ac perpetuo multari exilio jubebantur.

IX. Tot apetita telis heresis profligata penitus videri poterat, nisi reperti fuissent nonnulli, qui eam prostratam una cum fortunis suis erigere, et fovere tentarunt. Octodecim Episcopi Zozimi epistolae subscribere recusarunt; qui postquam suis sedibus ejecti, omnique Italia deturbati fuissent, ausi sunt, teste Augustino postulare, ut eorum causa Orientis, et Occidentis Synodus cogeretur: quasi nulla heresis aliquando, nisi Synodi congregatione damnata sit, cum potius rarissime inveniantur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit. Ceterum neque Oecumenica Synodus de eorum erroribus diu desiderata est. Ephesina enim anno 431. contra Nestorium celebrata act. 5. et 7. can. 1. et 4. Pelagii, et Celestii, quibus amicitia conjunctus erat Nestorius, dogmata anathemate percussit. Inter recensitos contumaces Presules eminebat Julianus Eclanensis in Campania Episcopus, illustri loco natus, ingenio praestans, linguarum peritia, stili elegantia; et multa eruditione perpolitus. Hic studio Pelagianae hereseos adeo in transversum actus est, ut ex eo tempore totius belli summam in se susceperit, et pluribus editis libris, atque laboribus exantlatis infeliciter celebris factus est Anno 421. ex Italia pulsus in Orientem migravit, et Celum saepe mutare coactus, extorris tamquam alter Cain, post Ecclesiam annis circiter 38 fede turbatam misere obiit in ignobili Siciliae oppido anno 454. 13

Pelagij errores.

14 X Nemo Pelagij errores nosse potuit melius Augustino, qui propius eos inspexit, et toties cum Pelagianis congressus est. Itaq Aurelius Epo. 188, alias 106 ad Paulinum scripta circa annum 417, c:9 haec objecta fuisse refert Pelagio in synodo Palestina, quae nisi remota omni tergiversatione anathematizaret ipse anathematizatus exisset „ Objectum est eum dicere primo: quia Adam, sive peccaret sive non peccaret, moriturus esset. 2do: Quod peccatum ejus ipsum solum laeserit, et non genus humanu 3° Quod infantes nuper nati in illo statu sint in quo Adam fuit ante praevaricationem 4to Quod neq per mortem vel per praevaricationem Adae omne genus humanu moriatur, neq per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgat. 5° Infantes etiam si non baptizentur habere vitam aeternam. 6° Divites baptizatos, nisi omnibus renuntient, si quid boni visi fuerint facere, non reputari illis, nec eos habere posse regnum Dei 7° Gratiam Dei, atq adjutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege, atq doctrina. 8° Dei gratiam secundu merita nostra dari „ 9°: Filios Dei non posse vocari, nisi omnino absq peccato fuerint effecti. 10. Non esse liberum arbitrium, si Dei indiget auxilio quoniam in propria voluntate habet unusquisq facere aliquid, vel non facere. 11. Victoriam nram non ex Dei adjutorio esse, sed ex libero arbitrio. 12 Quod poenitentibus venia non detur secundum gratiam, et misericordiam Dei, sed 2dum meritum, et laborem eorum, qui per poenitentia digni fuerint misericordia „ Sunt et alii

nonnulla, quæ contra fidem docuit Pelagius.
Sed quoniam pleraq. ad jam recensita pos:
sunt revocari, ea missa facio. Hæc vero om: 15.
nia, qui memoriæ non potest mandare, tres
saltem articulos ex eodem Augustino lib: de
Dono Persev: cap. 2. retineat „ Tria sunt,
inquit S. Doctor, quæ maxime adversus eos
Catholica defendit Ecclesia. Quorum unum
e gratiam Dei non secundum merita nostra
dari, quoniam Dei dona sunt, et Dei gra:
tia etiam conferuntur merita universa ju:
storum. Alterum in quantacunq. justitia
sine qualibuscunq. peccatis in hoc corrupti:
bili corpore neminem vivere. Tertium est
obnoxium nasci hominem peccato primi ho:
minis, et vinculo damnationis obstrictum,
nisi reatus, qui generatione contrahitur,
regeneratione solvatur „ Porro his tribus
Catholicæ fidei articulis tria summa capi:
ta opponuntur hæresis Pelagianæ.

De Pelagianæ hæresis impugna:
toribus, ejusq. condemnatione.

XI ... Qui contra Cælestium nova dogma: 16.
ta in Africa spargentem veluti classicum
insonuit, fuit Paulinus Diac: S. Ambro:
sii. Eum imitati sunt præter alios Orosius,
duo Episcopi Gallicani Eros, et Lazarus,
qui in Palæstina se se Pelagio opposue=
runt; nec prætermittendus est S. Germa
nus Altissiodorensis Episcopus, qui simul
cum S. Lupo, et iterum cum S. Severo Tre:
virensi in Britaniam missus est ad Pela:
gianam hæresim extirpandam. Sed qui
contra Pelagianos scriptis maxime in:
claruerunt, sunt Sancti Hieronymus, et
Augustinus, quibus etiam addi debent Oro:
sius, Sixtus, et Marius Mercator; ita
tamen ut Augustino potissimum duce Ec:
clesia

clesia triumpharit. Trium posteriorum pauca sunt opuscula. Hieronymus autem cum jam Pelagianos tribus dialogis exagitare cœpisset, visis primis Aug: Operibus, pedem a certamine retraxit „ Supersedendum, inquit in fine 3tij dialogi, huic labori censeo, ne dicatur mihi illud Horatij: in Sylvam ne ligna feras „. Profecto tot sunt Aug: volumina, tanto studio, et tam gravi eruditione ellaborata, ut nihil gravius, aut perfectius in hoc argumento possit desiderari.

17. **XII.** In Pelagianorum condemnatione omnino vigintiquatuor Concilia enumerat P. Garnerius. Præcipua autem sunt Cartaginense celebratum an. 412, Jerosolymitanum an. 415, Diospolitanum eodem anno, Carthaginense an. 416, Milleritanum eodem anno, Romanum sub Zozimo an. 417, tria Aphricana cum an. 417, et duo reliqua an. 418. Demum in synodo Generali Ephesina an. 431 peremtoria eorumdem damnatio uno ore conclamata est. Ecclesiastica auctoritati, etiam secularis potestas accessit. Nam præter Honorium supra comemoratum, et Constantium a quo Cælestius, et cæteri Pelagiani extra centesimum ab Urbe lapidem degere jussi sunt, Valentinianus tertius, seu potius Placidia ejus Mater an. 425 constitutionem edidit, qua omnes Episcopi Pelagiana lue infecti jubebantur suis ædibus exturbari. Demum an. 430 Theodosius junior Cælestium Julianum, cæterosq Pelagianos Regia Urbe expulit. Quamobrem recte Gelasius Pp. Pelagium, Cælestium, eorumq asseclas dicebat tam Ecclesiasticis constitutis, quam Imperialibus percussos fuisse præceptis.

18 XIII. Sed quod jam a tot sæculis protulit Augustinus, nris etiam temporib. potest usurpari - Pelagianorum causa finita e, utinam et error aliquando finitus esset. At cum profani Philosophi Bellius, Voltairius, aliiq, nec non omnium hæreticorum teterrimi Sociniani peccatum Originale veluti quoddam morosorum hominum deliramentum diñæ justitiæ, atq providentiæ aperte contrarium traducere cœperint; errores omnes, quos veteres illi Eterodoxi propugnabant, veluti quædam rejecti dogmatis consectaria in Scenam revocarunt.

Alij ex adverso rejectis Pelagianorum erroribus, dum peccati Originalis cladem, et diñæ gratiæ vim, et efficacitatem nimium extollunt, in contrarios scopulos impingentes humam voluntatem libero arbitrio spoliarunt, et inexpugnabili necessitati subjecerunt. Utrosq ~~Sequen~~ hoc anno refellemus. 29. Nunc quæstiones nonnullas ad Pelagianam historiam pertinentes breviter expediamus, quo ad dogmaticas positiones contra recentiores prædestinatianos stabiliendas paratiores accedamus. Cornelius Jansenius Yprensis Episcopus, ut suæ gratiæ victrici proluderet, lib. 5 de Hær. Pelagiana docuit Pelagianos admisisse gratiam interiorem etiā inspirationis seu voluntatis, sed quæ liberi arbitrij indiferentiam relinqueret. Quare eam gratiam, quam negabant Pelagiani, et Augustinus tuebatur, Jansenius contendit non esse qualemcumq interiorem gratiam voluntatis, sed ejusmodi naturæ, ut virtute sua invicta, et insuperabili voluntatem ad agendum necessario adstringat. Hinc concludit, S. Augustinu

Horum [illegible] menta una cum Pe- [illegible] [illegible] bulis [illegible] sequentibus [illegible] bris refellemus.

nunquam cum Pelagianis decertasse pro gratiæ adjutorio, quo cum activa consisteret voluntatis indifferentia; sed pro adjutorio necessitante, et dominante, quod sublata arbitrij libertate necessario voluntatem ad agendum applicaret. Hæc doctrina totius systematis Janseniani est fundamentum, atq grandioris voluminis, quod scripsit Jansenius, præcipuus scopus. Quod ut expeditius ostendat non solum actualem Xti gratiam, qua et intellectus illustratur divina revelatione, et voluntas sancta inspiratione ad agendum movetur, sed habitualem etiam, et sanctificantem admisisse Pelagianos affirmat Jansenius. Ejus vestigiis quamvis ad hæc duo plures etiam Catholici consilio tamen admodum diverso institerunt. Nos vero ita decernimus.

Propositio I.

Admiserunt Pelagiani gratiam internæ illustrationis, veram autem inspirationis gratiam nunquam agnoverunt.

Prob. pma pars propositionis ex ipsius Pelagij verbis apud Sanctum Augustinum lib. de Gratia Xti c. 7 ,, Quam gratiam non in lege tantummodo, sed et in Dei adjutorio confitemur. Adjuvat enim Deus nos per doctrinam, et revelationem suam, dum cordis nri oculos aperit, dum nobis ne præsentibus occupemur, futura demonstrat, dum Diaboli pandit insidias, dum nos multiformi, et ineffabili dono gratiæ cælestis illuminat ,, Hinc Augustino teste eodem libro cap. 41 Pelagius ,, ipsas quoque orationes ad nihil aliud adhibendas opinatur nisi ut nobis doctrina etiam dña revelatione aperiatur, non ut adjuvetur mens hominis

Pater Cap. contendit, Pelagium admisisse gratiam voluntatis in ipsa epist. ad Demetriadem, quod probat ex libro Aug. de Grat. Christi; atque idcirco ita vult semper Pelagium sensisse etiam ante Zozim. Jansenius non quidem ante damnationem per Zozimum factam, sed postea duntaxat Pelagium admisisse verum interiorem tum intellectus, tum voluntatis adjutorium defendit.

P. Sozzaniga vult, post Zozimi sententiam Pelagium aliquam voluntatis gratiam admisisse, non autem ante; eam tamen velut utilem, non tanquam necessariam.

Zozimi sententia lata est anno 418.
Liber de Gratia Christi script. an. 418.
postquam Pelagiana haeresis per Zozimum damnata fuit, ut constat lib. 2.

Retract. cap. 50. In hoc opere ostendit Pelagium omnem gratiam revocare ad legem, doctrinam, revelationem, remissionem peccatorum; eamque adeo merita nostra dari, non ad simpliciter, sed ad facilius operandum. Excitatus fuerat a Piniano, qui cum [illegible] egerat, et ejus Pelagii confessionem fidei Augustino significavit, cujus confessionem ostendit Augustinus.

ut id quod faciendum esse didicerit etiam di:
lectione, et actione perficiat. (et paulo post)
Ipsum vero auxilium, quo possibilitatem na:
turalem perhibet adjuvari, in lege constituit
atq doctrina, quam nobis fatetur etiam a Spiri:
tu Sancto revelari, propterquod et orandum
esse concedit ,, Ex quibus facile colligis Pelagi:
um internam revelationis, seu illustrationis
gratiam admisisse.

Prob 2da pars ex cap. 34 ejusdem li:
bri, ubi S. Doctor de Pelagii scriptis ita lo:
quitur ,, Nec alicubi potui reperire hanc eum
gratiam confiteri, qua non solum possibilitas
naturalis voluntatis, et actionis, quam dicit
nos habere etiamsi nec volumus, nec agimus
bonum; sed ipsa etiam voluntas, et actio sub:
ministratione Spiritus adjuvetur ,, Et cap
35 ,, An credat aliquod adjutorium bene
agendi adjunctum naturae, atq doctrinae p
inspirationem flagrantissimae, et lumino:
sissimae charitatis, non apparet omnino ,,

Confirmatur ex eo quod cap. 6 nos mo:
net Augustinus, ut quando legimus, vel au:
dimus Pelagium divinae gratiae adjutorium
confiteri, sciamus quid loquitur, nec erre:
mus aliter eum intelligendo, quam sentit ,,
Scire quippe debemus, inquit, quod nec vo:
luntatem nrām, nec actionem dīnō adju:
vari credit auxilio, sed solam possibilitate
voluntatis, atq operis, quam solam in his tri:
bus nos habere affirmat ex Deo ,, Et c: 41.
,, Quaecunq pro gratia videtur dicere, qua
juvamur, ut declinemus a malo, bonumq
faciamus, ita dicit, ut nullo modo a ver:
borum ambiguitate discedat, quam disci:
pulis sic possit exponere, ut nullum auxi:
lium gratiae credant, qua nāe possibilitas
adjuvetur, nisi in lege, atq doctrina ,,

Jandem Eam Pelagius rejiciebat gra=
tiam, quam Augustinus ab illo ex publica
Ecclesiæ fide exigebat: atqui exigebat grati
am voluntatis, et operationis. Hanc igitur
negabat Pelagius. Namq cap 10 ajebat Au
gustinus „ Nos volumus eam gratiam iste
aliquando fateatur, qua futuræ gloriæ ma
gnitudo non solum promittitur verum e:
tiam creditur, ac speratur, non solum re:
velatur sapientia, verum et amatur: non
solum suadetur omne, quod bonum est, ve
rum et persuadetur. Hanc debet Pela:
gius gratiam confiteri, si vult non solum
vocari, verum etiam esse Christianus „ Et
c: 24 Pelagium, et Asseclas ejus alloquen
do „ Legant ergo et intelligant, intueantur
atq fateantur, non lege atq doctrina in
sonante forinsecus, sed interna, atq occul:
ta mirabili, ac ineffabili potestate opera=
ri Deum in cordibus hominum non solum
veras revelationes, sed bonas etiam volun
tates Vide etiam caput 13, 26, et 30, ite
epistolam 177:

Objicies contra primā Conclusionis ptē
sanctus Aug: de Gra. Xti cap 7, 8, 9, 10
.. &c. Omnem gratiam, quam admittebat Pe
lagius ad legem, et doctrinam revocat „ In
his omnibus, ait cap 7, non recessit a comen
datione legis, atq doctrinæ „ Ergo Pela:
gius gratiam illuminantem nunquā cogno
vit ita Bellarminus.

Respeo cum distinctione: Revocat
ad legem, atq doctrinam interius per gratiam
revelatam, conc. ans, solum exterius pro:
positam, et solis naturæ viribus cognitam
nego ans, et consequentiam. Hoc eodem
cap. 7 de Gra: Xti ita explicat Augusti
nus, quomodo Pelagius non recesserit a co

mendatione Legis, atq doctrinæ inquiens: „ Dei adjutorium multipliciter insinuandū putavit comemorando doctrinam, revelationem, et oculorum cordis adapertionem, et demonstrationem futurorum, et apertionem diabolicarū insidiarum, et multiformi, atq ineffabili dono gratiæ cœlestis illuminationem: ad hoc utiq ut diviā præcepta, et promissa discamus. Hoc ē ergo gratiam Dei ponere in lege, atq doctrina. Hinc itaq apparet, hanc eum gratiam confiteri qua demonstrat, et revelat Deus quid agere debeamus; non qua donat, atq adjuvat, ut agamus „. Et cap. 10 explicans quid nomine doctrinæ ipse intelligat, ait: „ ad doctrinā pertinet etiam quod sapientia revelatur, ad doctrinam pertinet cū suadet omne, quod bonum est „. Pelagius ergo confitebatur doctrinæ externæ, ac Legi addendum esse gratiæ præsidium, nempe internam illustrationem, ad quam impetrandam preces etiam adhibendas esse, censebat.

Ob. pmo cra 2dam Concl: partem. Gratia quæ operatur in nobis omne quod bonum est, procul dubio est gratia voluntatis, et inspirationis. Sed Pelagius hanc admisit in libris de Libero Arbitrio, ut habet apud Augustinum de Gra: Xti c: 10, ubi Pelagius confitetur „ Operatur in nobis Deus velle, quod bonum ē, velle quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos, et mutorum more animaliū tantumodo præsentia diligentes futuræ gloriæ magnitudine pollicitatione succendit, dum revelatione sapientiæ in desiderium Dei stupentem suscitat voluntatem, dum nos suadet omne, quod bonū est „ Ergo Pelagius admisit gratiā voluntatis.

Respo.° concessa maj: distinguo minorem: admittit Pelagius istam gratiam verbis speciosis conc: min:, reipsa nego min. Ex mente Pelagii operatur in nobis Deus velle quod bonum est, velle quod sanctum est per solam revelationem, seu illustrationem mentis, objectum clarius proponendo, minime vero per excitationem, et motionem voluntatis. Ait enim Deum operari in nobis velle quod sanctum est ostensione magnitudinis premiorum, et sapientiæ revelatione. Hæc sane expositio est ipsius Augustini, qui statim adjungit „ Quid manifestius nihil aliud eum dicere gratiam, qua Deus in nobis operatur velle quod bonum est, quam legem, atque doctrinam? In lege namque et doctrina Sanctarum Scripturarum futuræ gloriæ atque præmiorum promittitur magnitudo. Ad doctrinam pertinet etiam quod sapientia revelatur, ad doctrinam pertinet cum suadetur omne, quod bonum est „ Pelagius igitur hoc loco non agnoscit nisi legem, doctrinam, et gratiam illustrationis, quæ merito ad gratiam legis, et doctrinæ revocatur ab Augustino. Qualiscumque enim gratia interna revelationis quoad munus parum differt ab ipsa lege, et doctrina, quia solum efficit, ut divina præcepta, et promissa discamus, non vero voluntatem adjuvat, ut operemur.

Ob. 2°. Pelagius admisit eam gratiam, per quam facilius tentationibus resistamus. Augustinus enim de Gra: Xti cap. 2? refferens ea Pelagii verba subditi estote Deo resistite autem Diabolo, et fugiet a vobis per hæc verba, inquit. Pelagius „ Ostendit quomodo resistere debeamus Diabolo, Nam apud Augustinum c: 22 de Gra: inter

posito illo Jacobi testimonio Subditi estote Deo, resistite autem Diabolo, et fugiet a vobis subjungit „ Ostendit (Apostolus) quomodo resistere debeamus Diabolo, si utiq subditi simus Deo, ejusq faciendo voluntatem divinam mereamur gratiam, et facilius nequam Spiritui S. Spiritus auxilio resistamus „. Similia habet sæpius, ut refert Augustinus. Porro S. Doctor in hac Pelagij doctrina duo tantum redarguit, alterum, quod præcedentibus meritis hanc gratiam dari velit Pelagius, alterum, quod verbum facilius interposuerit, quo sublato sanus et perfectus esset Pelagij sensus „ Tolle facilius, inquit S. Pater cap. 29, et non solum plenus, verum etiam sanus est sensus, si ita dicatur, ut quod per liberum homines facere jubent arbitrium, possint implere per gratiam „ Sed neq plenus neq sanus erat sensus, nisi de gratia voluntatem adjuvante sermo haberetur. Ergo Pelagius loquebatur de gratia interna inspirationis, qua voluntas nostra adjuvatur, ut Diabolo resistere possimus.

Respondeo distinguendo assertionem: Pelagius admisit gratiam intellectus, qua resistimus tentationibus, conc.; gratiam etiam inspirationis, et voluntatis, nego. At in ipsa interna revelationis gratia dupliciter errabat Pelagius, primo quia docebat libero nostro arbitrio eam nobis promereri; 2°. quia non ut simpliciter necessariam, sed ad facilius agendum eam concedebat Pelagius. Cum ejusdem verba quæ ex variis ejus opusculis adducit Augustinus, ambigua sint, et obscura; non uni eorum sensui refellendo semper insistit

sistit

Sublato verbo *facilius* plenus et perfectus sensus esset, quod in illud controversiæ [illegible] [illegible] necessitate, quod unice cap. 27. 28. et 29. exagitat Aug. At neque plenus, neque sanus erat quantum ad alteram controversiæ caput de natura et munere divinæ gratiæ, cujus est non modo intellectum illustrare, sed etiam voluntatem accendere, quod ventilaverat cap. 26. et aliis preced. Quare a cap. 29. ad 30 gradum faciens Aug. innuens plures Pelagii errores et circa naturam scilicet divinæ gratiæ quæ non intellectum modo sed voluntatem etiam adjuvat, et circa omnimodam ejus necessitatem ac gratuitam prorsus distributionem, complectens non satis habet si tollat *facilius*, sed *Emendet* inquit *hæc omnia* [illegible] det sibi, et confiteatur gratiam Dei non solum adjuvare possibilitatem naturalem per internam conversationem, sed voluntatem etiam per flagrantissimam charitatem [illegible] egit Aug. usq. ad caput 26. emend. et confiteatur hanc gratiam [illegible] non opportunam tantum, sed prorsus necessariam et [illegible] verisfamus. De Aug. c. 27. 28. 29. emendet, et confiteatur, nullis præc. meritis hanc gratiam nobis impertiri, de quo Aug. 26. egerat, et accuratius cap. seq. erat acturus.

doctissimus Pater; sed aliam quandoq. ejusdem verbis significationem supponens, varia adhibet responsa, ut quæcunq. verbis illis subjecta sit sententia, eam Pelagij doctrinam falsam esse demonstret. Docet igitur Pelagium errare etiamsi gratia quam admittebat non solum intellectui, sed etiam voluntati opitularetur. Immo quidem quod eam præcedentibus meritis redditam affirmet. Hoc præstat Augustinus toto capite 26 præcipue verbis illis „ Si consenserit Pelagius nos gratia Dei accipere caritatem; non sic sentiat, tanquam ulla merita bona nostra præcesserint „. Deinde illum reprehendit, quia non absolute necessariam, sed ad facilius operandum opportunam esse judicabat. Notat hunc errorem Augustinus præcipue c: 47, dum ait „ Si ergo consenserit nobis non solam possibilitatem in homine, etiamsi nec velit, nec agat bene, sed etiam ipsam voluntatem, et actionem divinitus adjuvari, et [ita adjuvari] ut sine illo adjutorio nihil bene velimus, et agamus, eamq. esse gratiam Dei per Jesum Christum Dnum Nrum .. nihil de adjutorio gratiæ Dei, quantum arbitror inter nos controversiæ relinquetur „

Cæterum tantum abest Augustinum existimasse, hic a Pelagio veram Xti gratiam agnitam fuisse, etsi a præcedentibus liberi arbitrij meritis pendentem, minimeq. necessariam, ut de ejusdem Pelagij Epistola ad Demetriadem ita concludat c: 49 „ Quod qualecunq. et quantulumcunq. adjutorium eum credibile est in hoc constituere, quod nobis additur scientia, revelante Spiritu per doctrinam, quam vel non possumus, vel difficilius habere pos-

sumus per naturam. Ista sunt, quę in libro quem scripsit ad Virginem Xti, advertere potuit, ubi videtur gratiam confiteri ". De quatuor autem libris a Pelagio scriptis pro libero arbitrio ita Aug.s decernit " In his etiam quatuor libris quæcunq pro gratia videtur dicere, qua juvamur, ut declinemus a malo, bonumq faciamus, ita dicit &c. ut habetis in conclusionis proba: tione

. . . Sed hæc adeo aperta sunt, ut etiam Jansenius fateatur Pelagium nec tantillam gratiam homini lapso, vulne: ratoq dedisse ante condemnationem a Zozimo factam hoc ipso anno, quo scrip: tus ē liber de Gra: Christi. De Pelagij autem discipulis tantumdem affirmari n. posse putat; quia post proscriptionem Pelagiani erroris a Sumo Pontifice Zozi: mo factam ab iis veram, et internam Xti gratiam, in illustrationib. intelle: ctus, et motionibus voluntatis sitam ad assequendam perfectionem tanquam necessariam admissam fuisse contendit lib: 6 de Hær: Pelagiana c: 2. Quare

. Ob. 3 cum ipso Jansenio libro modo citato cap. 2. Post condemnatio: nem Pelagiani erroris per Zozimum fa: ctam Catholicorum clamorib. pressi, vel argumentis oppressi docuerunt hæretici illi, hominem sine gratia incoare qui: dem posse virtutem, et vitam bonam, ad perfectionem tamen assequendam Dei adjutorium esse necessarium. Ergo si non Pelagius, Pelagiani saltem inspiratio: nis gratiam cognoverunt. Prob. ans ex Augustini sermone 166 cap. 12 de Verbis Apli " Non sicut quidam dice: re

re coeperunt, qui coarctati sunt aliquan: do gratiam confiteri: et benedicimus Deū, quia vel hoc aliquando dixerunt: acceden: do enī proficere potuerunt, et ad id q͞d vere rectum ē pervenire. Jam ergo di: cunt adjutricem esse gratiam Dei ad faci lius facienda bona=. Ergo etc.

Resp.eo distinguendo ant͞s: docue: runt Dei adjutorium positum in Lege, atq doctrina esse necessarium ~~transeat~~ omisso aliis ant͞s; Adjutorium situm in voluntatis inspira: tione, nego ant͞s. Neq ex Serm: 156 ali: as 13 oppositum unquam exprimet Jan: senius. Quid? Sermo ille ut doctissimi Patres Maurini statuunt, scriptus ē an: 417; seu circa idem tempus, quo liber de Gra: Xti: Pelagiana haeresis, ut do: cent illi eruditissimi Patres, et cū illis Norisius Hist: Pelag: lib: 2 cap. 3, dam: nata est an: 418. Quo igitur pacto probari potest, inde a Zozimi senten: tia Pelagianos profecisse, probari, inquā, potest ex iis operibus, quae ab Augusti: no ~~post~~ ante solemnem illam condemnationē conscripta sunt? Ita ne in ipso dispu: tationis exordio, et in re, quae totius Janseniana fabricae ē prima basis, et fundamentum Iprensis Episcopus, aut alios fallere conat͞, aut fallitur ipse?

Sed concedamus Jansenio Ser: monem illum diu post Zozimi senten tiam fuisse conscriptum. Nihilominus contendo ex eo nullum Pelagianorum progressum colligi posse. In hoc enī ser: mone quae de Pelagianis affirmat Au: gustinus iis confirmat, quae ab ipso Pe: lagio lib: 2. de Lib.o Arb.o conscripta fuerant, ut constat ex c: 22 de Gratia

Xti. Post verba enim allata in Objectione
ita pergit Augustinus „ Ista sunt enim
verba eorum: ad hoc dedit, inquiunt, De:
us gratiam suam hominibus ut quod facere
jubentur per liberum arbitrium facilius pos:
sent implere per gratiam „ Porro li:
bri illi Pelagij de Lib.º Arb.º conscripti
sunt antequam a Zozimo eorum dogma:
ta profligarentur, ut constat iterum ex
eodem Augustino de Gra: Xti. Non pos:
sunt igitur ea quæ ex hoc sermone propo:
nunt ad novum Pelagianismi statum
post ejusdem condemnationem ortum ref:
ferri.

Atque ut melius Jansenij scopus,
ejusq. objectiones, nostraq responsa, meli:
us cognoscantur, advertendum hæresim
Pelagianam in quatuor status dividere
Iprensem. Primum statum Ethnicismu
appellat ipse, quando nempe Pelagius
solam naturam, et liberum arbitrium,
rejecto etiam ipso nomine gratiæ ad om:
nia Dei mandata servanda; ad vincen:
das quaslibet tentationes; ad omnia vir:
tutum opera præstanda, atq ad æternam
salutem consequendam sufficere docuit.
De hoc statu loquutus e Augustinus
serm. 11 de verbis Apli, ubi Pelagianos
ita loquentes inducit „ Ipsi fecimus nos,
idē, ut justi essemus, justos nos libera
voluntate fecimus. Quando conditi su:
mus liberum arbitrium accepimus; ut
ergo justi simus libero id arbitrio a:
gimus, quid adhuc Deum invocamus,
ut justos nos faciat, quod habemus in
potestate, ut nos ipsi justos faciamus? „

Alterum hæresis Pelagianæ sta:
tum Semi-Ethnicismum appellat Janse:
nius

nius, quando Pelagius ad publicam invidiā et Catholicorum offensionem declinandā nomen gratiæ, ejusq necessitatem fateri visus ē. Vocabulo, inquit S. Augustinus de Gra: Xti cap. 7, frangens invidiam, offensionemq declinans liberum arbitriū fraudulentus homo gratiam appellabat, quam a Deo in sui creatione nullis præ: euntib meritis homo accepit, et pro qua tenet gratias agere. Quare apud eundē Augustinum serm. 11 de Verb: Apli ita versipellis hæresiarca ganiebat „ Hoc ipso, quia hominis arbitrium defendo, et dico quia Liberum arbm̄ sufficiens ut justus sim non sine gratia Dei dico, nec contra gratiam Dei disputo, cū dico liberum hominis Arbm̄, vide quia hominis dico. Quid deinde? Hominem quis creavit? Deus. Quis ei libm̄ Arb: dedit? Deus. Si ergo hominē Deus creavit, et homini Deus liberum donavit Arb:, quidquid potest homo de libo arb. cujus gratiæ debetur, nisi ejus qui eum condidit cum libo arbo: Videte fratres mei, pergit Aug:, quomodo illā generalem gratiam prædicent qua creatus est homo ... Videte, acumen, sed vitreum. quasi lucet vanitate, sed frangitur veritate „

Tertius Pelagianorum status Judaismus dicitur a Jansenio, cū Pelagius objurgatus, quod nullā præter nāam, et liberum arbm̄ gratiam confiteretur, novum excogitavit gratiæ genus, quod scilicet in lege, doctrina, exemplis Xti, et remissione peccatorum totum reponebat. Augustinus cap. 42. de Gra: hujusdi Pelagij doctrinā exponens ait „ Hoc adjutorium Legis, atq doctrinā

etiam profetici fuisse temporibus; adjutorium autem gratiæ, quod proprie gratia nuncupatur in Xti esse arbitratur exemplo: quod nihilominus ad doctrinam pertinere perspicitis, quæ nobis Evangelica prædicatur, ut videlicet tanquam via demonstrata, qua ambulare debeamus, jam viribus liberi arbitrij adjutorio nullo alterius indigentes, sufficiamus nobis, ne deficiamus in via: quamvis et ipsam viam contendat etiam sola inveniri posse natura, sed facilius si adjuvet gratia „ De remissione autem peccatorum, quam agnoscebat Pelagius ita loquitur Augustinus „ Etsi gratiam Dei qua Xtus venit in mundum peccatores salvos facere, in sola remissione peccatorum constituat, potest huic sensui verba ista coaptare dicens: ideo eam per singulas horas, per singula momenta, per singulos actus necessariam, ut semper in memoria retinentes, et reminiscentes dimissa nobis esse peccata, non peccemus ulterius, adjuti non aliqua subministratione virtutis, sed viribus propriæ voluntatis, quid sibi remissione peccatorum praestitum fuerit per singulos actus recordantis „

Quartus deniq. status, quem Semichristianismum nuncupavit Jansenius fuit ille, in quo Pelagiani præter remissionem peccatorum, et gratiam externam legis, doctrinæ, atq. exemplorum Christi; gratiam etiam internæ illustrationis ad facilius bonum agendum confessi sunt. In hoc statu ita Pelagianos profecisse contendit Jansenius, ut fratrum correctioni tandem cedentes, et Catholicorum victi argumentis, uut etiam Ecclesiæ

conde

Pelagius ante annum 410 edidit commentaria in D. Pauli epistolas. in eo plura contra peccatum originale tanquam adversantis objectiones non tanquam sua dogmata evulgavit.

Anno 405: epistolam ad Paulinum Nolanum Episc. dedit, de qua affirmat Augustinus prorsus non apparere an aliud Gratiæ nomine intelligat præter remissionem peccatorum, et Christi doctrinam.

Anno 412. damnatur Calestius ejus discip.
Anno 415: Hierosolimitana Sin. contra Pelag.
Hoc tempore, imo et anno scribit contra Pelagianos suos Dialogos, scripta prius epist. ad Ctesifontem contra eosdem S. J.
Eodem anno 415. Sinodus Diospolitana contra Pelagium. Circa idem tempus, sane post hanc Sinodum, cujus gesta ibidem refert scripsit Pelagius quatuor libros de libero arbitrio, quorum meminit in sua epist. ad Innocentium R. P. missa sub exordium anni 417.

Hos composuit Pelagius, ut occurreret Dialogis S. Hieronimi, et eidem ejusdem epistolæ, forte illi quæ est ad Ctesifontem, de qua S. Hier. „ multum egimus, ut dum epistolæ meæ respondere conatur, apertius se proderet et blasphemias suas omnibus patefaceret„ in his libris Pelagius ita omnia gratiæ dona in natura, lege, et doctrina constituit, ut ipsas orationes ad nihil aliud adhibendas affirmet nisi ut nobis doctrina divina etiam revelatione aperiatur, non ut adjuvetur mens hominis, ut id quod faciendum esse didicerit etiam dilectione et actione perficiat. In his libris ea etiam Pelagii habetur sententia ideo gratiam dari, ut quod facere per liberum jubentur arbitrium, facilius possint implere per gratiam.

Anno 417 ineunte epist ...

Pelag. ad innocentium [illegible] misit. De hac loquens Aug. lib. de Gratia c. 31. ait, quamlibet sentiat gratiam, ipsis Christianis secundum merita dari dicit. quam eos qui hoc dicunt, ad in Palestina sua illa praeclara purgatione damnaverit.

Hoc eodem anno 417 Aug. serm. 156. benedicit Deum, quod non sicut quidam dicere ceperunt, qui coarctati sunt aliquando gratiam confiteri, profecerint, et adjutricem gratiam confiterentur ad facilius facienda bona.

Quid profecerunt? quum ab initio neque Spiritus s. revelationem admitterent, in libris de lib. arb. ann. circiter 415. confessus est Pelagius. Quomodo coarctati sunt per dialogos Hier. per epist. ad Ctes. per priores Aug. libros. Quinam vero profectus post Zozimi duntaxat sententiam acciderit nullibi apparet. Neque lib. de Grat. et lib. arbit. Aug. novum aliquem profectum insinuat. sed easdem veritates fidei iterum iterumque inculcans iterum ibi recenset varios haeresis Pel. status; et quum cap. 13. retulisset eos antea gratiam appellasse naturam et legem, tum nonnisi gratiam voluisse remissionem peccatorum, quin tamen ea valeret ad peccata vitanda, et superandas tentationes in proximo n. et cap. addit convictos fuisse aliam gratiam admittendam esse, nempe internam revelationem. Sed haec omnia ante Zozimi sententiam dixerat. Ex his refellitur Jansenii et aliorum hypotesis satis inaniter.

condemnatione territi etiam voluntatis motionem confessi fuerint. Quod ut nobis rationibus ostendat ita

Instat Yprensis. Constat apud omnes duobus saltem integris annis post Zozimi sententiam libros ad Bonifatium fuisse conscriptos. Atqui ex illis apparet ita profecisse Pelagianos ut novum veluti statum induerint, in quo gratiam voluntatis, eamque ad assequendam perfectionem necessariam admiserint. Etenim post damnationem Pelagii (Verba sunt Jansenii lib. 6 de Haer. Pel: cap. 4) ab Africanis Conciliis procuratam, et a Zosimo inflictam proprie coepit de isto dogmate fervere disputatio, tum quod ante Pelagiani fere sine omni gratia suam justitiam statuere niterentur, tum vero quod si quam gratiam in suis disputationibus meminissent legem vellent doctrinamque Xtianam intelligere. Sed postea tot clamoribus Christianorum per totum orbem consonantium, et vocibus conciliorum territi, gratiam quidem, sed meritis datam magis urgere coeperunt; usque adeo, ut totius disputationis moles de gratiae adjutorio in istum cardinem tandem incubuerit: utrum gratia secundum merita nostra detur.

Respondeo. Pelagianos in duabus illis epistolis, super quibus quatuor libros Augustinus scripsit ad Bonifatium, eam duntaxat gratiam intellectus agnovisse, quam Pelagius ipse admittebat, ut antea probatum est. Ex hisce enim libris ad Bonifatium patet adeo Pelagianos a gratia voluntatis abhorruisse ut Catholicos hanc profitentes de Manicheorum fato criminarentur. Libro enim

2° cap
" Sub
tum a
rish D
spirav
ditate
posse

centio
Rnū
rita n
ventu
longe
actus
libro
propr
credi
Gra:
stian
judic
habe
nire
male
remi
tes a
man
fe[?]tu
re gr
quan
et.

ante
dam
sib.
cap
nem
tiam
riis

2°. cap. 5 ita loquit' de illis Augustinus „ Sub nomine, inquiunt, gratiæ ita fatum asserunt (catholici), ut dicant quia nisi Deus invito, ac reluctanti homini inspiraverit boni, et ipsius imperfecti cupiditatem nec a malo declinare, nec bonū posse arripere „

Novum autem Pelagianorū recentiorum dogma non est, post Conciliū Rnū adoptatum, gratiam Dei 2dū merita nra dari, sed antiquum Pelagij inventum, quod ipse in Concilio Palestino longe ante Rnū celebrato damnare coactus fuit, ut testat' Augustinus eodem libro et capite supra cit°. Ipsam fidem propter merita liberi arbitrij nob' dari credidit Pelagius apud Augm. cap. 31. de Gra: Xti. De iis enim, qui adhuc Christiani non sunt ita disserit „ Illi ide judicandi, atq damnandi sunt, quia cū habeant lib: m arb. per quod ad fidem venire possent, et Dei gratiam promererī, male utunt' libertate concessa. Hi vero remunerandi sunt, qui bene lib°. utentes arb°., merent' Dni gratiam, et ejus mandata custodiunt „. Nempe manifestum ē (prosequit' Aug'.) eum dicere gratiam secundum merita dari, quamlibet eam, vel qualemlibet significet.

Instat 2°. Jansenius lib° paulo ante cit°. cap. 2. Julianus post hæresis damnationem tribus circiter annis scripsit. Porro iste, ut testat' Aug'. lib: 4 cap. 3 cra eundem docuit ad perfectionem assequendam necessariā ēe Dei gratiam quæ non intellectū modo, vel exterius hunæ vocis ministerio, vel interius

Atque hoc divinitus nobis dari scientiā confitentur, qua ignorantia pellitur: caritatē ād dari negant quapropter, ut scilicet quæ sit Dei donū scientia, quæ sine caritate inflat, non sit Dei donū ipsa caritas quæ ut scientia non inflet, ædificat. Destruunt etiā orationes, quas facit Ecclesia sive pro infidelibus, et doctrinæ D. resistentibus, ut convertantur ad Deū; sive pro fidelibus, ut augeatur in eis fides, et perseverent in ea. Hoc quippe non ab ipso accipere, sed a se ipsis homines habere contendunt, gratiā Dei, qua liberamur ab impietate dicentes secundū merita nostra dari: Quod quidē Pelagius in episcopali judicio Palestino (ann. 415.) damnari metuens, damnare compulsus est; sed in posterioribus suis scriptis hoc invenitur docere „ scriptus circa ann. 428.

Lazzariga pag. 34, et 35. concedit usque ad condemnationē per Zozimū factā Pelagiū negasse gr. voluntatis. Sed ea quæ hic tradit Aug. de ipso Pelagio tradita sunt ab heretico ante condemnationē, ut constat ex libr. de Gratia Christi, usque ad quē Lazzariga concedit prohabendā ēe prima[m] statū atque ita libertatē extinguere. Hinc patet quid anteriori objectioni respondendū.

Zazzaniga pag. 39.

S. Aug. de Hæresibus cap 87. „ Hi Pelagiani Dei Gratiæ... in tantum inimici sunt, ut sine hac hominem posse credant facere omnia divina mandata. Denique Pelagius a fratribus increpatus, quod nihil tribueret adjutorio Gratiæ Dei ad ejus mandata facienda, correptioni eorum hactenus cessit, ut non eam libero arb. præponeret, sed infideli calliditate supponeret, dicens ad hoc eam dari hominibus, ut quæ facere per lib. jubentur arbitrium, facilius possint implere per Gratiam. Dicendo utiq. ut facilius possint, voluit intelligi credi, etiamsi difficilius, tamen posse homines sine Gr. divina facere jussa divina ... illam vero gratiam Dei sine qua nihil boni possumus facere non esse dicunt, nisi in lib. arb. quod nullis suis præc. meritis ab illo accepit natura nostra, ad hoc tantum ipso adjuvante per suam legem atque doctrinam, ut discamus quæ facere, et quæ sperare debeamus, non autem ad hoc per donum Spiritus sui, ut quæ facienda esse didicimus, faciamus

antea gratiam appellasse naturam et legem, tum num. seq. gratiam voluisse remissionem peccatorum, quin tamen ea valeret ad peccata vitanda et superandas tentationes ... proximo n. et cap. addit convictos fuisse aliam gratiam admittendam esse, nempe internam revelationem. Sed hæc omnia ante ... eundem dixerat. Ex his refellitur Jansenii et ... hypotesis satis ... iter.

condemnatione territi etiam voluntatis motionem confessi fuerint. Quod ut nobis rationib. ostendat ita.

Instat Iprensis. Constat apud omnes duob. saltem integris annis post Zozimi sententiam libros ad Bonifatium fuisse conscriptos. Atqui ex illis apparet ita profecisse Pelagianos ut novum veluti statum induerint, in quo gratiam voluntatis, eamq. ad assequendam perfectionem necessariam admiserint. Etenim post damnationem Pelagij (Verba sunt Jansenij lib: 6 de Hær. Pel. cap. 4) ab Africanis Concilijs procuratam, et a Zozimo inflictam proprie cœpit de isto dogmate fervere disputatio, tum quod ante Pelagiani fere sine omni gratia suam justitiam statuere niterentur, tum vero quod si quam gratiam in suis disputationibus meminissent Legem vellent doctrinamq. Xtianam intelligere. Sed postea tot clamorib. Christianorum per totum orbem consonantium, et vocib. conciliorum territi, gratiam quidem, sed meritis datam magis urgere cœperunt; usq. adeo, ut totius disputationis moles de gratiæ adjutorio in istum cardinem tandem incubuerit: utrum gratia secundum merita nra detur.

Respondeo. Pelagianos in duab. illis epistolis, super quib. quatuor libros Augustinus scripsit ad Bonifatium, eam duntaxat gratiam intellectus agnovisse, quam Pelagius ipse admittebat, ut antea probatum est. Ex hisce enim libris ad Bonifatium patet adeo Pelagianos a gratia voluntatis abhorruisse ut Catholicos hanc profitentes de Manicheorum fato criminarentur. Libro eni

2° cap. 5 ita loquit de illis Augustinus „ Sub nomine, inquiunt, gratiæ ita fatum asserunt (Catholici), ut dicant quia nisi Deus invito, ac reluctanti homini inspiraverit boni, et ipsius imperfecti cupiditatem nec a malo declinare, nec bonū posse arripere. „

Novum autem Pelagianorū recentiorum dogma non est, post Conciliū Rm̄ū adoptatum, gratiam Dei s(ecun)dū merita nr̄a dari, sed antiquum Pelagij inventum, quod ipse in Concilio Palestino longe ante Rm̄ū celebrato damnare coactus fuit, ut testat Augustinus eodem libro et capite supra cit°. Ipsam fidem propter merita liberi arbitrij nost dari credidit Pelagius apud Aug.m cap 32. de Gra: Xti. De iis enim, qui adhuc Christiani non sunt ita disserit „ Illi ideo judicandi, atq damnandi sunt, quia cū habeant lib: m arb: per quod ad fidem venire possent, et Dei gratiam promereri, male utunt libertate concessa. Hi vero remunerandi sunt, qui bene lib° utentes arb°, merent Dn̄i gratiam, et ejus mandata custodiunt „ Nempe manifestum ē (prosequit Aug.) eum dicere gratiam secundum merita dari, quamlibet eam, vel qualemlibet significet.

Instat 2° Jansenius lib° paulo ante cit° cap. 2. Julianus post hæresis damnationem tribus circiter annis scripsit. Porro iste, ut testat Aug: lib: 4 cap 3 c̄ra eundem docuit ad perfectionem assequendam necessariā ēē Dei gratiam quæ non intellectu modo, vel exterius humanæ vocis ministerio, vel interius

Ad Bonif. ann. 20. aut post.
Lib. 2. cap. 19. Vos in bono opere sic putatis adjuvari hominem gratia Dei, ut in excitanda ejus ad ipsum bonum opus voluntate, nihil eam credatis operari.
Hoc et seq. integro cap. Aug. probat necessitatem gratiæ voluntatem adjuvantis: quod decem plus minus Scripturæ locis confirmat.

Lib. 4. c. 5. „ Legem diversis locutionum modis, et varietate verborum in omnibus disputationibus suis volunt intelligi gratiam, ut scilicet a Domino Deo adjutorium cognitionis habeamus habeamus quo ea quæ facienda sunt, noverimus; non inspirationem dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus, quæ proprie gratia est „ Quare hoc et seq. cap. non ut antea circa decem, sed innumeris [illegible] testimoniis refellit [illegible] Aug. errorem.

In his 4. libris Aug. insistit præsertim in demonstrando, gratiam non meritis rependi. Sed hoc docens [illegible] continuo necessitatem adjutorii, quod [illegible] et [illegible] voluntatem Pelagiani et meritis præviis gratiam dari contendentes, [illegible] [illegible] præcedere bonam voluntatem, bona [illegible] ita [illegible] dicerentur [illegible] hanc etiam voluntatibus immutare atque ita libertatem extinguere. Hinc [illegible] [illegible] quæstioni supra dictæ.

Homo divinitus ad capesendā perfectionē adjuvatur, aut julianus quod ipse posuisti, pergit Aug. utique voles intelligi cum per se incipere sine gratia.

Spiritus S. revelatione illustret, sed voluntatem etiam amorem inspirando succendat. Id constat pariter ex libro Juliani de amore apud Bedam lib. 2. in Cant: " Ad eam, inquit, magnitudinem, atq. pulchritudinem sapientiæ animus studiis procedit, ac meritis, ut generosum ejus ignem gratia Sancti Spiritus incipiat ventillare. Tum fit illa caritas, quæ non propinquos solum, aut cives, sed ipsum genus humum gremio suo conatr amplecti ". Ergo Julianus prædicat illam gratiam, quæ instar venti auget, et perficit caritatis amorem.

Respondeo ad argumentum ex Aug. depromptum julianum nunquam agnovisse voluntatem nostram per internam inspirationem divinitus adjuvari. Id ē manifestum non solum ex Aug. reprehensione, sed etiam ex confessione ipsius Juliani. Hic enim apud Sanctissimum Patrem lib. primo Operis imperfecti c: 94 quam admittebat gratiam ita accuratissime describit " Gratiam Xti multiplicem confitemur. Primum munus ejus ē quod facti ex nihilo sumus. Secundum quod ut viventib. sensu, ita sentientib. ratione præstamus, quæ impressa ē animo ut Conditoris imago doceret: ad cujus eque respicit dignitatem arbitrii concessa libertas. Ipsi etiam gratiæ beneficiorum, quæ nob. præstare non desinit arg.ta reputamus. Ipsa gratia legem in adjutorium misit: ad ejus spectabat offitium, ut rationis lumen quod pravitatis exempla ebetabant, et consuetudo vitiorum multimodis eruditionibus excitaret, atq. invitatu suo foveret. Ad istius ergo gratiæ

// an. 421. aut paulo post.

(lib. 3 contra Julian. cap. 23. ita Aug. hæreticum illud illud reprehendit. „ Verum hic a vestro dogmate non recedis, quo putatis gratiam Dei per J. C. D. N. sic in sola peccatorum remissione versari, ut non adjuvet ad vitanda peccata, et desideria vincenda carnalia diffundendo charitatem in cordibus nostris per Spiritum qui ab illo datus è nobis „

idest divinæ benevolentiæ, quæ rebus causa dedit, plenitudinem spectavit, ut Verbum caro fieret, et habitaret in nobis. Re: posens enim Deus ab immagine sua a: moris vicem palam fecit, quam totum in nos inestimabili egisset affectu, ut vel se: ro redamaremus eum, qui comendans ca: ritatem suam nob filio suo non pepercit sed pro nob illum tradidit, pollicensque: a si voluissemus deinceps voluntati ejus obedire, Unigeniti sui præstaret nos èe cohæredes „ Quib Augustinus respondens ita e vestigio hæreticum objur: gat „ Homo Pelagiane charitas vult bonum, et charitas ex Deo est, non per Legis literam, sed per spiritum gratiæ. In hoc è prædestinatis adjutorium litera, quia jubendo, et non juvando admonet infirmos confugere ad Spiritum gratiæ.

Per se ipsam litera occidit, quia ju: bendo bonum, et non largiendo charita: tem, quæ sola vult bonum, reos prævari: cationis facit. „

Venio ad libellum, quem Janse: nius adducit, et velim Jansenius ipse audiat quid de illo senserit Beda „ Libellum, inquit Venerabilis ~~scriptor~~, li: bellum de amore primum composuit Julianus suam confirmaturus hæresim, quæ docet per arbitrium liberæ volunta: tis posse bona facere, quæ volumus, quam: vis per auxilium gratiæ Dei facilius ea perficere queamus. „ Quodnam autem è illud gratiæ auxilium, quo facilius bo: na facimus? Illud scilicet quod paulo ante descripserat Julianus; quod Pelagi: us ante condemnationem centies comen: tus è. Sed iterum Bedam ipsum audia:

mus

Leg. de hoc libello Juliani n. 3 apud Tomum X Augustini operum in calce pag. 14 et seqq. De variis scriptis et monumentis ad Pel. historiam pertinentibus 4. Probe Beda [illegible]: cujus videlicet Spiritus adventu non ita ait juvari animum, quomodo lumina vel lux cum accenditur, caligini[?] nostram juvat oculum, quem illustrat; sed ita potius quomodo ardentem sive lucentem ventus juvat ignem, ut amplius clarescat;

mus ita de Juliano prosequentem „ Dicit sanctum nobis et generosum amorem ab Ju-
ijs exordio natura conciliante insitum,
et ad ultimam usque senectutem solis viribus
animi innixum sine ullo damno sui per-
sistere vigoris „ Et continenter post ver-
ba nobis objecta „ Vides ergo qui tantum
virium animo tribuit, quid Spiritui gratiæ
tribuat, quem et sero in auxilium ipsi
animo advenire, et tunc ei non illam
charitatem, qua Deus, sed illam solummodo,
qua genus humanum diligatur infundere
dicit, oblitus vel inimicus Apostolicæ fidei,
quæ dicit quia Charitas Dei diffusa est in
cordibus nostris per Spiritum S. qui datus
est nobis „ Adde ex prioribus recitatis
Bedæ verbis colligi posse. Sed quid plura
comemoro auditis ex prioribus Bedæ
verbis libellum illum primum ab Juliano
fuisse conscriptum, ut suam hæresim con-
firmaret. Ergo post illum elegit; ergo mi-
nus eo tempore profecerat, quam in qua-
tuor grandioribus, quos exagitat Au-
gustinus. Si illum exaravit, ut suam
hæresim confirmaret, ergo ex eo Pela-
giana hæresis non induit novam veluti
faciem, ut contendit Jansenius, sed
priorem obduravit.

Instabis 3º. et ultimo cum eo-
dem Jansenio: Augustinus de Pelagi-
anis lib: de Gra: et Libº. Arbº. c: 14 cir-
ca annum 427 ellucubrato ita loquitur
„ Cum fuerint convicti, non defensores,
sed inflatores, et præcipitatores Lib: Ar:
quia neque scientia divinæ Legis, neque natu-
ra, neque sola remissio peccatorum est illa
gratia quæ per J: C. D: N: datur;
sed ipsa facit, ut Lex impleatur, ut

natura liberet, nec peccatū dominetur, cum ergo in his convicti fuerint, ad hoc se converterint, ut quocunq modo conent ostendere, gratiam Dei secundū merita nr̄a dari: dicunt enī, etsi non dat 2dū merita bonorum Operū, quia per ipsam bene operamur, tamen secundum merita bonæ voluntatis datur„ sed gratia distincta a lege, doctrina, remissione peccatorum nequit ēē nisi gratia voluntatis. Ergo hanc quoq Pelagiani agnoverint.

Respondeo hanc gratiam, quantacunq ē, ex mente Pelagianorū nihil aliud esse omnino præter internā Spiritus S. revelationem, qua palam facta virtutis pulchritudine, et magnitudine præmiorum ipsa voluntas per sese n. a Deo impulsa bonum operat. Manifesta sunt Juliani verba apud Augustinum lib: 2 Op. Jmp. sub finem vitæ suæ ellaborato cap. 47. „ Cum voluntati pœna monstrat, et gloria, aut contra cōmodum, vel voluptas, adjutoriū, et velut occasio offertur, non necessitas imponitur, pārtis alterutræ „ En totum adjutorium, seu potius occasio bene agendi: Ostensio pænæ, et gloriæ, comōdi, aut voluptatis; verebat scilicet, ne qua necessitas agendi imponeret, si etiam voluntas a Deo per internam motionem ageretur. Quæ Juliani verba cum illis Celestii maxime cohærent „ nr̄a est Victoria, quoniā propria voluntate arma suscepimus: sicut e contrario, nr̄ūm ē quando vincimur, quoniam armari propria voluntate contemptimus „

... at et lib. arb. ... v. 427

jn hoc libro cap 18. Unde est in hominibus charitas Dei, et proximi, nisi ex ipso Deo? Nā si non ex Deo, sed ex hominibus vincunt Pelagiani: si autem ex Deo vincimus Pelagianos, sedeat ergo inter nos judex Ap. Joannes, et dicat nobis charissimi diligamus invicē. Jn his verbis Joannis cū se illi extollere coperint et dicere, Ut quid nobis hoc præcipitur, nisi quia ex nobis habemus, ut invicē diligamus, sequitur continuo, idē Joannes confundens eos et dicens quia dilectio ex Deo est„. Atque ita per Scripturarū locorū amœnitatē excurrens charitatē Dei donū ēē demonstrat. Constat vero vel ex ipsis primis libris contra Pelagiū s. Doctorē per charitatē intelligere gratiā voluntatis, quoniā in ... ... quibus contra illā pugnarint, modo contra ... ... Ut quid vero ... urget Pelagianos ad confitendū charitatē ex Deo esse si ... convicti illā admittunt?

Cap. 13. ejusdē libri de Gr. et lib. arb. Dicunt gratiā Dei, quæ data ē per fidē ... ... quæ neque lex est, neque natura ad hoc tantū valere ut peccata præterita dimittant, non ut futura vitentur, vel repugnantia superentur„.

Objecto in testimonio s. Aug. ... illustratio ... legi et doctrinā, seu ad scientiā ... non revocat, quia hic distinguit s. Doctor quid Pelagiani docerent, antequā convincerentur inflatores et præcipitatores liberi arbitrii, et quid postea obtinuerint. Porro in primo et 2do statu nullā gratiā interiorē agnoscere, ... sentit et ... P. Sazz. jn tertio vero statu, qui utiq. fatente Sazz. ... opinionē sententiā praecurrit, admisit Pelagius judice etiā Sazzar. gratiā illustrationis. En ergo ratio, cur hic ab Aug. scientia legis ... ... ab illustr. interna. Vid. Cron...

It. cap. 40. de Gr. Christi de Pelagio ait;; manifestum est, ita eum velle nos adjuvari gratia Spiritus Sancti, non quia sine illo etiam per solam naturæ possibilitatem non possumus resistere Diabolo tentatori, sed ut facilius resistamus. Quod tamen qualecumque et quantulumcumque adjutorium eum credibile est in hoc constituere, quod nobis additur scientia revelante Spiritu per doctrinam, quam vel non possumus, vel difficile habere possumus per naturam;; ita Sazzar. pag. 29. hic Aug. dubius hæret, num Pelagius putaverit donum revelationis, ac scientiæ necessarium esse, an tantum utile. Et nihilominus lib. cit. de hæresibus convincit Augustinus, Pelagianos fateri Divinitus dari ~~scientiam~~ gratiam qua ignorantia pellitur non autem charitatem. Ergo charitatem nec tanquam necessariam, nec tamquam utilem admittebant, secus quemadmodum scientiam donum Dei, ita donum Dei etiam charitatem dixissent, quod tamen negasse refert Aug. Vid. contra hæc objicientem Sazzar. pag. 34

Cap. 26. n. 27. de Grat. Christi Aug. a Pelagio petit, ut cognitionem et dilectionem discernat, et sciat utrumque Dei donum sit, non illud duntaxat quod est minus, Divino tribuat auxilio, quod autem majus humano usurpet arbitrio. Cap. 27. et 28. et 29. ostendit Pelagium putasse gratiam, quam ad Demetriadem, et in libris de lib. arb. agnoscebat, non esse necessariam;;

Resp.eo 2.o Non de Pelagianis, sed de Semipelagianis ibi locutum esse S. Augustinum. Scriptus est enim liber de Gra. et Lib.o Arb: ad Adrumetinos Monachos inter quos etiam P. Gazaniga, qui post Jansenium ista objicit, nonnullos Semipelagiana heresi ~~nonnullos~~ maculatos fuisse testatur. Porro in eo Monasterio jam ortum erat dissidium inter fratres de prolixiore Augustini ad Sixtum ep.a circa gratiam, et Lib.m Arb: , ut advertunt Patres Maurini. Quare ad eos sedandos scripsit Hipponensis hunc librum circa an. 427. In hoc autem eodem libro plura recensentur quæ nonnisi Semipelagianorum hæresim redolent, quæ omnibus fatentibus est veluti surculus Pelagianismi. Quis autem ex errore Semipelagianorum proprio concludat Pelagianos etiam gratiam voluntatis admisisse.[b] Sed rem totam conficiamus per librum de hæresibus, quem paulo ante obitum, et Operum suorum fere postremum scripsit Aug.s post absolutos retractationum libros, ut ipsemet testatur in ep.a huic libro præfixa. In hoc ad num. 88. clare distinguit gratiam illustrationis a gratia inspirationis, et a Pelagianis primam admitti, secundam vero rejici expresse affirmat ,, Divinitus, inquit, dari nobis gratiam confitentur, qua ignorantia pellitur (en gratiam illustrationis) charitatem autem dari negant, qua pie vivitur (en gratiam inspirationis): ut scilicet cum sit Dei donum scientia, quæ sine charitate inflat, non sit Dei donum ipsa charitas, quæ ut scientia non inflet ædificat ,,. Nota

Propositio II.

Gratiam habitualem recto sensu non agnoverunt Pelagni.

Prob. 1°. Ex luculentissimo Augustini testimonio, quod perhibet de Gra: Xti cap. 30 his verbis „ Istam gratiam, qua justificamur, idest qua Charitas Dei difunditur in cordib. nris per Spiritum Sanctu, qui datus e' nob. in Pelagij, et Cœlestij scriptis, quæcunq. legere potui, nusquā eos inveni, quemadmodum confitenda e', confiteri: prorsus nunquā eos adverti, sicut agnoscendi sunt agnoscere filios promissionis, de quib. dicit Aplus n. ii qui filij carnis ii filij Dei, sed filij promissionis deputant. in semine „ Atqui gratia habitualis est ea, per quam justificamur, p. quam Charitas Dei difunditur in cordibus nris per Sp. Sanctum, et efficimur juxta Aplum, filij promissionis. Ergo &c. Idem tradit Augustinus alijs innumeris locis.

Prob. 2°. ex præcedenti assertione. Pelagni gratiam, per quam voluntas nra excitatur, et succenditur ad bona eliciendum, infitiati sunt. Sed gratia habitualis infunditur cordibus nris, ut prompte, suaviter ad bonas et actus supernaturales eliciendos moveamur. Ergo Pelagiani gratiam habitualem n. admiserunt. Prob. min. ex D. Thoma 1. 2. q: 110, ar. 2. „ Deus, inquit, illis, quos movet ad consequendum bonum supernaturale, æternum, infundit aliquas formas, seu qualitates supernaturales, rdum quas suaviter, et prompte ab ipso moveantur ad bonum æternū consequendum: et sic donum gratiæ qualitas

De Grat. c. 2. Aug. remissionē peccatorū, seu Gratiā, qua venit Christus peccatores salvos facere a Pelagio admissā ita interpretatur, ut per eam non peccemus ulterius adjuti, non aliqua subministratione virtutis, sed viribus propriæ voluntatis

distinguit.

quædam est ,, . Loquit autem ibi Angelicus de gratia habituali, eamq ab actuali, sicut qualitas ab actu secernitur. Ergo ex Angelico non solum per actualem, sed etiam per habitualem gratiam voluntas adjuvatur. Vide totum articulum.

Objicies 2°: Pelagius epº ad Demetriadem apud Augm c: 38 de Gra: Xti ita disserit ,, Nos instaurati per Xti gratiam, et in meliorem hominem renovati sumus, qui sanguine ejus expiati, atq mundati, ipsiusq exemplo incitati ad perfectionem justitiæ meliores illis esse debemus, qui ante legem fuere ,, ; Et lib: 3 de peccatorum Meritis, et Remissione Non ideo parvulos baptizari affirmat ,, ut remissionem accipiant peccatorum, sed ut sanctificentur in Xto ,, Idem præstat Julianus lib. 2 cap. 53. apud Augustinum adv. eundem ,, Gratia Christi quos fecerat condendo bonos, facit innovando, adoptandoq meliores ,, Sed gratia, quæ nos instaurat, renovat, mundat a peccatis, sanctificat parvulos, et nos adoptando facit meliores; est gratia habitualis, et quidem in sensu recto, et catholico, cum vel a Concilio ipso Tridº: hujusmodi effectus habituali gratiæ adscribantur. Ergo Pelagiani &c.

Respondeo speciosa hæc quidem esse, verbaq Catholicorum propria, sensum autem hæreticorum. Sed Quid te juvat ista consonantia nominum (objurgabat Julianum S. Augustinus lib: 4 c. 132.), quid te juvat ista consonantia nominum, ubi rerum est tanta distantia. Hinc idem S. Pater respondens primo Pelagii testimonio ita subjungit ,, Videte

quemadmodum et hic alijs quidem verbis, sed tamen in remissione peccatorum, et in exemplo Christi adjutorium gratiæ constituerit „ Totam ergo instaurationem, et renovationem per gratiam Xti factam in sola peccatorum remissione, et Xti exemplo consistere existimavit Pelagius. Sed iterum hanc peccatorum remissionem non aliud esse forte volunt Pelagiani, quam extrinsecam condonationem, et indulgentiam, vi cujus præterita non imputentur, non ~~autem revera~~ equidem ita deleri per gratiam; ut charitas, quæ diffunditur in cordibus nostris per Spir. S., qua voluntates nostras adjuvetur ad ea deinceps vitanda, et tentationes superandas, quæ diffundit in cordibus nris, ut centies monet Aug.s, et satis attendit Concilium Millevitanum Can: 3. ita cra eosdem definiens „ Placuit, ut quicunq dixerit, gratiæ Dei, in qua justificamur per J: C: D: N: ad solam peccatorum remissionem valere quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema sit „.

Quod si Pelagius infantes baptizari affirmat, non ut deleatur peccatu Originale, quod ipse negat, sed ut sanctificentur, aut etiam in filios Dei adoptent, n. sensu catholico, sed dolose locutus e. Qui enim cu Pelagio infitiatur nobis charitatem donari, gratiam quoq habitualem, qualem catholica Ecclesia prædicat, reipsa infitiatur. Concilium enim Tridentinum Sess. 6 can: 16 ita hujusmodi homines percellit „ Si quis dixerit homines justificari ... sola remissione peccatorum exclusa gratia et charitate quæ in cordibus eorum per Sp. Sanctum difundatur, atq illis inhæreat, aut etiam gratiam qua justificamur, esse tantum favore Dei,

anathema sit „ Priusquam Juliano respon-
deam, cæteras ejus assertiones audiamus

Quare Ob. 2 Julianus lib: 2 Op.
Imp. apud Augustinum cap. 53 hæc
Catholicis docuit „ Hanc gratiam, per
quam reis venia, illuminatio spiritualis,
adoptio filiorum Dei, municipatus Je-
rusalem cælestis, sanctificatio, atq in Xi
membra translatio, et possessio regni Cæ-
lorum mortalibus datur, qui aliquibus ne-
gandam putat, omnium bonorum execra-
tionem meretur „ Eadem ferme ac
l. 6. 2 contra ipsum Chrisostomo dixerat† cap. 6: eadem re-
petit lib: 3. op. imp. c: 106. Sed qui hæc docet
gratiam habitualem rectissime confite-
tur. Ergo. . . . . . „

Respeo dist: min: Qui hæc docet
sine ulla fraude, et dolo, gratiam ha-
bitualem rectissime docet conc: min:
secus neg: min:, et cons. Novimus ex
Augo: deceptores, et spiritu hæreticos ple-
nos esse Pelagianos: novimus ex Hiero-
nymo aliud ipsos ore commemorare,
aliud celare conscientia. Novimus eos-
dem ex Leone M. versutos homines, et
omni fallatia instructos. Postquam
Augs: audisset Julianum lib 3. op imp c
106 multa Dei dona commemorantem
ita pergit „ Iam multa dicis, quibus
nos adjuvat Deus idest præcipiendo,
benedicendo, sanctificando, coercendo,
provocando, illuminando: et non dicis
charitatem dando; cum dicat Joannes
Aplus, charitas ex Deo est. Unde ite-
dicit, ecce qualem charitatem dedit nobis
Pater, ut filij Dei nominemur, et si-
mus. In hac charitate . . . etiam vote-
stas illa intelligitur, de qua idem ipse

in

Evangelio suo, dedit eis, inquit, potestatē filios Dei fieri. Hanc vos ab homine esse dicitis homini per liberum arbitrium... Ideo nec charitatem habetis quam Dei esse donum negatis; nec fidem, quia haretici estis.. Si agnoscis in his verbis dogma catholicum, et in verbis tuis agnosce te hæreticum „. Quocunq modo intelligas illam adoptionem, sanctificationem, translationem in Xti membra; aut etiam remissionem peccatorum; nunquā colliges, Pelagianos veram gratiam habitualem cognovisse. Aut enim omnia illa in externo quodam Dei favore reposuerunt, ut pluribus visum est; atq idcirco cōtra Tridentini definitionem peccarunt: aut etiamsi illa dona per habitus quosdam permanentes nobis præstari crediderint; nihilominus errabant in eo, quod peccatorum remissionem secundū merita nrā dari affirmarunt, ut reffert Augustinus hæresi 88, et in eo, quod charitatem, quæ aut ipsa gratia habitualis est, aut soror ejus individua, contumaciter rejecerunt.

Ob. 3. Si gratiæ sanctificantis Pelagiani fuissent inimici, ab Augustino, conciliis, et Pontificibus reprehensi fuissent, non solum quod actualem sed etiam habitualem negassent; Sed reprehensi fuerint ideo solum, quod actualem adjutorium negarunt. Ergo.

Resp. neg. min: Hujusdi argumento non infirmatur, sed potius corroborat assertio nrā: Angelicus enī Præceptor de Verit. q. 24 ar. 14 in o principij loco statuit nomen gratiæ, quamvis tū actualē, tū habitualem in

De Grat. et lib. arb. Aug. c. 13. Dicunt Gratiā Dei, quæ data est per fidē J. Christi, quæ neque lex est, neque natura, ad hoc tantū valere, ut peccata præterita dimittantur, non ut futura vitentur, vel repugnantia superentur„.

Sed ne cui [illegible] ibi Semipelagianos exagitat, audiatur S. A. lib. 6. contra Julianū c. 23. Tu a vestro dogmate non recedis, quo putatis Gratiā Dei per J. C. D. N. sic in sola peccatorū remissione versari, ut non adjuvet ad vitanda peccata, et desideria vincenda carnalia diffundendo charitatē in cordibus nostris per Spiritū S. qui ab illo datus est nobis„.

Lib. de Hæresibus hær. 88. „ Gratiā Dei, qua liberamur ab impietate, dicentes secundū merita nostra dari„ Quod in Synodo Palestina coactus fuit Pelagius damnare, ut refert S. A. epist 135 ad Paulinū, in qua objectū fuerat eum dicere„ quod pœnitentibus venia non detur secundū Gratiā, et misericordiā Dei, sed secundū merita et laborē eorū, qui per pœnitentiam [illegible] fuerint misericordia„

exprimat, plerumq. pro habituali usurpa tum fuisse „ Cōmuniter, inquit, Loquentes utunt. nomine gratiæ pro aliquo dono habituali justificante „ Sed revera Aug:, Concilia, et Pontifices in Pelagianos animadverterunt, quia illam gratiam infitiabant qua inflammamur ad jussa divina faciend. (quod è munus præcipuū gratiæ actualis) net illa, qua justificamur p. J: C:, quod è gratiæ sanctificantis, et habitualis.+ Id patet ex pluribq. Augi. locis, quæ adduximus, et ex Can: 3. Concilij Millevitani paulo ante commemorato.

+ catolico sensu ad mittebant.

Propositio III

Errant, qui cum Jansenio putant, non tam de necessitate Christi gratiæ, quam de insuperabili ejusdem efficacitate+ Sanctum Augm: cum Pelagianis disputasse.

+ vel item ne- cessitatio ad actū … ante +

Probatur pmo. De ea re cum Pelagianis disputavit S. Augustinus, quam ubi concessissent Pelagiani, omnis controversia sublata fuisset. Atqui si semel Pelagiani concessissent necessariū eē. Xti adjutorium ad bene operandum, omnis controversia sublata fuisset. Ergo Augustinus cum Pelagianis de sola Xti gratiæ necessitate disputavit; non de insuperabili ejusdem efficacitate, ut contendit Jansenius. Prob. min: ex sincera ipsius Augustini confessione. Lib.o enim de natura et gratia cap. 52 num.o 60 inquit „ Hoc Salvatore, eaq. illius medicina, qua Verbum caro factum è, ut habitaret in nobq. si opus esse fateamur parvis, et magnis, idest a vagitibus infantum usq. ad canos senum, tota quæ inter nos est hujus quæstionis

controversia dissoluta est ,, Et lib de Gra: Xti c 47 nº 52 ,, Quantum attinet ad ista de diva gratia, et adjutorio quaestionem ... si consentiat nos (Pelagius) non solum possibilitatem in homine, etiamsi non velit, nec agat bene, sed ipsam quoq voluntatem, et actionem divinitus adjuvari, et sic adjuvari, ut sine illo adjutorio nihil bene velimus, et agamus, eamq esse gratiam Dei per J: C. D. N., in qua nos sua non nra justitia justos facit, ut ea sit vera nra justitia quae ab illo est, nihil de adjutorio gratiae Dei, quantum arbitror controversiae inter nos relinquitur ,, Cum S. Doctor Vitali Cartaginensi duodecim proposuisset sententias, quib Pelagianorum errores accurate rejiciebantur, nulla prorsus facta mentione invictae efficacitatis divinae gratiae cap. 5. ita concludit ,, Quae tibi tenenti nullum omnino remanet nobiscum de hac quaestione certamen ,, Nonne hisce Augustinus aperte confitetur omnem controversiam absolvendam fuisse, si semel Xti adjutorium necessarium esse ad bene agendum concessissent adversarij, quin insuperabilem gratiae virtutem confiterentur? Itane nullum remansisset de hac quaestione certamen, nulla relicta controversia, si praeter gratiae necessitatem, adhuc gratiae invictissimas vires confitendae fuissent?

Prob. 2º In eo disceptatio vertebat inter Augustinum, et Pelagianos quod si isti admisissent, fuissent absoluti. Atqui si Pelagiani admisissent necessitatem gratiae interioris ad singulos actus, licet nihil de ejusdem effi:

caritate pronunciassent, absoluti fuissent. Ergo non de gratiæ efficacitate, sed de ejusdem necessitate disputatum è. Prob. min. Ex Epª Innocentij inter Augustinianas 182. num° 9. In hac Pelagianos absolvendos edicit Pontifex „ Si tamen aliquod in se Dei adjutorium quod hucusq̃ negaverunt, provocarint, et opus sibi ejus auxilio esse cognoverint „

Prob. 3°. De eo tamdiu disceptavit Aug. contra Pelagianos, quod suscipere, et confiteri debent omnes Catholici. Sed nemo Catholicorum confiteri tenetur vel eas gratiæ vires, quas, non dicam Jansenius, sed plures ~~etiam~~ e n̄ris Scholasticis eidem adscribunt, ut certum è apud omnes, et clarius deinceps in hoc tractatu fiet. Ergo. Prob. maj. De gratia Xti c. 10. inquit Augustinus „ Hanc debet Pelagius gratiam confiteri, si vult non solum vocari, sed etiam ēē Xtianus „ Et Innocentius I in epª citata ajebat Pelagianos „ se inimicos Catholicæ fidei, et Dei benefitijs ingratos profiteri „ quia gratiam scilicet, quam cū Ecclesia proponebat Augustinus, rejiciebant.

Prob. 4°. Causa, quam agebat Augustinus contra Pelagianos a pluribus Pontificibus, et in pluribus Concilijs discussa est, et per Ecclesiæ definitiones omnino dirempta. Ipso enim duce, ut refert S. Prosper, et omnibus notum è Catholica acies pugnavit cŧa Pelagianos, vicit, et profligavit. Atqui Concilia ea de causa celebrata nuspiam insuperabiles gratiæ vires definiere, sed ejus duxat

neces

necessitatem ad singulos actus sansere. Pro-
fecto, ut cætera ommittam, Concilium Mil:
levitanum quemadmodum can: 3. et 4
ita 5° definivit „ Quicunq dixerit ideo
nobis gratiam justificationis dari, ut quod
facere per liberum jubemur arbitrium,
facilius possimus implere per gratiam;
tanquam etsi gratia non daretur, non qui:
dem facile, sed tamen possimus etiam si-
ne illa implere divina mandata; ana:
thema sit. De fructibus enim mandato:
rum Dominus loquebatur ubi non ait sine
me difficilius potestis facere, sed ait. si:
ne me nihil potestis facere „ Errat i:
gitur Jansenius, et cum eo errant quicun:
que putant Augustinum contra Pelagianos
non de Xti gratiæ necessitate, sed de
ejusdem insuperabili efficacia discep=
tasse.

Argues primo cum Jansenianis.
De illa Gratia disceptatum est ab Augu:
stino adversus Pelagianos, qua perimitur liberum
arbitrium. isti enim perpetuo conquerunt
ab Aug° ejusdem adjutorium predicari;
quo tollitur humana libertas, quo Maniche:
orum somnia revocantur, eorumque fatum
inducitur. Atqui per Xti gratiæ necessita:
tem hujusdi absurda non dimanant, sed
ex ea gratia dumtaxat quæ invincibiliter,
et necessario ad agendum humana adigat
voluntatem: Ergo non de gratiæ necessita:
te, sed de ejusdem insuperabili necessi:
tate disputavit Augustinus.

R. Equidem Pelagianos ab Aug°
libertatem perimi, et Manichæorum deli:
ramenta indui conquestos fuisse; sed
immerito conquestos fuisse contendo.
Unde enim tot Pelagnorum querellæ, quia

in Synodo Palestina accusatus Pelagius hanc propositio-
nem divulgasse, posse hominem esse sine peccato, quia ad-
jecisset subintelligendum esse cum Dei adjutorio, nulla
in illum damnatio prolata.
In Diospolitana accusatus, quod necessitatem gratiæ
negaret, eandem subdole confessus, non etiam gratia
intelligens lib. arb. catholicus pronunciatus.
Conc. Carth. epist. ad Innocentium; et hujus responsio,
... Milev. epist. ad eundem et ejusdem responsio ...
... tractoria, omnia Africana damnant Pelagianos negantes
hanc necessitatem, hanc stabiliunt, de efficacitate etc.
nihil dicunt

inepta libertatis ideam sibi formaveran[t]
ejusdi scilicet, quæ esset plena, et exped[i]
ta potestas agendi sine ullo alterius adj[u]
torio naturæ virib. superaddendo. Tria d[i]
stinguebat in sua disputatione Pelagiu[s]
ut testat. Augustinus, possibilitatem, v[o]
luntatem, actionem; possibilitatem a D[eo]
voluntatem autē, et actionem ducat a[b]
atura ēē dicebat. Dum Legem, Xti exe[m]
plar, aut etiam aliquam intellectus illu[-]
strationem admisit, p hæc solam possib[i]
litatem adjuvari permisit, ne, si volun[-]
tas quoq adjuvaret, de hūna libertate
conclamatum sit. Hujusdi autē liberta[tem]
finxisse Pelagium, Cælestium, et Julian[um]
ita ex Aug°. demonstro. Profecto Pela[-]
gius Lib: 1. de Lib°. Arb. apud Augusti[n.]
cap. 18 de Gra: Xti hæc nob. scripta re[liquit]
quib „ Habemus possibilitatem, velut qu[an-]
dam, ut ita dicam, radicem fructiferā[m]
atq fecunda, quæ ex voluntate hōis di[-]
versa gignat, et pariat, et quæ possit
proprium cultoris arbitriū vel niter[e]
re virtutum, vel sentibus horrere vi[-]
tiorum „ Et in Com.ii c: 11. v: 7 Ep°: [ad]
Rom „ Divina scripta hoc habet, ut
cum unusquisq habeat libertatem fac[ien-]
di bonum vel malum, Deus dicat tra[dere]
aut dare, propterea quia ipse ē, qui de[dit]
libertatem „ Cælestius autem apud eu[n-]
dem Augm. de gestis Pelagij c: ulto. dic[e-]
bat „ Quod n. sit lib.m Arb.m, si indi[ge-]
at auxilio Dei, quonia propria volu[n-]
tatem habeat unusquisq aut facere al[i-]
quid, aut non facere. „ Nec aliter J[u-]
lianus apud ipsum S. Doctorem lib:
Op. Imp. c. 110. Locutus ē, qui eo ar[bi-]
trio hōem pollere dixit „ Ut tam l

rum sit homini sacrilegium facere velle, quam nolle, tam liberum obedire Deo imperanti, quam Diabolo persuadenti „ Deniq S. Hieronymi testimoniũ in ep.ª ad Ctesifontem ita ẽ manifestum ad hoc concludendum, ut nullo modo debeat præteriri. Ita eni ibi Pelagni loquunt „ Qui semel habet libᵐ. arb. Deo adjutore n. eget: frustra dedit arbitrij potestatem, quam implere non possunt, nisi me ssor adjuverit. Destruit enim voluntas, quæ alterius ope indiget „

Hac vo libertatis idea semel admissa ex erroneo principio legitima ratiocinatione erroneum etiam consequens inferrebant. Nos quoq libertatem definimus f completam agendi vel n. agendi potestatem; sed n. ita porro, ut hæc potestas, quod actus ~~saltem~~ meritorios spectat, completa sit, et expedita, nisi adjutorium diviæ gratiæ adjungatur: seu liberos nos esse aperte negamus ad Deum diligendum prout oportet, cæteraq virtutis opera exercendas, nisi gratia. Xti liberum sanetur arbᵐ, eaq præveniat, adjuvet, et perficiat. Atq istud quide ẽ, quod perpetuo Aug: Pelagnis demonstrandum putavit. Quare modo allato Juliani testio respondens „ Verum dicis, inquit, hoc ẽ libᵐ. arbᵐ, tale omnino accepit Adam, sed quod datu ẽ a conditore, et a deceptore vitiatum, utiq a Salvatore sanandum esst. Hoc vos n. vultis cu Ecclesia confiteri; hinc estis hæretici „ Et post pauca „ Nemo liber ẽ ad agendum bonum nisi adjutorio Dei: quid, ut præcipitetis, huña extollitis voluntatem? „ Et c: 112

„ Nemo nisi per gratiam Xti ad bonum qui vult agendum, et ad malum, quod odit, n[on] agendum potest habere lib.m voluntatis arb: „ Cum ergo hæc sit Pelagianorum querelarum origo; qua fronte Jansenius, et Janseniani asserunt Augustinum non tam de gratiæ necessitate, quam de ejusdem necessitante efficacia disputasse.

Insistes primo: Non solum Pelagiani querebantur perimi libertatem, si alterius adjutorio indigere dicat, sed etiam si n. ut necess.um sed liberaliter concedat. De hoc autem conqueri n. poterant, nisi quia Augustinus gratiam ineluctabiliter operantem prædicabat. Ergo. Major probat ex Juliano, qui apud Aug.m lib: 1 Op. Imp. c. 101. et seqq. per Augustinianam gratiam Deum, „ invitos cogere ad bonum, imponere necessitatem volendi bonum, libertatem boni necessitate subvertere „ dicebat. Ergo:

Resp.eo cum dist: querebant perimi libertatem, etiam cum n. ut necessarium sed liberaliter tamen concedit gratiæ adjutorium, et hoc agebant aut errore aut invidia ducti, conc:; recte ratiocinantes, nego majorem. Attendamus oportet, non solum quid Pelagiani obmurmurarent, sed præterea quid Augustinus doceret, quidq. eorum querimoniis opponeret „ Cum potestas dat, inquit ipse de Sp. et Lit: c: 32., n. utiq. necessitas imponitur „ Et lib: 3 Op. Imp. c: 114 „ Unde fieri potest, ut adjutorio gratiæ Dei lib.m Arb. loco pellant, quod potius vitiis pulsum, et nequitiæ subjugatum, ut in locum suum redeat, liberant. Et c: sequenti Julianum reprehendens

de hac injusta querimonia „ Pingis tibi ipse, inquit, quod placet, cui vacat inani chordæ inania volutare phantasmata.„ merito ergo protuli, Pelgnos aut errore ductos, aut potius ad invidia Aug°. conflandam conqueri Pelgnos. gratia, qua ab ipsis exigebat, libertatis arbm. extingui, aut labefactari.

Insistes, adq cum Yprensi. Etiam reluctantibus studium virtutis immittere. e omne libertatem destruere. Pelgni autem deplorabant, per Augustini gratiam etiam reluctanti studium virtutis immitti. Ergo.

Respondet Augustinus huic querimoniæ toties laudato lib°. 2. Op. Imper: c. 101. „ Quomodo a dicas eum, cujus voluntatem nos dicimus a Dño præparari, ita fieri bonæ voluntatis, ut bonum velle cogatur (quod absit, ut dicatr a nobis) videris præclara intelligentia tua. Si em cogit, n. vult; et quid absurdius quam ut dicat nolens velle, quod bonum e? „ Inde autem Pelgni calumniæ occasionem forte sumpserunt, unde Jansenius etiam gratiam necessitantem deducit: ex iis nimiru Aug'. testimoniis, quib. gratiam voluntatis, et actionis tanquam necessariam homini lapso evincebat, ac præcipue ex illo Apsti a S. Doctore toties inculcato, Deus e enim, qui operatur in nob velle, et perficere; atq ex illo voluntas præparatur a Domino. Quamvis certu sit ex hujusdi scripturæ verbis Augustinum non dicam coactionem, sed ne gratiam quidem invincibilem, et necessitantem expresserit.

Julianus scribens de [illegible] libro 1 S. Augustini De nuptiis et Concupiscentia ita eum calumniat. „ Si qui liberum in hominibus arb. dixerit, Cælestianus et Pelagius vocatur, ne igitur vocentur heretici, fiunt Manichei, et dum falsam verentur infamiam, verum crimen incurrunt„:

Calumniam ita propulsat Augustinus lib. 2. de Nuptiis et concup. c. 3. „ Non e ita, ut loquens, non e ita: multu falleris, aut fallere meditaris non liberum negamus arbitriu; sed si vos Filius liberaverit ait Veritas, tunc vere liberi eritis. — Non sicut te atq. alios fallens loqueris, si quis liberum in hominibus arb. dixerit, Cælest. et Pelagianus vocatur. Hoc quippe Catholica fides dicit. Sed si quis ad colendum recte Deum sine ipsius adjutorio dicit esse in hominib. lib. arb. ipse Pelagianus, et Cælest. vocaq. Liberum itaq. in hominib. esse arb. utriq. dicimus; non hinc estis Cælestiani et Pelagiani: liberum at esse quemquam ad agendum bonum sine adjutorio Dei, hoc vos dicitis, hinc estis Cælestiani et Pel.„

Scriptus e hic liber anno 420.

Testimonium Aug lib. 2. de Nuptiis et Conc. cap. 3. oīd celeberrimum.

+ perimi libertatem
+ quorum pronuntiavit Aug. n. posse libertate componi, et de quo

Insistes 3tio. Jure lamentatur Julianus de + illo adjutorio +, de quo Aug. Lib. de Gra: Xti c: 47 hæc ipsissima verba scripsit „ Negari liberum arbm si gratia comendet, et iterum negari gratiam, si libm. comendet arb. „.

R. Impudentissimam calumniam a se Aug. ipse depellit lib. 4 cõa Julianum c: 8. nº: 47. „ Calumniaris non hoc a me dictum è, sed propter ipsius questionis difficultatem videri hoc posse, dictum è, et putari ... ego enim dixi istam questionem ad discernendum esse dificilem, n. aute dixi n. posse discerni. Multo minus ergo dicerem quod me dixisse mentiris: negari libm. arb: si gratia comendet, et negari gratiam, si liberum comendet arbm. Redde verba mea, et evanescet calumnia tua. Repone suis locis, ubi dixi videat, ubi dixi putet, ut appareat de re tanta quid abs te fraudis dub putet. Non dixi negari gratia, sed ut negari gratia videat. Non dixi negari liberu arb. vel auferri; sed dixi: ut putet auferri „

Insistes 4º: Augustini verba in integrum restituta hæc sunt „ Ista questio ubi de arbº. voluntatis, et de gratia disputat ita è ad discernendum difficilis, ut quando defendit lib. arb: negari Dei gratia videat, quando ã asserit Dei gratia, libm. arb. putet auferri „ sed hæc tanta difficultas aliunde oriri n. potest, nisi ab insuperabili efficacitate gratiæ, quam Augustinus invehebat: hanc ergo pr dicabat Augustinus. Hinc in Adri

metino Monasterio fuerunt nonnulli, qui sic gratiam Dei defenderunt, ut negarent hominis lib: arb:; Nihil porro libertati timere poterant, nisi gratia insuperabili sua virtute voluntatem ad agendum adigeret. Ergo &c.

Resp.eo neg. min: Loco aducto manifestissime loquit Aug.s de necessitate adjutorij, quo huna infirmitas adjuvet affirmans Pelagio nulla cu eo controversiam sibi relinqui, si n. possibilitatem tantum, sed etiam voluntate, et actionem consenserit divinitus adjuvari, et ita adjuvari, ut sine illo adjutorio nihil bene velimus, et agamus. Si Pelagij libertatem, quam perpetuo exagitat Aug.s, admittas; n. solu difficile è cum dña gratia necessitate illam componere, sed prorsus impossibile. Ideo autem Aug.s difficile dixit hæc duo simul conciliare, quia nondum satis erat determinata notio libertatis, e cujus ignoratione hanc cōtroversiam moverunt Pelgni. Plura scripturarum testimonia in speciem opposita erant consocianda, quorum aliqua ita libertatem extollunt, ut nullo adminiculo opus esse videatur, alia vero ita infirma, et vulnerata illam describunt, ut nihil in ea remanserit virium ad operandum, nisi superno adjutorio preveniatur, et moveatur. Agebat cōa Pelagium de impotentia omnia servandi Dei præcepta. Verum si homo sine speciali auxilio omnes tentationes superare n. poẽ, nec omnia peccata effugere; si hoc auxilium è omnino gratuitu

tuitum, quod omnib. potest denegari, e
quib. conceditur nonnisi misericorditer
et liberalissime conceditur; et nihilo
minus homo liber ē cum peccat, et te
tationibus succumbit. Quis non videt
summas difficultates, quib. hæc quæstio
ē involuta?

Quod si qui fuere, qui ita gr
tiam Dei defenderunt, ut ejus viribus lib
rum arb.m tolli putaverint, ii prædes
tinatianis prælusisse, non vero Pelagi
de quib. modo quærit. dicendi sunt. At
si qui ex Pelagnis ipsis D. Aug. disputa
tionibus victi in contrariu errore lap
sunt, inter eos recensemus, de quib. Ho
ratius ait: dum vitant stulti vitia
in contraria currunt.

Caput II

Agitur de Semipelagianis;
eorumq. præcipuus error in
eo positus esse ostendit., ut
Libero timentes arbitrio ad
initium fidei ujuscunq. in:
terioris gratiæ necessitatē
negaverint.

20 **XIV.** Vix hæresis Pelagnorum erat
prostrata, cum Semipelagiani, a dimidi
ato Pelagij errore sic appellati, qui et
Massilienses ideo dicti sunt, quia in ur
be Massiliæ celebriores et frequentiores
consistebant, in apertum prodierunt.
Quamvis circa annum 427, aut 428 ta
taxat in sectam coaluerint, eodem ta
men errore infecti jam antea plures a
titerunt. Profecto Augustinus lib. de
Præd. SS.m c. 3. se ante Episcopatum q.
inauguratus est anno 395, dum fidem
qua in Deum credimus n. ēē donū De

existimaret, Semipelagnorum errore detentu
fuisse candide, et humiliter confitetur.
In eundem parit Vitalis Cartaginensis pro:
lapsus erat, quem Augustinus epa. 217 a:
lias 107. ad eum missa feliciter ad Sani:
tatem revocavit. Hac fuligine tinctum
fuisse Ambrosiastrum, seu auctorem Com:
mentariorum in epa. S. Pauli sub nomi:
ne S. Ambrosij, Tyconium Donatistam,
multoq magis Origenem affirmant erudi:
ti. In Monasterio autem Adrumetino
(Adrumetum Civitas e in Affrica Provin:
ciæ Bizazena, quæ nunc Maomettes vo:
cat, et Regno Tunetano comprehenditur)
Semipelagnorum dogma efferbuisse colligit
ex dissidijs ibidem exortis, quorum hæc
causa fuit. Cum Felix ejus Monasterij
alumnus celebrem S. Augustini epa. ad
Sixtum suis Concellitis ostendisset, ejus le:
ctione nonnulli turbati sunt, veriti, ne
ex ea doctrina liberum arbr. labefacta:
ret. Has turbas ut sedaret Augustinus
ipsis legendas dedit epas. Concilij Cartaginen:
sis et Millevitani, tum quinq Episco:
porum litteras ad Innocentium cum hu:
jus responsionibus, item epa. Concilij
Affricani ad Zozimum, hujusq tractoria,
omnia demum, quæ cõa Pelagium acta
fuerant; insuper ad eos edocendos libru
de Gra et lib. Arb. ellucubravit, in quo
gravisso et multiplici argumentorum
pondere ad fidem, et quodcunq opus
n. solum perficiendum; sed etiã incoan:
du gratiæ necessitatem demonstrat.

Semipelagianorum dogma efferbuisse colligitur ex dissi: [illegible] ibidem exortis quas ut sedaret Augustinus ad monachos illos misit omnia, quæ adversus Pelagium acta fuerant, librumque De Gratia et libero arbitr. exaravit. in quo multiplici argumentorum genere demonstrat ad fidem et ad quodlibet opus salutare non solum perficiendum sed etiam incoandum esse necessariam Dei gratiam.

XV. Non multo post majori licen:
tia hæresis Semipelagna erupit cujus præ
cipuus fautor, ac patronus fuit Joannes
Cassianus. Hic peragratis Aegipti, et

× et Presbyter factus

Palestinæ Cœnobiis cum appulisset Consta
tinopolim a D. Chrysostomo Diaconus o
dinatus fuit: post Chrysostomi mortem
in Gallias abiit×, extructoq Massiliæ Cœ
nobio maximam sibi tum pietate, tum
eruditione famam comparavit. Præcib
Amicorum inductus, cum antea de insti
tutis Ægypti Monacorum Commentar
elucubrasset colationes Patrum, unde Co
lator a Prospero dictus e, evulgavit.
In harum tertiadecima, quæ Cheremo
nis Abbatis, Semipelagianorum errorem, ver
bis tam apertis adstruit, ut licet nonnul
in sensum Orthodoxum inflectere conent
nullo modo emoliri posse videant. Qua
vis autem pro Semipelagianismi fautore
ac quasi parente habeamus Cassianum
nihilominus quia nondum hæc dogmata
ab Ecclesia erant definita in ejus comu
nione magna cum Sanctitatis fama o
biit. Quare Sanctus Gregorius M. lib
6 ep.æ 12. ad Respectam Abbatissam
Massiliensem meminit Monasterij, qu
in honorem S. Cassiani consecratum e. Et
Urbanus V Cassiani caput argentea te
ca inclusum hac Epigraphe ornari vo
luit: Caput S. Cassiani. Deniq illius
memoria die 23 Julij solemni ritu Ma
silliæ celebratur. Cassiani tamen Scripta
Gelasius Sum. Pont: inter Apocrypha
censuit

XVI. Inter cæteros Semipelagianism
Patronos eruditione, et dignitate con
spicuus fuit Faustus Regiensis Episc.
antea Lirinensis Abbas. Hic celebratis
an. 475 Arelatæ, et Lugduni Conciliis
ad. ortos recens errores in materia præ
destinationis scribendi, eosq confutandi

Provincia cum accepisset, duos de Gratia, et Lib°: Arb: libros dedit, quib[us] præfixos tibi limites egressus S. Augustini de Præde: doctrinam traducit, veteresq calumnias c[ont]ra ipsum renovat. Hujus opera, licet a nonnullis defendant[ur], suspecta s[em]p[e]r fuere, atq ob Semipelagianorum errorem notata : a Gelasio Pont: Censorio Stigmate inusta, et rursus improbata a duob[us] Gelasij successorib[us] Ormisda, et Felice, nec non a Synodo Præsulum Africanorum in Sardinia exulantium, impugnata vero a S. Fulgentio septem libris, tum a Sanctis Avito Viennensi, et Cæsario Arelatensi. Quamvis teste Baronio universus pene orbis Occidentis c[ont]ra Faustum insurrexerit, et ejus libri non solum ab Adone, et Joanne Presbytero Antiocheno, sed ab omnib[us] fere Orthodoxis rejecti fuerint; revocata forte doctrina, sacros honores in Ecclesia Gallicana adeptus e', in cujus Calendario 17 Januarij Faustus inter Sanctos recensetur.

XVII. Hunc sequit[ur] Genadius Massiliensis Presbiter, qui Semipelagianismi laborat suspitione, quod in libro de Viris Illustrib[us] cap. 84 affirmat a Prospero infamari tanquam noxia Cassiani opuscula, quæ Ecclesia Dei salutaria probat ut ipse ~~mentitur~~ autumat; Fausti Regiensis opus egregium vocat; ac demum q[uo]d de eo:, quem summis laudib[us] extollit, illud nihilominus adjiciat,, Multa loquenti accidit, quod dixit per Salomonem Spiritus in multiloquio non effugies peccatum. Hic quoq suos, licet paucos habet defensores.

Præter hos nonnulli etiam alij

22. Tacem Semipelagianismi labigine tinctus fuit
Faustus Regiensis Episcopus, cujus libri de Gratia
et libero arbitrio tamquam apocryphi a Gelasio Ponti-
fice et Felice summis Pontificibus, ac omnibus fere
orthodoxis improbati fuerunt, ac rejecti. Sed vel
quia haec controversia nondum erat solemni Eccle-
siae judicio terminata, vel quia forte sententiam
retractavit, sacros inter homines honores in Ecclesia
Gallicana adeptus est, sicut scriptor Gennadius
Massiliensis Presbyter qui tamen sicut et Faustus
suos habet licet paucos defensores hac eum
labe immerito aspergi existimantes. Praeter
hos alii plures ejus erroris accusati fuerunt
nam ut ait S. Prosper, ista pestis adeo in Gal-
liis excundaverat, ut nonnisi pauci perfectae
gratiae intrepidi amatores superesse viderentur.
3 Hi omnes etc

(a) a nonnullis, reclamantibus aliis

inter Semipelagianos recensentur,[a] ut Vincen-
tius quidam, forte celebris ille Lirinensis,
sicuti bene multi existimant, Hilarius i-
tem Arelatensis Episcopus, quem tamen ab e[r-]
rore emersisse satis probabiliter conjecta[nt]
plures eruditi; Honoratus etiam Massili-
ensis in Semipelagianismi suspitionem aliquando vocatus.
Atque ut S. Prospero dicam ista pestis ad[eo]
in Galliis excundaverat, ut nonnisi pa[u-]
ci perfectae gratiae intrepidi amatores su-
peresse viderentur

XVIII. Hi omnes ab Augustini
doctrina longissime discesserunt. Cum pr[ae-]
clarus divinae gratiae vindex plura volu-
mina adversus Pelagianos edidisset, iis praeter
opinionem Massiliensibus, aliisque in Galli[is]
occasionem dedit partim novi erroris con-
cipiendi, partim jamdiu concepti disse-
minandi. Cum enim fidem, et gratiam cum
salute connexa, omnino gratuitam ab Au-
gustino adstrui viderent, subvereri cæpe-
runt, ne, ut imperite jactabant, nova [...]
et Ecclesiae antea ignota opinio justis p[ro-]
inde, ac peccatoribus omnem salutis pro-
priae curam eximeret, quibus scilicet aliu[d]
evenire non posset, quantumlibet ad b[o-]
num niterentur, quam quod actu gra[tu-]
itum Dei beneplacitum aeterno consilio
de illis definitum esset, fatalemque indu[cere]
necessitatem. Ut durum hoc consectari[um]
quam maxime execrarentur, nonnulli m[o-]
destiores quasi propriam tarditatem a[c-]
cusantes sanctum Doctorem consulend[um]
censuerint; alii quas animo fovebant
opiniones statim promere, palamque ob-
trudere non dubitarunt. Errorum ca-
put erat quaedam initia fidei, justitiae
et salutis a solis naturae viribus repetere,

dãm ēē, ne aut in distribuendis gratiis acceptatorem personarum Deum facerent, aut hōē sua libertate privarent, quam arbitrabantur conciliari non posse cum gratiæ prævenientis necessitate, si hæc omnino gratuita foret. Ex hujusmodi principio hæc (a) profluxerunt. 1mo Gratiam initialem, et omnibus humis meritis priorem ēē naturam, et lib.m Arb: gratuito nob a Deo donatum, quo solo velle credere, velle sanari, orare, et salvari possimus, atq hac ipsa volitione a sola nāa profecta auxilia gratiæ ad fidem, sanitatem, et salutem necessa: obtinere. Quare ideo dicebant „hominem accipere, ut loquit S. Prosper, ideo invenire, ideo introire, quia bono naturæ bene usus ad istam salvantem gratiam initialis gratiæ ope meruerit pervenire„ 2do Prædestinationem ad fidem et gloriam n. ēē gratuitam, sed naturali arbitrii libertate suspensam; „Itaq quantum ad Deum pertinet omnib. parata vita æternam, quantum autem ad arbitrii libertatem ab his eam apprehendi, qui Deo sponte crediderint, et auxilium gratiæ merito credulitatis acceperint„ (Ita Prosper) 3tio „Uti initium fidei, ita usq in finem perseverantia, sic in nrā constitui potestate, ut Dei dona ēē non judicentur. Hinc eligendorum, et rejiciendorum numerum definitum ēē nolebant, ea scilicet definitione, quæ omnem naturalem hominis voluntate anteverteret: hac enim voluntate posteriorem admittebant esse præscientia, prædestinationem, vel propositum, vi cujus salvandos eos præscierit, prædestinaverit

(a) consectaria deduxerunt, quæ s. Prosper et Hilarius in epistolis ad Aug. missis recensent.

verit, vel proposuerit elligere, qui fuerint credituri. 4to Deum proinde indifferenter velle salutem omnium hominum quos indifferenter arbitrij libertate donavit. Quia justitia Dei in eo sit, ut qui non crediderint, pereant, bonitas vero in eo appareat, si neminem repellat a vita, sed indifferenter universos vellit salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Prosper. Eodem modo sentiebant de morte Xti, quem aequaliter, et absq discrimine dicebant pro universo humano genere mortuum esse. 5to Parvulos qui immatura morte praecipiuntur tales perdi, talesq salvari, quales futuros illos in annis majoribus, si ad activam servarent aetatem, scientia divina praeviderit; et quia huic eorum opinioni vertus ille Sap. 4 raptus e ne malitia mutaret intellectum ejus prorsus erat contrarius, eum tanquam non canonicum ommittebant Semipelagiani. Similiter, et circa adultos de Evangelij praedicatione senserunt; scilicet annuntiatum illis duxat fuisse, qui praevisi fuerant a Dno crediturii; caeteros vero Evangelium ideo non audivisse, quia nec fuerant recepturi.

Ex his facile colligis Semipelagianismum a Pelagianorum haeresi, e resso veluti trunco surculum pullullasse ab ea tamen satis se discerni credebant quod 2dum Pontificum, et Conciliorum decreta confiterentur primo omnem hominem in Adam perisse, nec inde quemquam posse proprio arbo. liberari 2do ad nullum opus vel incipiendum, nedum perficiendum quemquam sibi suffi

cere. Ne sibi enim contradicere viderentur, fidem incoatam, et desiderium salutis, quib. naturam sufficere dicebant, inter opera bona, ac salutaria referenda ēē negabant.

125. **XIX** Sed quamvis se ipsi a Pelgnōrū erroribus satis abesse crederent, nec per hanc dissensionem Xtianām fidem violari putarent; non defuère tamen strenui gratiæ defensores, qui in hisce Pelgnæ pravitatis reliquiis non mediocris virulentiæ fibram nutriri existimarent. Prosper certe, et Hilarius inter hos facile principes iisdem argumentis, quibus Pelagius fuerat prostratus, Semipelgnos impugnarunt. Præcipue D. Augustini scripta, quæ in simili causā ad Monacos Adrumetinos libro de Correp. et Gra: exaraverat, validissimis, et innumeris testimoniis divinarū Scripturarum instructa adversariis opposuerunt. Augustinus ipse a Prospero, et Hilario imploratus duob. libris altero de Præd.e SS.m, altero de Dono Persev: novitium dogma confutavit; sed his minime sunt repressi; imo ē. Aug.i scripta maledico dente carpere cœperunt. Quare Aug.o defuncto S. Prosper, qui plurib. editis libris Semipelagianos redarguit, una cum Hilario Romam profectus ē ad Cœlestinū Sum: Pont:, ut serpentem errorem Apostolica authoritate convelleret. Hic laudata eorum sollicitudine, ad Gallos Episcopos litteras dedit, quib. S. Aug.o obloquentium licentiam compescuit. Post Cœlestini mortem S. Fulgentius Ruspensis Episcopus egregius

gratiæ vindex, et observantissimus Augu-
stini cultor Semipelagianorum factionem quo-
tidie augeri animadvertens, Felicis IV
opem imploravit, qui nonnulla capitula
illi mittens suam, et Romanæ Ecclesiæ fi-
dem exposuit. Tunc Præside Cesario Are-
latensi Episcopo celebratum est an: 529
Arausicanum Concilium, in quo errores
Semipelagianorum, qui eousque inter Catholicos re-
censebantur, 25 canonibus proscripti sunt.
Idem haud multo post præstitit Synodus
Valentiæ sub Cypriano Tolonensi Episco-
po congregata. Utramque defuncto inter
Felice IV confirmavit Bonifatius II.

26. XX. His ita compositis nulla
de Semipelagianis controversia remansisse vi-
detur. At enimvero maximam suscitavit
Jansenius, qui duobus integris libris 7° et
8vo de Hær: Pelagiana, ut Semipelagianorum
errorem in eo collocet ubi non est, infe-
liciter laborat. Non aliam Christi gratiam
homini lapso concedi existimans præter
illam cælestem, ac victricem delectatio-
nem, quæ voluntatem ad agendum neces-
sario determinet, non ideo Semipelagianos
errasse docet, quia gratiæ interioris neces-
sitatem ad initium fidei, ad orandum,
ad pulsandum negaverint, sed quia
ejusmodi gratiam duxat admiserint, cui
humana voluntas pro suo arbitrio consen-
tire posset, vel dissentire. Hanc suam
sententiam, quam citatis locis certam, et
indubitatam appellat, et plurimis ex-
ponit, præcipue, et clarius enunciat in
sua propositione ex 5 famosis his ver-
bis concepta „ Semipelagiani admittebant
prævenientis gratiæ interioris necessita-
tem ad singulos actus etiam ad initium

fidei, et in hoc erant hæretici, quod vel:
lent eam gratiam talem esse, cui posset
huma voluntas resistere, vel obtemperare,,
Quam quidem propositionem Summi Pont:
Innocentius X, et Alexander VII falsa,
et hæreticam declararunt. Antequam
contra Jansenium de hac controversia
disceptemus, advertendum est, ipsum
distinguere duas Semipnorum factiones;
quorum primam gratiæ interioris necessi:
tatem ad initium fidei negasse ipse concedit,
posteriorem autem n: tantum ad boni ini:
tium, et progressum, sed etiam ad ini:
tium fidei hujusdi gratiæ necessitatem
admitisse contendit. Nos sinceram erro: 27
ris Semipnorum ideam quærentes, in
tres Clases eos dividendos esse inveni:
mus, quod ad hanc gratiæ quæstione
spectat. In prima illi occurrunt, qui
gratiæ necessitatem ad bene operandum
agnoverunt, sed eam negabant ad vo:
luntatem bene operandi, et ad ipsam
orationem; adeo ut sine gratia saltē
inspirationis, quæ nimirum voluntate
accenderet, de qua potissimum hic quæ:
stio movet, posset homo et Deum ora:
re, et salutem n. quidem perficere,
sed desiderare. De his Loquit S. Pros:
per in Epa ad S. Augustinum,, Qui
dam vero horum in tantu a Pelagij se:
mitis non declinant, ut ad confitenda
eam Xti gratiam, quæ omnia præve:
niat merita huma, cogant, ne si meri:
tis reddat frustra gratia nominetur
ad conditionem hanc (idê naturalem
constitutionem) velint uniuscujusq ho:
minis pertinere, in qua eu nihil prius
merentem, quia nec existentem liberi

arbitrij, et rationalem gratia Creatoris n
stituat, ut per discretionem boni ac ma[li]
et ad cognitionem Dei, et ad obedientia[m]
mandatorum ejus possit suam dirigere
voluntatem, atq ad hanc gratiam, qua
in Xto renascimur pervenire, per natu
ralem scilicet facultatem petendo quæ
rendo, pulsando, ut ideo accipiat, ideo
inveniat, ideo introeat, quia bono na
ræ bene usus ad istam salvantem grati[am]
initialis (idest naturalis) gratiæ ope me
ruerit pervenire."

In 2da Classe illi numerantur
qui et bonum opus, et orationem, et bon[i]
operis voluntatem gratiæ tribuebant, se[d]
initium fidei, et credulitatis affectum,
quæ inter bona opera n. recensebant, na
turæ viribus oriri, causamq. ẽ affirma:
bant, cur Deus aliquos, rejectis aliis ne
gligentib. scilicet, et otiosis, ad Xtũ,
damnum ad salutem perducat. De his
loquit. Aug: lib: de Grad: SSm: "Nu[nc]
eis respondendum ẽe video, qui divina
testimonia ad hoc dicunt valere, ut
noverimus ex nobis quidem nos habere
ipsam fidem, sed incrementũ ejus ex
Deo: tanquam fides ab ipso non donet[ur]
Deo; sed ab ipso tantũ augeat. in no[bis]
eo merito, quo cœpit a nob. Non ergo
receditur ab ea sententia, quam Pelagiu[s]
damnare compulsus ẽ; gratiam Dei
sedm merita nra dari."

Tertiam classem constituit Cas
sianus, qui colatione 13. scripsit grati
am initiũ fidei aliquando præceden[tem]
aliquando subsequi; ac proinde nega:
vit gratiam necessariam esse ad credul
tatis affectum. Hinc vides omnes sen
pe

pelagianos saltem ad initium fidei gratiæ necessitatem negasse, et docuisse Deum ita velle omnium hominum salutem, ut humanas voluntates Evangelij prædicatione vocatas expectet, paratus suscipere venientes, et adjuvare conantes. His præjactis, ut posteriorem, quam Jansenius somniavit Semipelagianorum factionem nunquam extitisse ostendamus, ita statuimus.

Propositio

Semipelagiani necessitatem gratiæ prævenientis ad initium fidei constanter negarunt.

Prob 1. ex Cassiano Semipelagianorum parente, qui famosa Colatione 13 de Protectione Dei cap. 9 ita loquitur "In his omnibus et gratia Dei, et libertas nostri declaratur arbitrij, quia etiam suis interdum motibus homo ad virtutum appetitus possit extendi, semper vero indigeat adjuvari ... ut autem evidentius clareat etiam per naturæ bonum, quod beneficio Creatoris indultum est, nonnunquam bonarum voluntatum prodire principia, quæ tamen nisi a Deo dirigantur, ad consumationem virtutum pervenire non possunt, Apostolus testis est dicens: vel velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio. Cap. 11 ad Quæstionem utrum bonam voluntatem nostram sequatur an præcedat gratia Dei; Ita respondet "Multi singula hæc credentes, ac justo amplius asserentes variis, sibique contrariis sunt involuti erroribus. Si enim dixerimus nostrum esse bonæ voluntatis principium; quid fuit in persecutore Paulo, quid in Publicano Mattheo, quorum unus cruori, ac suppli:

tiij

tiis innocentum, alius violentius, ac rapi-
nis publicis incubans attrahitur ad salutem.
Si vero gratiae semper inspirari bonae volun-
tatis principia dixerimus; quid de Zac[chaei]
fide, quid de illius in Cruce Latronis p[ie-]
tate dicemus, qui desiderio suo vim qu[an-]
dam regnis caelestibus inferrentes specialis
vocationis merita praevenerunt? " Tom
capite 12. ex proposito ostendit " bo-
nam voluntatem nec semper gratiae, nec
semper homini esse tribuendas " Cap. 14 [fi-]
dem Centurionis non fuisse donum Dei in-
de probat, quod tantopere a Xto fuerit
commendata " Nullius enim, inquit, la[u-]
dis esset, ac meriti, si id in eo Christus
quod ipse donaverat praetulisset; alio-
quin dixisset: non dedi tantam fidem
in Israel " His similia docet c: 15.
16, 17, 18, et ultimo. Censebat igitur
Cassianus bonae voluntatis principia,
~~prima~~ desideria, primos quosdam ad
virtutem conatus, initia fidei, seu pri-
mam voluntatem interdum, et in ali-
quibus hominibus, ut in Latrone, Cen-
turione, et aliis non divina gratia prae-
veniri, sed eidem praeire. Atqui hae[c di-]
cendo interioris gratiae necessitatem ad
haec initia negavit. Ergo &c.

Prob: 2. Ex S. Prospero, quo
nemo melius Semipelagianorum errores cognovit,
nemo diutius, et vehementius oppugna-
vit, nec non ex S. Augustino qui duobus inte-
gris libris de Praed. SS.m, et de Dono
Persev: eos confutavit. Sed quoniam
utriusque Patris testimonia paulo ante
sub num: 20 commemorata sunt;
adjungimus Hilarium, qui in ep.a ad Au-
gustinum n.o 2 ait " Quod dixit crede, et b[a-]

vus eris: Unum horum exigi ajunt, aliud offerri, ut propter id quod exigitur, si redditum fuerit id, quod offert, deinceps tribuat. Unde consequens putant, exhibendam ab eo fidem, cujus natæ id voluntate conditoris concessum est: et nullà ita depravatam, et extinctam putant, ut non debeat, vel possit se velle sanari „ Et n°: 4 „ Nec de hac fide posse dici: quid habes, quod non accepisti „ : „ Quo præcipuo testimonio, pergit Aug: de Præd. SSm, etiam ipse convictus sum cum similiter errarem, putans fidem, qua in Deum credimus non esse donum Dei, sed a nobis esse in nobis et per illam nos impetrare Dei dona, quibus temperanter, et juste, et pie vivamus in hoc sæculo. Neque enim putabam fidem Dei gratia præveniri „ En igitur Semipelagianorum præcipuus error, ad fidei initium gratiæ necessitatem negantium „

Prob. 3. Ex Arausicani Concilij Patribus, qui eorum errores proscribentes can. Apostolicis dogmatibus contrarium declarant eum „ qui sicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipsumque credulitatis affectum ... non per gratiæ donum ... sed nobis naturaliter inesse dicit „ can: 7 illum hæretico falli spiritum affirmant „ Qui per naturæ vigorem quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare ut expedit, aut elligere, sive salutari idest Evangelicæ prædicationi consentire posse confirmat absque illuminatione, et inspiratione Sp. Sancti „ Non dissimilia sunt, quæ habent can: 6, et 8. et in fidei Professione.

Prob: tandem ex famosæ Jansenij propositionis, quam nº. 20. recensuimus, proscriptione, quæq et falsa, et hæretica fuit declarata. Hæreseos censura 2dum propositionis membrum afficit, falsitatis autem nota ad primum pertinet. Profecto si censura omni vacuam pmam propositionis partem abire voluere Pontifices, cur eam comemorant, et alteri quæ per se errorem clarissimis verbis exhibet, præmittunt? Temere, et insulto factum nemo suspicabitur, qui celeberrimarum 5 propositionum singulis apicibus biennio integro Romæ disceptatum fuisse n. ignorat. Scio equidem propositionem, quæ hæretica sit necessº. etiam falsam esse. At pma q 2da, et 3a. per eandem Bullam damnatæ fuerunt, ut hæreticæ, nec ullas falsitatis censura fuit affixa. Et propº 5 quæ Xtum pro omnib. omnino hominibus mortuum negat generatis sumpta falsa vocat; intellecta vero eo sensu ut Xtus pro salute duxat Prædestinatorum mortuus sit, hæretica declaratur. Quorsum tam anxium studium in varia propositionis significatione adnotanda, et tanta religio, qua eadem nunciatio uno sensu ut falsa, altero ut hæretica damnatur? Nimirum qui, ... conceptis opinionib. irretitus n. e, ex ... colliget 4ta etiam propositionem Jansenij, falsam declaratam fuisse quoad pmam ptem, quæ facti quæstionem continet, alteram vero hæreticam, quæ juris e et fidem respicit. Adde. Eam quæstionem facti esse facti dogmatici ex quo nempe propositionis pars altera

ita suspenditur, ut posita prima, et altera necess.º sequatur. Finge enim Semipelagn̄os gratiæ interioris prævenientis necessitatem ad singulos actus, etiam ad initiū fidei admisisse: errare profecto, et hæretici in alio ēē n. poterant, quam in modo, quo eam gratiam operari dicebant; seu ideo hæretici fuissent, quod gratiam, quam admittebant, versatilem ēē vellent, cui hum̄a voluntas resistere posset, vel obtemperare. Gratia enim versatilis in sensu Jansenij, in quo propositio damnata fuit, aliud non est, quā gratia, cui homo si velit resistere possit. Atqui hæc enunciatio, qua ab Jansenio ideo Semipel̄ni hæretici vocantur, quia gratiam admittebant, cui hum̄a voluntas resistere posset, hæreseos infamia inusta fuit. Ergo verum ēē nequit Semipel̄nos ad singulos actus etiā ad initium fidei gratiæ necessitatem agnovisse.

Hoc argumentum adeo invictū Illustrissimis Lucionensi, et Rubelensi in Gallia Episcopis visum ē, ut in Pastoralis suæ parte pā hæreseos notam etiam ad priorem Jansenianæ propositionis partem transferre non dubitarint. Id præstitit quoq, ut cæteros omittam Natalis Alexander sæc: V dissert. 4 parag: 9; quam Natalis opinionem religiosissimi ejusdem ordinis Censores, qui magno interdū rigore ejus historiam distringunt, intacta reliquerunt. Gonetus vero, cui subscribendum censeo licet antea Tom: 4 Lib. Theologici disp.e 2. de Hær: Semip. ar. 3. aliter de Semipel̄norū do:

Doctrina, censuraq. Janseniana propositionis sensisset; Tom: 6 in Appen: ad Tract. de Gra: cap. 2 parag: 2. n.o 10 re maturius, ut ipse ait, et attentius considerata sententia mutavit; docuitq Semipelagnos omnes gratiæ interioris necessitatem ad initium fidei negasse. Quod cum pluribus ratiocinijs confirmasset, ita colligit " Ex illis intelligi jure, meritoq damnatam esse ut falsam ab Innocentio X hanc propositione Jansenij: Semipelagni admittebant gratiæ interioris prævenientis necessitatem etiam ad initium fidei. Licet enim hæc propositio sit quæstio facti, quæ proprie fidem non spectat; quia in altera quæ est juncta, nempe ista. et in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare cum ista connexa est, ea necessario supponit, potuit, ac debuit Pontifex ea ut falsam proscribere, ut subinde alteram ut hæretica damnaret ".

Obijcies primo eodem quo usi sumus ordine ad assertionem nostram comprobandam. Cassianus, seu quilibet author sit Collationis 13., Gennadius, et Faustus Regjensis Semipelagianismi accusantur. Sed isti ad singulos actus etiam ad initium fidei gratia prævenientis interioris necessitatem aperte confitentur. Ergo non est Semipelagianorum error, sed ideo potius hæretici fuere quia ad initium fidei non aliam gratiam, quam versatilem agnoverunt. Minor eorum

verbis ostenditur. Primus eni colat. 13. c:3. affirmat „ Non solū actuū, verū etiā c

affirmat „ Cogitationū bonarū principium ex Deo esse, qui nobis et initia Sanctæ Voluntatis inspirat, et virtutē, atq opportunitatem eorum, quæ recte cupimus, tribuit peragendi „ Genadius lib. de Ecclesiasticis dogmatib. c: 19 „ Manet, inquit, ad quærendā salutem arbitrij libertas, sed admonente prius Deo et invitante ad salutem, ut vel eligat, vel sequat, vel agat occasione salutis, hoc ē inspiratione „ Faustus Regjensis, teste Genadio lib: de Viris Illustrib., sensit gratiam Dei spr invitare, præcedere, et adjuvare voluntatem nrām. Ergo.

Responsio. Cassiani, seu Colat. 13 auctoris sententia satis ellucet ex iis, quæ in nrā assertionis confirmationem protulimus. Sed cum n.º xx 21. adnotaverimus in eo errasse Cassianum, quia interdum gratia nrās voluntes, [docuit] interdum nrīs voluntib. gratiam prævenire; [docuit] quousq non adducat aliquod testimonium, quo affirmet semper, et omne initium boni, ac credulitatis affectum ex gratia proficisci, manifestum erit hujusmodi gratiam non ēe necessariam juxta Cassianum. Quæ objicit doctrina, ea quidem in se ipse: ctata ē orthodoxa, atq ut loquit. S. Prosper cōa Colatorem c: 3. „ Justo honorari præconio mererēt, nisi præcipiti lævoq progressu ab incoata rectitudine deviaret „ Illud ergo cū S. Prospero reprehendimus in Cassiano, quod cito hic disputator præmissæ definitionis oblitus ē, et cito a sua

sententia instabili levitate discessit.
In eadem enim Collat. sequentibus Capitu-
tot sunt Semipelagiani erroris argumenta, ut
nulla tergiversatione celari possint.

Genadius n. ex Opere de Eccl.
Dogmatibus, sed ex libro de viris Illu-
stribus in Semipelagianismi suspitione voca-
tur. Quid ergo possunt ex illo conclude-
re adversarii, quem forte jam errore po-
sito conscripsit, si tamen Genadii factum
est, quod nonnulli infitiantur. Quare
autem in altero Semipelagianismi suspitio-
ne non careat, num. 17. dictum est.

Faustus Regiensis etiamsi volun-
tatem nostram semper invitari, praecedi, et
adjuvari divina gratia docuerit; non
tamen satis purgatur a Semipelagianismi
fuligine. Quaerendum enim superest num
divinam gratiam nostris voluntatibus ante-
senserit per internam Illustrationem
praesertim voluntatis motionem, an sol-
us per Legem naturalem sive scriptam
sive etiam per Evangelii praedicationem.
Scimus enim caeteros quoque Semipelagianos
ejusmodi gratiam admisisse, de quo
Prosper his verbis num. 4 suae Epistolae ad-
monuit Aug. "Propositum vocantis
gratiae in hoc omnino definiunt, quod
Deus constituerit nullum in regnum suum
nisi per sacramentum regenerationis
assumere, et ad hoc salutis donum om-
nes homines universaliter, sive per natura-
lem, sive per scriptam legem, sive
per Evangelicam praedicationem voca-
ri" Porro Faustum de gratia exter-
nae doctrinae locutum fuisse ex ipsius
verbis demonstrat Maxentius in resp.
ad Ep. Hormisdae Pont. Vid. n. XVI.

Ob. 2°. Authoritatem S. Prosperi, qui in saepius commemorata epa. ad Augm. ait de Massiliensibus n. 4. „ Quidam vero horum in tantum a Pelagianis semitis n. declinant, ut cum ad confitendam Xti gratiam, quae omnia praeveniat merita humana cogantur ... Ad conditionem hanc velint uniuscujusq hominis pertinere. „ Igitur praeter hos, qui omnem gratiam voluntatis negabant cum Pelagianis, alij mitiores fuerunt his verbis signif. qui alias saltem gratias interiores versatiles et indifferentes ad initium fidei necessarias putabant. Istud confirmat idem S. Prosper n°. 5 verbis illis „ Nec considerant, se gratiam Dei, quam comitem, non praeviam humanorum volunt esse meritorum etiam illis voluntatibus subdere, quas ab ea actu sua phantasiam n. negant esse praeventas „ Confitebantur ergo actum propria phantasiam sive per gratiam versatilem humanam praeveniri voluntatem. Quid enim sibi volunt haec alia Prosperi verba sub n°. 3. „ Haec ipsorum definitio, ac professio est ... Omnem hominem ad credendum, et ad operandum divinis institutionibus admoneri „ Porro non omnes homines externam Evangelij praedicationem audivisse, aut esse audituros dixerunt Semipelagiani. Remanet ergo, ut crediderint omnes homines per interiorem gratiam admoneri, et praeveniri.

Responsio. Primum argumentum, quod ex Prospero Jansenius objicit, nimis infirmum est, ut ex eo duas Semipelagianorum factiones colligat

quarum mitior alicujus gratiæ interio[r]
necessitatem etiam ad initium fidei [ad]
miserit. Nam paulo ante S. Prosper, [in]
ter eos, qui Massiliæ Augustini Scrip[tis]
turbati erant commemorat fuisse nimul[los]
quib. Spiritus Pelgnæ impietatis illudeb[at]
quod prævenientis gratiæ misterium [in]
ventio premi exigerent, Augustiniq[ue] do
ctrinam veluti novam non promenda[m]
judicarent; cæteros vero a Pelgnis sen[ten]
tis adeo non declinasse, ut cum ad gra[ti]
am meritis priorem confitendam adige
rentur, eam cum Pelagio disertis verb[is]
in naturam collocarent. Sive, quod ibi
affirmat S. Prosper circa fidei initiu[m]
posteriores Massilienses cum Pelagio a
perte sensisse; priores vero ob affecta
tum silentium de eadem impietate
fuisse suspectos. Ubinam ergo sunt ill[i]
mitiores, qui gratiam versatilem etia[m]
ad initium fidei confitebantur? nu[s]
piam reperies.

Nec firmius e[st] 2dum arg[umentum]: quo[d]
ex eodem Prospero finxit Jansenius, [ad]
docerent, Deum indiscriminatim velle om
nium salutem, consequenter docebant
ex hominum meritis prædestinationem
totam pendere, cumq[ue] in parvulis, qu[i]
ante rationis usum decedunt nulla me
rita absoluta præire viderent, Massili
enses ad conditionata se converterunt,
atq[ue] affirmarunt eos parvulos salvari
qui bene acturi divina scientia præv[i]
dentur, si ad activam, seu maturam
ætatem servarentur. De hoc ibi sermo
nem habet S. Pater, horumq[ue] parvu
lorum voluntes asserit divinâ gratiâ
secundum Massiliensium phantasiam

præveniri. Præveniebantur scilicet juxta Massilienses n. equidem respectu fidei, sed respectu actuum fidem subsequentium, et ad vitam æternam consequendam necessariorum. Hoc autem modo dicunt parvulorum voluntates divina gratia esse præventas, atque Massiliensium phantasiam, quia fictitia erat hujusmodi præventio, quæ nimirum ea merita respiciebat, quæ nusquam erant futura. Hinc S. Prosper „ Commentitiis, inquit ibidem, meritis ellectionem Dei subjiciunt, ut quia præterita n. extant, futura quæ n. sint futura confingant, novoque apud illos absurditatis genere, et non agenda præscita sint, et præscita n. acta sint „.

Ideo autem tertio loco affirmat Prosper juxta Massilienses omnem hominem ad credendum divinis institutionibus admoneri, quia Sp. Sanctus per scripturas omnes hortatur ad credendum, et operandum; n. quasi prædicatio Evangelica ad omnes perveniat, sed quia scripturæ neminem excipiunt, omnesque invitant: venite ad me omnes qui laboratis: Omnes sitientes venite ad aquas, et alia id genus plurima, hoc enim totus Prosperi contextus clare demonstrat. Præmittit enim ex Massiliensium mente universis hominibus propitiationem, quæ est in sacramento sanguinis Christi sine exceptione esse propositam, ut quicunque ad fidem, et ad baptismum audere voluerint salvi esse possint. ~~et~~ paucis interjectis subjungit „ Ideoque omnem hominem ad credendum, et

ad

ad operandum diñis institutionibus ad
moneri " Et continuo sequitur " ut
de apprehendenda vita æterna nemo
desperet, cum voluntariæ devotioni re
muneratio sit parata " Per hanc ex
positionem corruit, quod in confir:
matione adducebat.+ Quemadmodũ e
nim externa admonitio omnib. hoib.
communis non ē, ita neq interna; ico
ab ea excipiendi sint omnes parvuli
rationis usum nondum assecuti. Quo
pacto externam admonitionem, seu
prædicationem Evangelij ad omnes om
nino pertinere voluerint Massilienses
innuunt apud eundem Prosperũ dicen
do " Id præscientiæ ēē diñæ, ut eo
tempore, et ibi, et illis veritas annun
tiaretur, aut annuntiet, quando, et
ubi prænoscebatur ēē credenda " Il
lud quoq notandum in Prosperi verbis
de ijs nempe institutionibus sermone
ēē, quibus n. solum ad credendũ, sed
etiam ad operandum homines admo
nentur. Vel igitur Scripturæ sunt il
læ diñæ institutiones, vel gratia ope
rationis: hoc alterum admitti n. potest
cum de gratia operationis recte senti
rent, quæ longe minus communis est
omnib. hominib., quam admonitio ad
fidem, sive interna, sive externa
primũ ergo est affirmandum. Imo iux
ta Massilienses etiam per naturalem
legem ita admoneri dicunt apud Pro
sperum, ut illa hoēs n. audientes inex
cusabiles sint " Nec vacillare, ajunt,
illud quod Deus oēs hoēs velit salvos fi
eri, et ad agnitionem veritatis venire
Quandoquidem inexcusabiles sint, qui

+ licet per se infirmũ sit.

et ad unius veri Dei cultum potuerint instrui intelligentia naturali, et Evangelium ideo n. audierint, quia nec fuerint recepturi "

Ob. 3. Ex Augustino, qui lib: de Dono Persev: c: 17. ita de Semipnis refert " Solum initiu fidei, et usq in finem perseverantiam sic in nostra constituunt potestate, ut Dei dona ee n. putent. " Atqui Semipni interiorem gratiam, scilicet versatilem, et indifferentem necessariam ee ad perseverantiam finalem dixerunt; ergo etia ad initium fidei. Prob. min. ex eodem Augo., qui Semipnoru de Persevaa. sententiam pro statu integritatis probat eodem libro cap. 7 his verbis " Non e hoc omnino in virib. liberi arbitrij quales nunc sunt: fuerat in homine ante quam caderet " Atqui juxta hunc Patrem libo. de Corresp. et Gra: Ada ad perseverandum aliquo dinæ gratiæ adjutorio donatus fuit. Ergo ex eodem Patre recte colligitur Massilienses ad perseverandum gratiam aliquam exegisse. Confirmat ex S. Hilario epa. ad Augustinum numo. 6 " In hoc solo volunt, inquit, a primo homine omniu distare naturam, ut illu integris virib. voluntatis juvaret gratia volentem, sine qua perseverare non poterat, hos autem ammissis, et perditis virib. credentes tantum n. solum erigat prostratos, veru etiam suffulciat ambulantes "

Respondeo dist. min: Semipni admittebant gratiam Dei esse necessariam ad Perseverantiam fina:

lem, tanquã adjutoriũ, sine quo justus perseverare n. posset conc: min:, tanquam adjutorium, quo reipsa perseveret nego ans, et cons. Ultro fatemur cum S. Augº: cap. objecto nº. 42. Massilienses admisisse necessitatem gratiæ ad castitatem, charitatem, pietatem & quæ Dei dona ẽẽ confitebantur; et hac gratia erat respectu peculiaris perseverantiæ adjutorium ejusdẽ, sine quo perseverare n. posset justus in accepta justitia. Negabant tñ perseverantiam ẽẽ peculiare Dei donum a cæteris distinctum, proficiscens ex quadã gratiarum serie eum in finem concessa quæ ipsam perseverandi voluntatem efficeret, ut ab eis exigebat Augustinus. Hæc planiora fient cum hoc argumentum de industria pertractabimus. Illud interea tenete, ex Augustini sententia Adamũ donis, quæ de bonitate sui Conditoris acceperat, instructum in eo innocentiæ statu peculiari divinæ gratiæ adjutorio ad perseverandũ non indiguisse, quali eget natura per peccatum originale vitiata, et multis vulneribus saucia. Cum autem Massilienses ab homine etiã lapso hujusmodi adjutorij necessitatem excluderent, factum ẽ, ut Aug.s assereret hoc n. ẽẽ viriũ lib. arb: quales nunc sunt fuisse vero arbitrij hõis innocentis.

Hilarius objecto in testimonio discrimen exhibet, quod Adamũ inter, et homines labe infectos interesse dicebant Massilienses, qui totum hoc discrimen in eo collocabant, ut Adamus viribus integris n. egeret gratia præveniente ad voluntatem operandi, sicuti gratia adjuvante

ad ipsã operationem indigebat; homo vero post peccatum possit quidem gratia destitutus credere, seu initialem fidem habere; indigeat ã gratia n. solum ut operans adjuvetur, sed etiam ut prostratus erigatur. En totam anthitesim, quam Massilienses adstruebant: viribꝫ integris voluntatis gratia volente juvabat, nos à viribꝫ ammissis credentes tantũ n. solum erigit prostratos, verum etiã sufulcit ambulantes. Profecto Aug.ˢ lib: de Pred: SS.ᵗᵒʳᵘᵐ cap. 5 exponens illud Apõti quid ã habes, quod n. accepisti Semipelagianos, quod in utroqꝫ statu ad initia fidei, seu ad bonam voluntatem gratiæ necessitatẽ negarent, ita perstringit „ In hac Apõti evidentissima intentione, qua cõa hũnã superbiam loquitur, ne quisquam in homine, sed in Dño glorietur, dona Dei naturalia suspicari, sive ipsam totam perfectamqꝫ naturã, qualis in primã conditione donata ẽ, sive vitiatæ naturæ qualescunqꝫ reliquias, nimis quantũ existimo absurdum ẽ „

Instabis ex Hilario, qui n.º 2 suæ Ep.æ totæ ita de Massiliensibus retulit Augustᵒ. „ Cæterum ad nullum opus vel incipiendum, ne dum perficiendum quemquam hõi sufficere posse consentiunt. „ Quis porro neget etiam fidem opus ẽẽ salutare, et meritorium? Ergo Massilienses n. solum ad perficiendum opus istud, seu ad fidem completam, verum etiã ad incipiendum, seu ad ipsam initialẽ fidem gratiæ necessitatem non diffitebantur.

Resp.º Hilarium eodem loco nobis eorum fraudem detexisse, nos admonendo inter opera bona credulitatis affectũ, seu bonam voluntatem Massilienses non recensere. En enĩ quomodo nullis interjectis

jectis ipse prosequitur,, Neq enim alicui optem,
,, ri curationis eorum adnumerandum putant
,, exterrita, et supplici voluntate unumquemq
,, ægrotum velle sanari. Quod enim dicitur
,, crede et salvus eris; unum horum exigi asse-
,, runt, aliud offerri; ut propter id quod exi-
,, gitur si redditum fuerit, id quod offertur dei-
,, nceps tribuat. Unde consequens putant
,, exhibendam ab eo fidem, cujus naturæ
,, voluntate Conditoris concessum est; et nulli
,, ita depravata, vel extinctam putant, ut
,, n. debeat vel possit se velle sanari ...
,, Nec negari gratiam si præcedere dicatur
,, talis voluntas, quæ tantum medicum quærat
,, n. ad quidquam ipsa jam valeat. Nam illa
,, testimonia, ut est illud, Sicut unicuique par-
,, titus est mensuram fidei, et similia; ad
,, id volunt valere, ut juvet qui cœperit vel-
, le, n. ut etiam donet ut velit,, Quid
amabo clarius ad Massiliensium fraudes
detegendas, quid validius ad assertionem
nostram confirmandam potest afferri?

Objicies 4°: eam tantummodo gra-
tiam negabant Massilienses, ex qua time-
bant ne libertatem everteret arbitrii. Sed hujusmodi
alia esse n. potest præter illam insuperabilis
efficacitatis, et quæ necessario ad bonum determi-
net. ergo. 2°: ideo ab Augustini doctrina
abhorrebant, quia per eam Deum Prosopo-
lepsiæ, seu acceptionis personarum arguendum
putabant. Atqui Deum prosopolepsiæ ac-
cusare solum rudes, et omnino stupidi,
quales profecto Massilienses n. erant, ar-
guissent, si de gratia indifferenti, et
versatili quippe disputatum. Hujusmodi
enim gratiam versatilem, quæ et sufficiens
dicitur, omnibus, nullis exceptis, elar-
gitur Deus. Non igitur gratiam indifferen-

rem, sed invicta ducat, et necessitante re:
jecerunt.

Resp^eo: simili arg^to Jansenium pugnasse tum etiam cum de Pelagianorum gratia disputaremus; quodq ibi responsum dedimus, hic quoq reponendum e. Non e profecto mirandum Semipnos tolli liberu arb: credidisse, si ad quodlibet etia minimi boni gratia indigeat. quam eni libertate etiam in vitiata natura praedicabant Massilienses apud S. Prosperu n.o 4. hujusdi nempe, ut „ quantum quisq ad malum, tantum habeat facultatis ad bonum; pari momento animum se vel ad vitia, vel ad virtutes movere possit, quem bona appetentem gratia Dei foveat, mala sectante damnatio justa suscipiat „; et n.o 6 si duo sint, inquiunt, quae humanam operentur salutem, Dei scilicet gratia, et hominis obedientia, priorem obedientiam esse, quam gratiam, ut initium salutis ex eo, qui salvatur, n. ex eo credendum sit stare, qui salvat; et voluntas hois divinae gratiae sibi pariat opem, n gratia sibi humanam subjiciat voluntatem „. Sane libertas haec fictitia cum nullo modo cum gratiae necessitate comisceri possit, ut illam tuerentur, hanc negarunt. Rursus cum gratiam naturae viribus promereri n. posse afirmarent catholici; cumq aliquibus populis, et nationibus ducat, non omnibus Evangelium praedicet, et ex pluribus infantibus, qui morte rapiuntur, pauci ad baptismi regenerationem perveniant; quaererent Massilienses ex orig. doctrina Deum ee acceptorem personarum. Hinc occasionem sumpserunt futura merita fingendi, quae nunqua erant futura

Retorque arg. et hinc proba etiam rigidiores Semipelagianos admisisse necessitatem gratiae quod negant Adversarii. Eodem argumento probatur ipsos Pelagianos non solum post cōdemnationem, sed etiam ante confessos esse cum intellectus corruscationem, tum voluntatis motionem et utriusque necessitatem.

At erant doctissimi, inquis. Sed videtis, achebetis e timere libero arbitrio ex gratia indiferente. Nonne hebetis e, uni tribuere nudae libertati initium fidei, si concurrit etiam gratia, licet non insuperabilis?

et credulitatis affectum divinæ gratiæ antecedenti rendi. Nec satis erat ad eorum querellas suffocandas regerere, omnibus gratiam saltem remote sufficientem Deum elargiri: nam adhuc certum est ex liberrima Dei voluntate alios in tenebris infidelitatis relictis, alios Evangelii luce illustrari; aliis parvulis pereuntibus, alios misericorditer in Dei filios adoptari. Quorum omnium n. ea est ratio quam fingebant Semipelagiani; sed quia cum omnes nascantur filii iræ, et jaceant in massa perditionis, qui pereunt, eorum culpa saltem Originali justissimo Dei juditio damnantur, qui autem salvi fiunt, gratuita misericordia salvantur. Numquid iniquitas apud Deum, an potius oculus noster nequam est, quia ipse est misericors? Hæc Massilienses intelligere nolentes se in ... ceps dederunt.

Caput III.

Disseritur de Prædestinatianis, Luthero præsertim, et Calvino, quorum errores circa gratiam, et liberum arbitrium breviter refferuntur.

18 **XXI** Incidit in Scyllam cupiens vitare Charibdim. Pelagiani, eorumque surculi Massilienses ut plus equo libertatem defenderent, gratiæ necessitatem negarunt. E contrario Prædestinatiani dum gratiam nimium extollunt, hominis libertatem extinguunt. Prædestiani, seu Prædestinati ideo vocantur, si credas Sigeberto Gemblacensi Monacho, quia de prædestinatione, et divina gratia disputantes asserebant nec pie viventibus bonorum operum laborem prodesse, si a Deo præscirent ad mortem prædestinati, nec

impiis obesse sceleratas eorum mores, si a Deo
prædestinati fuerint ad vitam. *Alii placet
ideo prædestinatos vocari, quia olim a quodam
viro cui nomen Prædestinati impetiti fue-
re.* An reipsa hujusdi hæresis unquam exti-
terit, negavit Jacobus Usserius insignis Cal-
vinista, quem Jansenius secutus autumat
prædestianam hæresim commentum esse Semi-
pelagianorum doctrinam ab Aug°. traditam car-
pentium. Sed qui hæc hodie venditaret,
cuilibet chordato viro bilem moveret, si-
bimetipsi autem proborum odium concita-
ret. In eo dudum laborant adhuc critici,
ut hæresis istius originem inveniant, et
Epocam statuant. Nonnulli vestigiis inhæ- 24
rentes Jacobi Sirmondi, qui sæculo super°.
hanc controversiam celebriorem reddidit, jam
ab anno 424 e monasterio Adrumetino
erupisse censet, statimque per Augum. lib: de
Corrept. et Gra: sopitam; ac non ita multo
post ex Affrica in Gallias migrasse, et contra
ipsam S. Prosperum, et Hilarium insur-
rexisse, per Epistolas S. Aug. opem implo-
rasse, et post hujus fata Romam se contu-
lisse, ut Pontificis Celestini zelum ad il-
lam extinguendam accenderent. Sed hæc
effœta jam ætate scribens Sirmondus pau-
cos invenit sectatores; gravibusque rationibus
alii ostendunt, in Monasterio Adrume-
tino, quousque Aug. vixit, nulla Prade-
stinatianorum hæresim fuisse, quibus pu-
to assentiendum. Hinc plures ex Lucido
quodam Presbitero in Galliis circa annum
470 prædestinatos originem duxisse cre-
dunt, duobusque Conciliis Arelatensi, et Lu-
gdunensi fuisse proscriptos. Sane Luci-
dus ille per Faustum Regiensem admo-
nitus, juxta Concilii Arelatensis decreta

libello emendationis ad Episcopos Gallican
misso plura, quæ Prædestinorū hæresim
70 piunt revocavit. De Gotescalco origine
xone, qui sub finem sæculi IX vixit, ad
adhuc, et diu porro ardebit quæstio, n
Prædestinus revera fuerit, an parū ca
gata, et imprudens ejus doctrina: inv
niunt enim, inquit P. Gazzaniga, scri
res scriptorib., et quod magis ē synodi,
Ecclesiæ synodis, et Ecclesiis in ejusdē ca
sa vehementer repugnare. Sæc: XI, et
XII occurrunt Catari, et Waldenses
quibus Vener. Moneta Ordin. Præd. gr
avissimus author Prædestinorū commen
sæpius oppugnat. Sæc. XIV Joannes Wi
cleffus omnia absoluta necessitate even
docens Prædnam hæresim confovit; Qu
errorem præter alios plures una cum e
rorib. Joannis Hus, qui Wicleffi sectat
erat, Synodus Genlis Constantiensis an
1415 damnavit. Nos quib. n licet esse
gioribus, prætermissis veterib. Prædest
tis, in recentiorib. duxat Luthero, et C
vino tantisper immoremur.

71 XXII Martinus Lutherus Isleb
in Saxonia obscurissimo genere natus a
1483, cū Augustinianæ Congr. mona
factus, post paucos annos religiosæ vit
rasticliens regulam in Apostasiam prol
sus ē, et ex Apostata hæreticus, imm
hæreticorum ductor est factus. Occasi
ne indulgentiarum, quas Leo X ad pr
movendum templi S. Petri a Julio II
inceptum ædifitium promulgari cur
verat, primum indulgentias, tu pra
pua Catholicæ fidei mysteria impugn
vit. Cum unus supra 40 ejusdē articu
a Leone X proscripti fuissent, adeo n

Legatur P. Bardarini pag. 439, et seqq.

sequores addidit, ut fere omnia Wicleffi,
et Hussitarum instauravit deliramenta.
His quoq ab Ecclesia, et a Catholicis univer:
sitatib. semel iterumq damnatis, pervica:
cior evasit; atq omnis Religionis, et pudoris
jugo prorsus excusso, an. 1525. Xto erepta
Monialem, cui nomen Catharina De Borè,
uxorem duxit. Pluribq demum auctis di:
scipulis, qui in varias sectas divisi omniu
hæresum monstra excitarunt Islebii an:
1546 scelestissima animã efflavit. Infi:
nitus essem, si omnia erroru portenta,
quæ invexit Lutherus hic vellem recense:
re. Quod ad rem nrã attinet, in ipsomet
aditu, ac vestibulo libri, quem ad Eras:
mum Roterodamum dedit, quid de libo:
sentiret arbo: satis declaravit. Repudi:
ato enĩ antiquissimo, ac pervulgatisso:
nomine liberi arbi:, hoc malitioso voca:
bulo, et fraudulento librum suũ inscrip:
sit, de Servo arbo:. His autem sententiis,
quæ ejusdem Lutheri verbis descriptæ sunt
ex Tom. 3. De Servo Arbitrio, totum
conspersit, quin potius inquinavit opus:
culum „ Liberum Arb: ẽẽ merũ menda:
cium. liberum arb. ẽẽ inanem voculã,
cui res ammissa sit: in omniũ cordibus
scriptum invenitq liberum arb. nihil ẽẽ.
libertas arbitrii nihil ẽ coram Deo. Per:
petuo asserui usq in hanc horam, libm:
arb: ẽẽ nihil, et rem de solo titulo.
Hominem n. esse sui juris, aut operis
liberum ellectorem, aut actorem. Li:
berum arbm: ẽẽ plane divinũ nomen;
neq ulli posse competere, quam soli
divinæ majestati. Patres quatenus liberũ
arbm: asserunt, ẽẽ imperitissimos sacra:
rum Scripturarum „ Hactenus Luthe:
rus

rus de rejecta, atq explosa ab hum̃a natur̃ qualis nunc ē, liberi arb. facultate. (a)

Qualem ā libertatem Lutherus exclusèrit, ipsemet apertissime manifestat. Docet enim non se quidē libertatē à coactione, quæ pugnat cum voluntario, sed solū duxat libertatem indifferentiæ rejicere, quæ insuperabilis necessitatis sit expers „ Voluntas, inquit, si cogeretur, voluntas n. ēēt. Nam coactio potius ē, ut sic dicam, noluntas. Item, voluntas sive diṽa, sive hum̃a nulla coactione, sed mera lubentia, vel cupiditate, quasi vere libere facit, quod facit sive bonum, sive malum „ Ex hac sordidissima Lutheri cloaca duos errores hausit Jansenius, suisq discipulis propinavit; alterum de admissa duxat libertate a coactione, negataq libertate, quæ dicit indifferentiæ; alterum de gemina delectatione una ad bonū, alia ad malum irresistibiliter necessitante. Primū ita docet Lutherus supra commemorato 3. Tom De Servo Arb.º inquiens „ Quod necessitat neq meritū, neq mercedem habet, si de necessitate coactionis loquimur, verum ē, si de necessitate im̃utabilitatis loquimur falsū ē „ Mox concludit „ Stăt igitur ex merito n. probari liberū arb. „ Alterum ā præter jā adducta hæc alia ejusdē verba ex eodem libro deprompta in quib. etiam hujus necessitatis causas recenset, ita exponit „ Pugnat, inquit, ex diametro præscientia et Omnipotentia Dei cū nr̃o lib.º arb. Hæc, inquā, Omnipotentia, et præscientia Dei funditus abolent dogmă lib.i arb. Hoc fulmine sternit et conterit penitus. Si præscivit Deus Judam fore proditorem necess.º Judas

(a) solum relinquens actionum lubentiā, seu spontaneitatē, quæ in brutis etiam reperitur.

fiebat proditor, nec erat in manu Judæ, aut ullius Creaturæ aliter facere, aut voluntatem mutare, licet id fecerit volendo, n. coactus. Non ē in manu nr̃a ejus voluntatem mutare, multo minus resistere, quæ nos vult induratos „ Imo n. necessitanti duntaxat Dei præscientiæ, aut voluntati, verum etiam necessitanti voluntati Satanæ mancipatam hōis voluntatem, contendit Lutherus. „ Hum̃a enim, inquit, voluntas in medio posita ē, ceu jumentum. si insederit Deus; vult, et vadit, quo vult Deus: si insederit Satan; vult et vadit, quo vult Satan „ Vah asinariam Theologiã.

XXIII. Joannes Calvinus, qui inter Prædestinatianos suum et ipse ~~quoq~~ & principatum obtinuit, haud suo, num Luthero minus acriter in hum̃a libertatem sævierit, vel potius insanierit. Hic Novioduni in Picardia natus an. 1509 fuit. veluti Lutheri filius, sed Patre longe callidior. Adhuc novennis e Galliis discessit, et se Basileam contulit, ubi Hæbraicas literas didicit; et 26 annos natus edidit impiũ illud opus Institutionum, quod Francisco I Galliarum Regi nuncupavit. aliquandiu Genevensis Ecclesiæ ministeriũ exercuit, posteaquã anno superiore, scilicet 1535 illius Civitatis incolæ ausu temerario, et Curiæ Aenea tabula ad perpetuam infamiã appensa sese a Rmi Pontificis obbedientiã subtraxissent. Quamvis duob. post annis Geneva pulsus fuerit Calvinus, quod Cœnæ Eucaristicæ celebrationi se se opposuisset, eo tamen paulo post rediit, obiitq anno 1564, n placidissime, ut inquit Theodorus Beza,

sed, ut referunt docti, et veraces testes, quo-
rum etiam nonnulli interfuerunt, Dæmo-
nes invocans, dejerans, vitæ suæ diras im-
precans, suis studiis, et scriptis maledicens,
intollerabilem ex ulceribus emmittens fœtorem
in locum suum descendit.

34 XXIV. Calvini errores quod præsentem tra-
ctationem spectat iidem fere sunt atque
Lutheri. Quid ipse de Prædestinatione l.
3 Institutionum suarum cap. 21. affirmet
audite „ Prædestinationem, inquit Cal-
vinus, vocamus æternum Dei decretum, quo
apud se constitutum habuit, quid de unoquo-
que hoïe fieri vellet. Non enim pari condi-
tione creantur omnes; sed aliis vita æterna,
aliis damnatio æterna præordinatur. Ita-
que prout in alterutrum finem quisque condi-
tus est; ita vel ad vitam, vel ad mortem
prædestinatum dicimus „ Et cap. 22
„ Si n. possumus rationem assignare, cur
suos misericordia dignetur; nisi quoniam
ita illi placet, neque etiam in aliis repro-
bandis aliud habebimus, quam ejus vo-
luntatem. Cum enim dicitur Deus vel indu-
rare, vel misericordia prosequi quem
voluerit eo admonentur homines, nihil
causæ quærere, præter ejus voluntatem
„. Hæc autem nullam absurditatem conti-
nere nova absurditate contendit; tum
quia licet hac prædestinatione reprobi
ad flagitia necessº impellantur, sua tamen
constat equitas voluntati divinæ, quamvis
nobis occulta, et ignota; tum quia ne-
cessarium reproborum exitium in Dei
gloriam redundat. Ita enim Catholicis
~~respondet~~ induit sua impiæ sententiæ absurdi-
tatem objicientibus „ Sic ergo profanæ
linguæ obganiunt: cur ea vitio Deus

imputaret hominibus. quorum necessitatem sua praedestinatione imposuit? Quid enim facerent? An cum decretis ejus luctarentur? At frustra id facturi sunt, cum omnino facere non possint. Non ergo jure ab eo puniuntur, quorum praecipue in Dei prae:destinatione causa est "; atque ita respondet " Videamus quomodo rite nodus expedi:ri debeat. Primum omnium constare inter omnes debet, quod ait Salomon: Deum omnia propter semetipsum condidisse im:pium quoque ad diem malum: ecce cum rerum omnium dispositio in manu Dei sit, cum penes ipsum resideat salutis, ac mortis arbitrium; consilio, nutuque suo ita ordi:nat, ut inter homines nascantur (O vox impia, et sacrilega!) ab utero certae mor:ti devoti, qui sui exitio ipsius nomen glo:rificent ". Horrorem suae sententiae sensit et ipse. Quare eodem capite " Decretum, inquit horribile fateor; infitiari tamen nemo poterit, quin praesciverit Deus, quem exitum esset habiturus homo, antequam ipsum conderet, et ideo praesciverit, quia decreto suo sic ordinarat " Proh quam impie impii loquuntur!

Ita divina praedestinatione con:structa duo praesertim in Calvini syste:mate consequuntur; quorum alterum est homines licet non coacte, necessario tamen peccare, alterum Deum ipsum esse pec:cati authorem. Primum ita pluries do:cet haereticus homo, ut si omnia, quae ad hoc Corollarium confirmandum ex:aravit, essent recensenda, integra ca:pita, seu potius universi 4 libri Institu:tionum transcribi deberent. Quod lib. 2° cap. 3. habet ideo non est ommittendum 35.

quia in eo testimonio vel ipse libertatis ini-
micus docet quanam libertatis idea a pri-
mis sæculis in omnium animo insederit.
Ait enim „ Voluntatem movet (Deus
non qualiter multis sæculis traditum est, et cre-
ditum, ut nostræ postea sit electionis mo-
ni aut obtemperare, aut refragari; sed
illam efficaciter efficiendo „ Quare nomen
ipsum libertatis elliminandum putavit.
Quia, inquit, sine ingenti periculo non posse
retineri censeo; magno contra Ecclesiæ bono
futurum si aboleatur; neque ipse usurpare
velim, et alios si me consulant, abstine-
36. re optarim „ Alterum Deum scilicet esse
peccati auctorem non sum nescius equidem
Calvinum ad speciem negare; imo fateor
ut verbis ejus utar, longo semper discrimine
in eodem opere distare id, quod agit Deus
ab eo quod impii moliuntur. Ille mala
instrumenta, inquit, quæ sub manu ha-
bet, et versare quolibet potest, servire ju-
stitiæ suæ facit; hi autem prout mali
sunt nequitiam pravitate ingenii con-
ceptam pariunt. Sed quod Calvinus spe-
cie negat reapse affirmat, et probare co-
natur. Hinc Catholicorum distinctionem
inter Dei beneplacitum, et permissio-
nem irridet, atque inane et fluxum divinæ ju-
stitiæ patrocinium illam appellat lib.
de æterna Dei prædestinatione „ Cum
sum ea (peccata) permittere fingunt,
inquit ille de Catholicis, et non ejus vo-
luntate, sed permissu ducat fieri que
scriptura non tantum eo volente, sed
eo autore fieri pronuntiat „ Quas ha-
ctenus Lutheri, Calvinique blasphemias co-
memoravimus, cæterasque plurimas, quæ
cætera fidei dogmata impetunt, Cona-

cum Tridentinum passim, et praesertim 33 ca:
nonib. de Justificatione anathemate per:
cussit.

B. nus Quaeres ~~primo~~ 2do Num recentiores Luthe:
rani, et Calvinistae circa gratiam, et lib.m
arb: etiamnum tam longe a veritate
aberrent?

Ry. Bossuetus, lib: 8. Historiae Va:
riationum cap. 52. De Camus Episcopus Bel:
licensis in Appropinquatione Protestan:
tium ad Ecclesiam Catholico-Romanam,
et cum iis Theologi nonnulli censent cruda
Lutheri, et Calvini dogmata de Gra: et
lib.o arb. Ita sensim emolita fuisse, ut
vix aliqui ~~essent~~ sint, qui a magistris suis n.
discesserint; ab eorum opinionib. adeo
alienos fuisse n. solum mitiores Luthera:
nos, sed e Calvinianis illos, quos a Jaco:
bo Arminio Amstelodamensi Ministro
Arminianos, et molliores Calvinistas vo:
cant, ut in oppositum prorsus Semipelagianorum
errorem declinaverint; qua causa a rigi:
diorib. Calvinistis in Dordrechtana Syno:
do graviter sint reprehensi. Imo P. Gaz:
zaniga, quem eruditissimum hominem
adhuc florentem spr honoris causa no:
minatum volo, ait: „etiam rigidos Calvi:
nianos recentiores a Praedestinatianorum
blasphemiis resiluisse, atq ad Thomista:
rum sententiam de Libertatis Integritate
sub gratiae efficacia ita propius accessisse,
ut vix, aut ne vix quidem ullum super:
sit nos inter, ac illos in hac parte dis:
crimen „ Verum recentior quidam in
Germania Professor, qui Theologicos suos
labores quatuor annos post pmam editio:
nem, qua utor, Pris Gazzaniga, publi:
ci juris fecit, Bossueto, De Camo, caete:
ris

Theologis respondens hæc scripsit „ Quod Protestantes, et Reformatos reliquos attinet, qui in propugnanda gratia ab intrinseco efficaci eadem se cum Schola Thomistica sentire asserunt, vera esse quæ dicunt opto magis quam mihi persuadeo. Cum enim in libris eorum, quos consulere licuit, neque gratiæ efficientis, cui ex mente Concilii Tridentini dissentire, et resistere voluntas possit; neque gratiæ, quæ juxta Ecc.[æ] sensu vitio, et culpa nostra sterilis sit, et inefficax, vestigia satis certa reperiam: vereor ne speciosis id genus verbis hæresis dumtaxat invidiam declinent, emulenturque Jansenium et Quesnellum, eorumque parciarios, qui, esto a Thomistis intervallo tanto distent, quantum inter Catholicos Orthodoxos, hæreticosque esse potest, sibi tamen cum illis communia esse omnia temere asseverant „ De mollioribus Calvinistis a rigidioribus, qui ob Franciscum Gomarum sectæ caput Gomaristæ vocantur, Semipelagianismi reprehensis in Dortrechtana Synodo hæc præmiserat „ Mihi, ut quod sentio, candide edicam istud suspectum semper fuit. quod non solum Gomaristas; sed etiam e Catholicis Theologis non unicos de Semipelagianorum erroribus parum accurate sensisse, scripsisseque sciam. Illi certe pluribus fidei nostræ dogmatibus in Dortraco-Synodo sua notam Semipelagianismi temere, et impudenter affricant: isti vero viros sæpenumero apprime Orthodoxos cum Semipelagianis incaute permiscent „

Quæres 2.º Quænam sint præcipua Prædestinatorum errorum capita?

Respondeo 2.º ad sequentes, quorum alii pluribus, alii paucioribus adhærent,

errores cæteros Prædestinatorum posse revocari. Dicunt primo Deum nulla meritorum, aut scelerum (a) prævisione supposita absoluto decreto alios prædestinasse ad bonum, et gloriam, alios ad malum, et damnationem. 2do Per hanc prædestinationem ita liberum arbitrium constringi, imo vero perimi omnino, ut qui ad bonum prædestinatus est, malum operari nulla ratione queat; et qui prædestinatus est ad malum, nullo modo bonum assequi possit. 3º. Ad merendum, et demerendum saltem post Originale peccatum indiffirentiæ libertatem non requiri, sed libertatem a coactione sufficere. 4º. Non solum impiis, sed etiam justis aliquando Dei præcepta esse impossibilia, et gratiam deesse, qua possibilia fiant. 5º. Magis humano generi Adæ peccatum obfuisse, quam profuerit Xti redemptio. 6º. Deum non omnium, sed Prædestinatorum dumtaxat velle salutem, ac pro solis prædestinatis Xtum sanguinem fudisse. Quæ omnia ex una malæ intellecta et impie statuta prædestinatione per se se consequuntur.

(a) saltem actualium

Caput IV.

De Bajo, ejusque erroribus per summos Pontifices proscriptis, quorum constitutionum auctoritas vindicatur. Adjicitur brevis synopsis (+) quæ sub Clem. VIII, et Paulo V habitæ sunt inter Doctores Catholicos circa divinæ gratiæ auxilia.

(+) controversiarum

XXV. Quo magis Theologi unius, aut alterius scholæ placitis adhærent, eo difficilius errorum Baj adæquatam ideam consequi possumus; cum alii plures ejus- 37.

de

dem sentias defendant quas alij ab Eccles
praescriptas esse conclamant. Ut quoad
jus fieri potest historiae veritatem pr
pius inspiciatis, quae de Bajo hoc capi
et in sequentibus duob. de Jansenio
Quesnello scire debet Theologus ea prae
tim e viro Cl: Petro Coleto, Dre Sorbon
et apud Parisios Theologiae Professore
ab aliis etiam caeteroquin doctis fieri
pexi fideliter dessumam. Hic et brev
ro compendio, quae scitu necessa: sunt
hibet omnia; et eo loco ea conscripsi
ubi res, quae narrantur, neq ignotae
q studio partium suspecta esse possunt
Itaq ex Tom. 2. disp. 6 Instit. Theolog
dem Coleti haec de Bajo habetote.

„ Michael Bajus an. 1513 a
Belgas natus, ac Doctorali Laurea in sa
cra Lovaniensi facultate donatus an 15
nova jam ab an. 1552 dogmata foam
incoepit. Unde an. 1560 Parisiense
gistri ejusdem propositiones 18 proscri
psere. Redux e Tridentino Concilio
jus varia edidit opera, quae nova ru
dispicliorum seges. His ut occurreret
V 76 Baii articulos tacito ipsius nomi
sub variis censuris respective damnavit
die 1. Octobris 1567. acquievit Ponti
ficiae constitutioni an. 1570. Nationalis
gii Synodus. at n. Bajus fautores ~~ipse~~ Unde
1579. Gregorius XIII Pii V successor n
constitutione praecedentem confirma
Actuiic ~~damum~~, agente Francisco Toleto
exinde Cardinali, obtemperavit Bajus
an. 1580. et errores suos publico scripto
retractavit; diemq pacifice clausit
1589 annos natus 77.

Integrum Baii systema ad tria generatim capita revocari potest. Primum spectat statum naturae innocentis. 2dum statum naturae lapsae; 3tium statum naturae reparatae. 1mo itaq circa statum naturae innocentis docet Bajus: Deum habita ratione justitiae, ac bonitatis, non potuisse Angelum aut hominem primitus creare absq ordinatione ad intuitivam sui visionem; 2do et consequenter Gratiae beneficia naturae innocenti concessa eidem debita fuisse, ac naturalia; 3tio dona proinde Angelis, et primo homini concessa stricte gratuita non fuisse, et supernaturalia. 4to gratiam Adamo, et Angelis concessam non produxisse merita supernaturalia, sed mere humana, et naturalia etc.

Circa statum naturae lapsae docet Bajus, primum hominem propter transgressionem divini mandati, omnibus gratiae donis, quae ex Bajo erant veluti naturae appendices, quibus malum vitare, bonumq operari poterat, prorsus orbatum esse, ac proinde cujuslibet incapacem boni, solius capacem iniquitatis factum esse. Hinc 1mo juxta Bajum: sine gratia nonnisi ad peccandum valet liberum arbitrium, et quidquid ex ipso gratia destituto procedit, ipsa etiam infidelitas negativa, peccatum est. Hinc 2do In omnibus suis actibus peccator servit dominanti cupiditati. Unde et omne, quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est. Hinc 3tio Sola violentia repugnat naturali hominis libertati ad merendum, et demerendum requisitae, ac proinde quod voluntarie fit, etiamsi necessario fiat, libere tamen fit. Ex quo rursus, homo damnabiliter peccat in eo, quod necessario facit; Ideoq concupiscentia in renatis relapsis in peccatum mortale, in quibus jam dominatur,

Vide num merita, quorum comites, non praevias Gratias volebant Semip. juxta n. S. Prosperi, sint merita illa, quibus acquiritur et redditur solum gloria caelestis; non ea merita naturalia, quibus rependitur fidei augmentum et gratia necessaria ad bona opera. Profecto illud naturale desiderium, pia voluntas non adnumeratur a Semip. inter opera curationis. Imo ex praec. Aug. doctrina scripta quod simul cum illis curavet, concedunt, non bona quaerens [illegible] volendo, sed quaerendo consequi aeternam beatitudinem. Porro bonorum operum comites, non praevias faciebant S. Gratias. Praedicti [illegible] ad fidem [illegible] dicebant bona voluntate, praed. ad gloriam reddi operibus, quorum comites Gratias faciebant.

peccatū est, sicut et alii habitus pravi: Qu
et ipsis justificatis indeliberati concupiscen
motus totidem sunt transgressiones præc
Non concupisces; quamvis, Deo benignius
gente, non imputentur in peccatum. Cæ
tum in stupendo Baii systemate, parent
peccata ad filios transfundunt, non secu
Adæ peccatum.

Circa statum naturæ reparatæ cens
Novator quodlibet opus bonum ex natura
a meritorium esse vitæ æternæ: unde doc
1°: hōē bonis operib. justum formaliter es
ci, ac proinde justitiam, qua justificatu
homo, consistere formaliter in obedienti
mandatorum, n. autē in gratia aliqua
animæ infusa, qua adoptatur homo in f
lium Dei; 2do nullum esse opus bonum, qu
ex proprie dicta, et dominante charitat
non procedat, quia charitate informati
debet esse opus, quod vitā æternā mer
hominemq. formaliter justificat. Hinc no
ē vera legis obedientia, quæ fit sine cha
ritate; 3tio: In sacramentis Baptismi
et Pœnitentiæ hominem non vivificari m
nisterio Sacerdotis, reatum culpæ non di
38. mitti; sed reatum pœnæ duxat tolli &c
XXVI hactenus Colexi. Etsi vero eas propositiones
quas ex hoc systemate deprompta Ap.stolica
sedes proscripserat, Bajus tandem non o
temperans retractaverit; mirum ē quam
admissi fuerint nulli, ut quod ipse dar
navit iterum in scenā adducant, et re
vant. Jansenius lib. 3. de statu naturæ
ræ c: 22. ad Pontificias Constitutiones, in
causa Baj exaratas, quas ibidem sibi
objectat; attonitus hæret. Sed quoniam
Baii erroribus erat impense addictus co
ectis animis, et audacior factus de ello

dendis Aplicis Bullis unice cogitavit, easq ad sensus alienos, et distortos inflexit. Cum Jansenius ea scriberet duæ solum extabant Pontificiæ Constitutiones cōā Baii doctrinam emanatæ, altera Pii V, quæ incipit: Ex Omnibus afflictionibus edita an. 1567, altera Gregorij XIII, qua Pontifex ille an 1579 Constitutionem Pii V confirmaverat, cujus ē initium Provisionis Nræ. Sed anno 1641. Urbanus VIII tertiam edidit In Eminenti, cui de verbo ad verbum inserens constitutiones Pii, et Gregorii utramq confirmavit. Quare Jansenio ipso fidentiores ii mihi videntur, qui nunc etiam in Bajanæ doctrinæ defensionem insurgunt. Postquam aliquid adjecerimus de cōversiis inter Catholicos habitis sub Clem: VIII, et Paulo V circa divinæ gratiæ auxilia, quæ spectata temporum serie, hoc Loco debent recenseri, a Bajanorum dogmatum defensoribus Bullarum auctoritatem vindicabimus.

XXVII. Res nondum erant in Belgio omnino tranquillæ, cum novis cōversiis in Hispaniam ansam præbuit Ludovici Molinæ S: J: Liber de Concordia liberi arbitrij cum gratiæ donis, qui an. 1588 in Lusitania prodiit; et physica Thomistarū Prædeterminatio Dominici Bannez ex Ordine Prædicatorum. Dum itaq Molinæ Concordiam Pelagianam, Semipelagianamq traducunt Dominicani, turbæ brevi ex Hispania in alias Europæ Provincias se dilatarunt, et ubiq fere discordia tetra, ut habet Poeta... Belliferratas postes, portasq refregit; cui compescendæ sola jā Romā par ē videbat. Id cum ex supremo in Hispania fidei Quæsitore accepisset 34

Clemens VIII Pont. M., ne malum ultra serperet, an. 1594 indixit primum utrique parti silentium, tum facta disceptandi venia acriores notas, et censuras prohibuit. Postulatis demum, acceptisque partis utriusque momentis, designatisque consultoribus causam totam ad se advocavit in famosis illis de Gratia divina Congregationibus, quibus ipse cum Cardinalibus, aliisque religiosorum Ordinum Theologis praesens ipse aderat terminandam.

40 Septem et triginta sessiones habitae sunt eo Pontifice, quibus Molinianae doctrinae apices singuli discussi sunt. Sed infinitis propemodum adversariorum interpellationibus tamdiu res protracta fuit, ut laudatus Clem. VIII an. 1605, tandem morte praeventus litem dirimere non potuerit. Clementi successit Leo IX, qui tamen 6.to et vicesimo Pontificatus die sublatus celeberrima quaestionem definire n. potuit, quemadmodum sese juramenti religione obstrinxerat. Non multo post ad Summum Pontificatum evectus e Paulus V. qui triennio controversiae hujus dirimendae curam suscepit. Itaque post recognitam iterum Molinae doctrinam in tribus Congregationibus, tandem Patres Societatis obtinuerunt, ut de Thomistica Praedeterminatione; ~~id quod Dominicani Patres summo studio declina~~bant, agi posset. exactum e in subsequis 7 congregationibus donec tandem an. 1600 in dict.e 4 (ut Gondani ad eum annum scribentis utar verbis) Paulus V Pont. Max. Disputationes de gravi illa, ac molesta controversia de divinae gratiae auxiliis et lib. arb.o . . . quibus ipse cum caeteris Cardinalibus illius Congregationis semper interfuerat conticescere jussit; sanxitque postmodum, ut

q.

q; dum aliud decerneret, liberum esset su:
am sententiam tueri; sed sine damnatione
alterius partis.

41. Terminatis præter expectatione
multorum famosis illis Congregationib. et Mo:
linæ, atq. Bannezij vindices e productis ad
9. annos Concertationib., redire sibi victores
visi sunt. Cecinere quidem utriq. triumphũ.
Erant qui cum Sylvestro Maurolico lib. 5.
oceani Religionis dicerent „ Ludovici Mo:
linæ eruditum de auxilijs partum in for:
nace examinis Pontificii, et sæpius igne
probatum, deprehensum esse aurum omni:
bus numeris purgatissimum. Erant alij,
qui eadem de physicis prædeterminationib.
jactarent: Bullamq. præterea, qua Moli:
næ liber configeret, a Clem. VIII. jã parata
ex rationibus politicis in tempus aliud a
Paulo V dilatam ẽe spargerent. Quæ dũ
corrasis undiq. testimonijs, argumentisq.
stabilire nituntur, de lite veteri nova pro:
psemodũ exarsit, quam subinde Innoc. X
decreti sui an. 1654 die 23 Aprilis dati
verbis illis repressit „ Cum tã Romæ, quã
alibi circumferantur quædam asserta, acta,
manuscripta, et forsitan typis excusa Con:
gregationum habitarum corã felicis recor.
Clem. VIII et Paulo V. super quæstione
de auxilijs divinæ gratiæ tã sub nomine
Fran.ci Pegnæ, olim Rotæ Rñæ Decani,
quam Fratris Thomæ de Lemos Or. Predic.
aliorumq. Prælatorũ, et Theologorũ, qui,
ut asseritur, prædictis interfuerunt congre:
gationibus, nec n. quoddam Authogra:
phum, seu exemplar assertæ Constitutio:
nis ejusdem Pauli V super definitione præ:
dictæ quæstionis de auxilijs, ac damnatio:
ne sentiæ, seu sententiarũ Ludovici Moli:
næ

næ S. J:, eadem Sanctitas sua præsenti hoc decreto declarat, ac decernit prædictis actis assertis tam pro sententia Fratrum Ord: S. Dom: quam Ludovici Molinæ, aliorumq Soc: Jesu religiosorum, et authographo, seu exemplari prædictæ assertæ Constitutioni Pauli V nullam omnino esse fidem adhibendam: neq ab alterutra parte, seu a quocunq alio allegari posse, vel debere; sed super quæstione prædicta observanda esse decreta Pauli V, et Urb. VIII," verba prioris Const: sunt "licere utriq parti sententiam suam propugnare quoad aliter Sedi Apostolicæ visum fuerit, graviter se tamen vetare ne pars alteram etiam hæreseos insimularet." Hæc de celeberrimis illis controversiis, quas nondum Ecclesiæ dirimere placuit, breviter attigisse sufficiat, sinamusq unamquamq scholam jure uti suo; et disceptationem nostram ad ea, quæ per Apostolicam Sedem declarata fuere, + convertamus.

+ atque ad ea, quæ antea promisi stabilier a disputationem convertamus.

Assertio
~~Constitutiones Pii V Gregorii~~ XIII. et Urbani VIII. ~~contra Baii doctrinam~~ emanatæ ejusmodi sunt auctoritatis, ut nulla [illegible] sententia in proprio verborum sensu, ab Assertoribus intento [illegible]

Assertio

Bajanæ propositiones, quæ per summos Pontifices Pium V, Gregorium XIII, et Urbanum VIII proscriptæ fuere, si in rigore sumantur, et in proprio verborum sensu ab assertoribus intento, defendi non possunt.

Prob. Romanorum Pontificum constitutiones, quibus alicujus authoris sententiæ proscribuntur, præsertim si accedat consensus Episcoporum, qui per orbem sunt dispersi ita sunt venerandæ, ut sententiæ proscriptæ a nemine sustineri possint in eo sensu, in quo damnatæ fuerunt. Judicium enim Summi Pontificis in doctrina Xti rium

do

da, saltem si cæterorum Episcoporum suffragiis conjunctum sit, ē judicium Ecclesiæ Catholicæ, quæ columna ē, et firmamentū veritatis. Nec minus absurdum est Xti Ecclesiam p. orbem dispersam, quam in Concilio Œcumenico congregatam abberrare. Atqui memorati Pontifices Constitutionib. quib. cæterorum Episcoporum consensus accessit Bajanas propositiones sumptas in rigore, et proprio verborum sensu ab assertorib. intento proscripserunt. Ergo Bajanæ illæ sententiæ defendi non possunt.

Omnem machinam adversarii movent, ut assumptam propositionem evertant. Sed quoad utramq partem luculenter demonstrat. Et prima quidem aperte ostendit communis illæ Episcoporum n. modo, sed etiam aliorum Pastorū, et Academiarum, ac doctorum scholæ consensus, et conspiratio in Baii doctrina proscribenda, quam sedes apostolica proscripserat: ex quo enī recensitæ constitutiones prodiere, vix unus fuit Episcopus, ac scholæ Magister, qui pro data occasione eas in argumentum, et probationem n. adduxerit, quin ullus, nisi Baii, et Jansenij discipulus eēt, reclamaret. Profecto si qui fuissent, queis videri posset iis constitutionib. n. ēē acquiescendum, fuissent Episcopi Gallicani; cum in illis Bullis n.=nulla reperirent, quantum ad modum seu ad externā œconomiam, quæ Gallorū moribus n. satis congruebant. At enim vō quoad doctrinam in illis contentam et ipsa sacra facultas Parisiensis assensa est. Cum enī Bulla Urbani VIII, qua Piana, et Gregoriana confirmabatur transmissa eēt ad illam facultatem die 2. Januarij an.

Pro hac assertione consule Tournely et le Mayer.

Matthei 16. 18. Super hanc petrā ædificabo Ecclesiā meā et portæ inferi non prævalebunt adversus eam,,.

Matthei ult.,, Ecce vobiscū sum omnibus diebus usque ad consumationem sæculi,,.

Episcoporū tacitus consensus.

Felix III. epist. 8.3. c. error.,, Error cui non resistitur approbatur; et veritas quæ non defensatur, opprimitur,,. Pont. Cœlestinus ad Gallos Episcopos,, timeo ne connivere sit hoc tacere... in talibus causis non caret suspicione taciturnitas: quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Merito namque causa nos respicit, si silentio faveamus errori,,.

S. Aug. ep. 55. al. 119. Ecclesia Dei ea quæ sunt contra fidē, vel bonā vitā, non approbat, nec tacet, nec facit,,.

Quorum ea est ratio, quia Episcopi quousque cum eodē Capite Romano Pontifice communione sociantur, nisi adsit expressus dissensus, eamdē fidē, et doctrinā profiteri censentur. ideo enim omnes Ecclesiæ una ē Apostolica Ecclesia, quia per eamdē fidei et doctrinæ professionem in unitatē colligantur.

Quare ipse San-Cyranus in suo Petro Aurelio p. 1. pag. 98.,, Hæresibus, inquit, non paucis similiter contigit, ut nimirū ab unius provinciæ aut regni Episcopis damnatæ sint, cæteris consensu solū tacito suffragantibus = et pag. 127.,, Nec verū esse non potest illud verbū Apostoli, Non solū qui ista faciunt digni sunt morte, sed et qui consentiunt facientibus. Consentiunt autem Deū publicæ laboranti, atque oppressæ veritati non succurrunt qui debent, et qui ad hoc potissimū in Ecclæ tribunalibus collocati sunt. Ergo quod quiescunt probant, cū patiuntur decernunt, cū tacent clamant... Satis consensu tacito clamat Ecclia, cum reclamare deberet, si dissentiret,,.

Pii V. Bulla publicata fuit primum Accademiæ Lovaniensi; mox Fratribus Minoritis, atque isti confestim acquieverunt emisso postea in Comitiis Nivellensibus an. 1568 solemni decreto, quo omnibus et singulis Provinciæ Flandriæ Minoritis lex imposita fuit, ne quem propugnandi vel unum ex damnatis a Pio articulis.

Eadem Bulla in sinodo provinciali Mechliniensi publicata, atque ab Episcopis subscripta. Cujus rei certis factis Lovaniensibus, Universa facultas omnium unanimi suffragio conclusum ~~fuit~~, ut omnes articuli in Bulla enumerati pro damnatis haberentur. Ita acta Fac. Lovan.

Plures Bai sent. ~~ab~~ Accademia Complutensis, Salmanticensis, Parisiensis, aliæque in Italia condemnarent.

Gregorii Constitutione vulgata jussa est Facultas Lov. sententias singulas damn. articulis contradictorias tueri, quarum judicium et Bajus et ceteri DD. Lov. probaverunt. Ita eorum acta.

Anno 1700. Cardinalis Noalius Arch. Parisiensis sex aliis Arch. et 5 Epi declararunt nullas conditiones requiri ulterius, ut Constitutiones adversus Jansenium universum obligent ecclesiam, sicut requiren[tur] de Bullis adversus Bajum, et Molinosum &c. [illegible]

1644 una cum litteris Regiis, et cum decreto Archiepiscopi Parisiensis in præconiis Parochiarum publicato; sacra facultas deputatis Magistris ad rem hanc discutiendam pro more deputatis sic censuit die 15 ejusdem Mensis „ Negotium illud esse differendum; prohibuit tamen tam doctoribus, quam Baccalaureis, ne probent, vel sustineant prædictas propositiones, per Bullas Pii V, Greg. XIII. et Urb. VIII. summorum Pontificum prohibitas „ Duo hic manifeste distinguit sacra facultas, doctrinam proscriptam, et modum quo proscripta erat, aliasque clausulas in illis Bullis contentas. Et si quantum ad clausulas, earum censuras, ceteraque id genus censet protrastinandum, ut jura Gallicana serventur; quantum ad doctrinam tamen judicat nemini post damnationem fas esse illam tueri, ac propugnare; et Pontificiis constitutionibus in hac parte acquiescit.

Rursus in famosa Epistola quam an. 1652 [illegible] Gallicani Præsules ad Innoc. X dedere de 5 Jansenii propositionibus Apostolicæ sedis judicium enixe rogantes, supponunt dictas constitutiones ejusdem esse roboris, atque efficaciæ, ut post eas licitum non sit Baji propositiones defendere. Asserunt enim motus in Ecclesia Gallicana occasione Jansenii libri excitatos „ Sedari oportuisse Concilii Tridentini auctoritate, tum Bullæ illius qua Urb. VIII felicis mem. adversus Jansenii dogmata pronuntiavit, et decreta S. Pii V, ac Greg. XIII in Bajum edita confirmavit. Cujus quidem Bullæ vim tem, ac robur novo diplomate vindicari „ ~~ubi idem loquuntur Episcopi~~.

Secunda assumptæ prop.is pars, ni:
mirum Baii sententias in rigore, et proprio
verborum sensu ab Assertoribus intento fuis:
se proscriptas ita aperte ostenditur. S. Pi:
us V in sua Constitutione manuscripta, et
ad Bajum missa per Urb. VIII confirmata,
enumeratis Baii propositionibus ita loquitur
" Quas quidem sententias stricto coram
nobis examine ponderatas, quamquam nonnul:
læ aliquo pacto sustineri possent, in rigo:
re et proprio verborum sensu ab asserto:
ribus intento hæreticas, erroneas suspectas,
temerarias, scandalosas, et in pias aures of:
fensionem immittentes respective præ=
sentium auctoritate damnamus, circum:
scribimus, et abolemus " Sed hæc ita le:
genda sunt, ut post ea verba quamquam
nonnullæ aliquo pacto sustineri possent
coma interponatur, et sensus sit eas pro:
positiones damnatas esse in rigore sumptas,
et in proprio verborum sensu, quem as:
sertores intendebant. Ergo Bajanæ pro:
positiones in rigore, et proprio verborum
sensu ab assertoribus intento damnatæ fu:
erunt. Min. prob. 2.o Nemo ignorat eum
esse Ecclesiæ morem constantem, et per:
petuum, ut cum aliquas libri, vel aucto:
ris propositiones damnat, eas relative ad
mentem authoris, et sensum libri consi:
deret, et in eodem sensu condemnet. Er:
go ne dicamus ab hac Ecclesiæ praxi sanctis:
simum Pium V discessisse, hoc modo se ges:
sit in Bajum, hac et non alia ratione
ejusdem sententias proscribendo. Afferant
Adversarii (Seri inter cæteros) vel unum
exemplum ex omnibus, qui hactenus con:
scripti sunt, libri, in quo propositio quæ:
vis, quæ in rigore, et proprio verborum
ab

ẽ vera sit, aliquo pacto sustineri posse d
cat. Quæ ē ista sermocinandi ratio, u
hac restrictione aliquo pacto defendi illa
posse dicat, quod in rigore, et proprio
verborum sensu ẽ verum ēē ultro conce
dit? Hoc ne pictum quidem Theologum
si loqui posset, dicturum existimo: tant
abē, ut sapientissimus Pontifex Pius, vi
doctissimus, et in reb. Theologicis diu, et su
ma cū laudes versatus, quod advertam
contendunt, his verbis significare volue
rit. Si res ita se habet: ergo Pius V
damnavit Propositiones, quæ tamen in
rigore, et sensu verborum proprio susti
neri possunt, et veræ sunt: loco igitur
errorem profligandi, aerem verberavit.
Iandem posita illa explicatione, quam
a Sen. viro Cl. probari vehementer mi
ror, omnes omnino Baii propositiones
post damnationem in proprio verborum
sensu defendi possent; siquidem de nul
la singillatim determinat, in rigore, et
proprio verborum sensu, posse sustineri.

Prob. 2°: eadem minor testimo
nio ipsius Baii, qui in sua professione,
et retractatione Romam missa an. 158
hæc habet (apud Georgiū Gengel S. J.):
Ego Michael de Baii Cancell.s Universi
tatis Lovaniensis agnosco, et profiteor, m
ex variis colloquiis, et comunicationib.
habitis cum Rdo P. D. Franco Toleto
Concionatore suæ Sanctitatis ... super
diversis sensis, et propositionib. jam.
a S.mo D. N. Pio V fel. recor. ... et
nuper a Greg. XIII. moderno Pont. M.
... iterato damnatis, et prohibitis
sta motū, et eo perductum ēē, ut pla
ne mihi habeam persuasum earum

omnium sententiarum damnationem jure meritorum, ac nonnisi maturo juditio, et diligentissima excussione præmissis facta, atque decreta esse. Fateor insuper plurimas ex iisdem sententiis (nam suas omnes esse negabat) in nonnullis libellis a me olim, et ante emanatam Sedis Apostolicæ super iis censuram prius conscriptis, et in lucem editis contineri, et defendi etiam eo sensu in quo reprobantur. Denique declaro, me in præsentiarum ab iis omnibus recedere, et damnationi a S. Sede factæ acquiescere, neque posthac illas docere, asserere, aut defendere velle. Datum Lovanii die 24 Martij an. 1580. Michael de Baji &c.

Jam vero quis infitias ibit Pontifitiæ constitutionis verum sensum fuisse perspectum Bajo, qui horum omnium causa fuit, et cui maxime intererat sinceram Pontificis mentem assequi? Quis vero ex ejusdem testio non agnoscit in Baji sensu, a quo se post condemnationem recedere profitetur, controversas sententias fuisse profligatas?

Ob. 1º. Ex allatis Pontificum Bullis nihil contra Baii propositiones evincitur; ergo cum tota assertio illis ducat innitatur, sese corruit. Prob. ans. Bulla Pii V, ad cujus normam cæteræ duæ concinnatæ fuere, Pontificiæ Constitutionis vim, et robur non habet, quod multiplici ratione ostenditur. 1º. Ex Cardinalium consilio lata illa non fuit. 2º. S. Pius in illa non loquitur tanquam caput Ecclesiæ ad instructionem omnium fidelium. 3º. Solita forma Romæ affixa, et promulgata non fuit; imo nec Bajo, cæterisque Doctoribus Lovaniensibus primum communicata

Hæc ex actis Facultatis Lovan. referuntur in nova editione Operum Baii p. 2. pag. 188. et 189. in quibus fatetur 1mo maturo juditio, et diligentissima excussione factam esse illam condemnationem; 2do suas sententias in eo sensu fuisse proscriptas, in quo ab ipso Bajo defendebantur; 3tio se ab illis omnibus recedere, et damnationi acquiescere.

Deinde Publicata Piana Constit. Fratribus Minoritis in Comitiis Nivellensibus an. 1568. emisso solemni decreto singulis Minoritis provinciæ Flandriæ lex imposita fuit nunquam propugnandi vel unum ex articulis in Bulla Pii damnatis.

Tertio Facultas ipsa Lovan. post Bullam Gregor. ad ipso Bajo approbavit indicem sententiarum, quæ deinceps singulis damnatis erant contradictoriæ, ut ex actis ibidem relatis pag. 155. constat. Ergo in rigore et nulla Baii sententia vera erat, secus Facultas jussa fuisset defendere id quod vere et proprie falsum est. Promovente scil. Nuncio Apostolico Ep.

Quarto. Omnino fuisset inepta 85 Episcoporum Galliæ observatio, qui ajunt tumultus jansenistarum sedari debuisse Pii litteris. Nemo enim potuisset divinare, quænam sententiæ Baii in rigore et vere essent, quænam falsæ. Ergo nullum inde argumentum Duci poterat ad reprimendam jansenistarum doctrinam.

(a) Si Granvellano res tota communicata; si coram Pontifice propositiones Baji stricto examine ponderatæ, si a multis omnium nationum peritis, variisq. Accademiis damnatæ; cui veniat in mentem Pii Constitutionem temere ac inconsultis Cardinalibus latam fuitre?

quorum tamen multum intererat ea legere et expendere. Quarto multos continet a[...] fusus, qui Bullæ illi vim omnem, et auctoritatem apud Gallos præcipue detrahunt.

Resp. negando ans, ad cujus [pro]bationem nego iterum ans. Ad primam confirmationem, regero solemne esse mendatium, Pii Constitutionem non fuisse prius examinatam, cum Pontifex, in[...] expresse affirmet. Stricto coram se examine ponderatas Baii propones. quas damnat. Idem rursus significat in eo Brevi, quod ad Bajum dedit, post recepta, et e[x]pensa ejus Apollogiam, in quo Pontifex ipsi rescripsit „ Bullam suam n. sine magna deliberatione editam fuisse, quemadmodum et ipsius causæ gravitas, et hominum de S. Sede benemeritorum conditio postulabat. Nihilominus se, ut ipsi satisfaceret, curavisse, ut et libri, et ipsæ propositiones, et scripta (Apollogetica) nova ac maturo examine expenderentur: quibus expensis, addit S. Pius, quæ super hoc nostro jam decreveramus, nisi antea a nobis decreta fuissent, eadem prout fecimus ex integro decernenda, statuendaq esse judicavimus „ Deniq Cardinalis Granvellanus in Epª: ad Morillonium an. 1567. die 13 novembris data scripsit propones Baii a multis omnium nationum peritis sedulo expensas a variis accademiis, in primis Parisiensi, jam proscriptas fuisse, et rem totam sibi a Pio fuisse communicatam. Morosum ac fastidiosum esse oporteat, qui examen magis serium, et accuratum postulaverit.

Ad 2ª. confirmationem ajo, gratis fingere adversarios, Pontificem deceptum fuisse tanquam Ecc.æ Caput ad omnium [...]

stianorũ instructione. „ Ex omnibꝰ afflictionibus, inquit Pontifex in ipso suæ bullæ aditu, quas in hoc loco constituti sustinemus, illæ animum nrũ præcipue excruciat dolor, quod Religio Christiana tantis jampridem turbinibus agitata, novisque quotidie propositionibus conflictetur, Xtiq populus antiqui hostis suggestione, dissectus in alios, atq alios errores passim, et promiscue deferatur „ Hæc verba sunt ne querimoniæ alicujus privati Doctoris, an potius Xti Vicarij, et summi totius Eccl.æ Pastoris, cujus cura, et solicitudo ad omnes Ecc.as se extendit? Ad 3.m fatemur Pii Bullam Romæ statim affixã n: fuisse, nec Bajo, cæterisq Theologis Lovanii communicatam. Hujus ratio prudentissima ē in promptu. Ne majores enĩ in Ecclesia tumultus excitarentur, sapientissimus Pontifex totum illud molestissimũ dissidium silentio consepultum in ortu suo præfocari curavit: eaq de causa nomen Baii in bulla titulo suppressum fuit. Quod si tum Bajus, tum cæteri Lovanienses injunctum sibi silentium relegiose, ut par erat, observare voluissent, res tota feliciter composita fuisset, ac terminata. Verum obstinata multorum pervicatia Gregorium XIII Pij successorem dictam bullam in Accademia Lovaniensi evulgare tandem et executioni demandare coegit.

4tum deniq arg.tũ in assertionis nræ probatione jam preoccupatum fuit, Et formulas, seu clausulas, quæ externam œconomiã spectant a doctrina rite secernentes, hanc in Gallia quoq receptam et approbatam fuisse ostendimus.

Bullã Urbani volunt Apologistæ subreptitiã esse primo quod exarata dicatur ann. 1642. quo liber Jansenii nondũ ẽet Romã delatus; 2do quod quod Deputati Lovanienses juramento affirmarint rantũ fuisse ab Urbano ne aliquis propositio nomine expresso sigillaretur, quod tñ in Bulla nomen Jansenii occurrat; 3tio quod per Urb. Bulla Pii et Gregorii confirmatur: cur ergo Jansenius adhuc sub prælo sudans in scenã adducitur? R. Liber Jansenii cusus ē anno 1640. eo anno seq. Romæ prohiberi n. potuit, nã referat præsertim Tournely singula folia prout singillatim cudebantur, fuisse Romã perlata. 2. Sola doctrina Baii et Jansenii non eorũ personæ damnatæ. 3.o Quia nempe Jansenius Baii doctrinã renovat.

Anno 1714. 40 Episcopi Gallicani censurã propositionũ Quesnelli confirmant ex iterata similiũ Baii prop. damnatione. Ergo Bullarũ doctrinã attendendã credebant.

Ob. 2°. Bajanæ illæ propones confixæ fuere modo quodam vago, generali indeterminato, et ut ajunt in Globo, nulla illis distributa peculiaris censuræ nota. At quis ignorat hanc rationem proscribendi erroneas sententias imperfectam ēe, atque indignam summo Eccæ Pastore? Nihil enim hinc utilitatis, plurimu confusionis solet fidelib. obvenire, qui ex hujusmodi condemnatione nec quænam propositio sit falsa, nec quænam hæretica agnoscere possunt. Quare parū aut nihil Pii constitutio est attendenda. Accedit nonnullorum ex primi subsellii Theologis consensus, Vasquezii, Toleti, Bellarmini, qui asserunt aliquas illas Baii propones damnatas fuisse non propter errorem, aut falsitatem, sed propter acerbitatem censuræ, qua Doctor ille contrarias sentias notabat; Ergo adhuc in rigore et proprio verborum sensu eæ possunt sustineri.

Resp. Novam n. esse expostulationem, quam adversus generales censuras, et propones in Globo damnatas instituunt Baii, et Jansenii patroni. Lutherus enim in Altercatione cu Ekio habita Lipsiæ an. 1519 iniquam appellat viam plures dictiones acervatim reprehendendi, n. assignata cujuslibet effati nota, seu ratione censuræ. Lutheru imitatus ē M. Antonius de Dominis famosus apostata, qui lib. pmo de Repubā Xtiana c. 12. hac de causa censura plurium articulorū a Concilio Constantiensi facta sugillat, et reprehendit. His adstipulat etiā Petrus Suavis Polanus, quem Car. Pallavicinus hist. Conc. Trid. lib. pmo castigat. Verum hujusdi censurarū mos, et consuetudo in

in Ecclesia probata e., ut mirū videri debe: at eam seriò impeti posse, præsertim a Jan: senianis, qui tanto plausu exceperunt cen: suram vagam, generalem, et in globo Jn: noc. XI. an. 1670 die 2. Martij c̄ra 65 la: xioris moralis propōnes. Hac enim ratione Joannes XXII. quinq articulos Joannis de Poliaco sigillatim designatos reprobavit tanquā falsos, et erroneos, et a sana do: ctrina devios. Jdem Pontifex plures arti: culos Ekardi ordinis Præd: eodem modo proscripsit an. 1329. Hunc ferrendæ generalis censuræ modum ad. libros, et articulos, seu propōnes ex illis extractas velut comunem, et ordinarium secuti sunt Sixtus IV an. 1478. c̄ra Petrū de Osma, Leo X an. 1520. c̄ra Lutherum, S. Pius V. Greg. XIII, et Urb. VIII, quod tantopere adversarii reprehendunt, c̄ra Bajum. Hos imitati sunt Alex. VII. Jnno: centius XI, Alex. VIII, Jnnocentius XII, et Clem. XI. Accedit auctoritas, et exem: plum omnino decretorium Concilii Gene: ralis Constantiensis, quod Sess. 8. 45 arti: culos Wicleffi, et Sess. 15. 30 Joannis Huss damnavit in globo, quin ulla ipsis singillatim censuræ nota inureretur. Quid ergo causæ e., cur universalis Ecc.æ morem in Urb. his Pontificib. dumtaxat circa Bajum reprehendendum existi= ment Baii, Janseniiq defensores. (a)

Ad additamentum n. negamus aliquas ex Baii propōnib. gravem contra Theologos Catholicos continere censuram, atq ob hanc etiam causam fuisse pros: criptas. Verum Pii constitutione legisse nunquā dicendus e., qui omnes illas Baii sentias hoc vitio laborare affirmat.

Quo autem fructu ex hujusmodi damnationibus addiscere debent? Nempe articulum nullum ex damnatis eorum, quo sunt proscripti, posse amplius sustineri; nullasque censuram in illis commemoratam alicui non convenire

Vasquez 1.2. disp. 190. verba allegans Bullæ in hunc modum,, quamquam nonnullæ aliquo mo[do] sustineri possent, in rigore tamen, et proprio [sensu] ab Assertoribus intento hæreticas etc.,, ait aliqu[as] solum ob censuræ acerbitatem damnatas fuisse, sua expositione a Toleto approbatam fuisse affirmat. Vide Vindicias Aug. Cardinalis Noris

Quot enim sunt, quæ nullam in oppositam sententiam censuræ notam includunt? Numquid et istæ propter censuræ acerbitatem damnatas ēē dicemus? Quid quod viro Catholico satis ēē debeat ad aliquam propositionem reprobandam, illam legitima authoritate fuisse proscriptam etiam ut parìs inimica ut illas Baii proscriptas ēē contendunt adversarii?

Ob. 3. Si Pianæ bullæ nihil eorum desit, quæ ad perfectam, et omnib. numeris absolutam Pontifitiam constitutionem requirunt, statuta assertio cōra Jansenianos mire labefactatur, et funditus evertit. Atqui ex iis, quæ dicta sunt, nihil Pij bullæ deesse videt, ut perfecta, et absoluta Pontificia constitutio dici possit. Corruit igitur statuta propositio. Hoc pacto ostendes majorem. Pius V in sua bulla hæc habet „ Quas quidem sententias stricto coram nob. examine ponderatas, quamquam nonnullæ aliquo pacto sustineri possent in rigore, et proprio verborum sensu ab Assertorib. intento, hæreticas, erroneas &c damnamus „ Jam vero hæc ita sunt interpunctionib. distinguenda, ut nullum coma post ea verba sustineri possent, sed post illa duxat ab assertorib. intento sit collocandum, et hunc significatum exprimant. nnullæ Baii propositiones quo pacto in rigore, et proprio verborum sensu ab assertorib. intento possunt sustineri. Ergo &c. Assumptum probabis multis argumentis. Ac primo quidem quam recentuimus, germanam ēē bullæ lectionem ostendunt Janseniani ex Epª Morillonii ad Card. Granvelanum data die 20 Junii an. 1569, ubi narrat Morillonius Ba

sib cum urgeret, ut Ap^lice censuræ se subji-
ceret, reposuisse, id se facere non posse
quin prius diplomatis exemplar inspiceret,
in quo hæc clausula legebatur „ Nonnullas
prop^nes defendi posse in rigore et proprio
verborum sensu ab assertorib^s intento „
Ad hanc expostulationem, inquiunt Janse-
niani, cum nihil responderit Morillonius, si-
lentio suo ejus lectionis veritatem satis a-
perte comprobavit. 2°. Idem evincitur 2
ex Ep^la Card. Gravelani data die 13 9bris
an. 1567. ad præfatum Morillonium, qui
suus erat Vicarius Gen^lis: in ea quippe
scripserat aliquas ex damnatis prop^nibus
in rigore aliquo sensu exponi posse.
3°. Ex decreto facultatis Lovaniensis cir- 3
ca bullam S. Pij a Morillonio intima-
tam die 29 Xbris an. 1567., in quo di-
citur „ Comparuit Maximilianus Moril-
lonius . . . qui exposuit se accepisse bullas
a^plicas . . . quib^s certæ sententiæ . . . dam-
nant^r respective tanquam erroneæ . . . .
quamquam earum nullæ sustineri pos-
sent in rigore, et proprio verborum sen-
su ab assertorib^s intento „ 4°. Idem 4
probant ex Cuneri Petri, qui unus fuit
ex æmulis Baii, opusculo ad Pontificii
diplomatis defensionem an. 1571 ellabo-
rato, in cujus præfatione, quam Collector
Operum Baii se legisse testatur, dicta cla-
usula bullæ Pianæ legitur adjecto com-
mate post illa verba sensu ab asserto-
rib^s intento. Eodem loco situm e coma
in trib^s codicib^s manuscriptis, quos lau-
dat Operum Baii Collector

Quis hæc dum audit bilem potest
cohercere? Ergo ne Pontifex eas propo-
sitiones damnat, quas ipse fatetur

Quatuor hæc argumenta urget Serry l. 4. hist. de auxiliis c. 20 et l. 1. sect. 2. c. 4.

Reponendū cavillationibus, non hunc Ecclesiæ usum fuisse unquā; sensū inde exurgere ineptū; non ita Bajū intellexisse Bullā; non ita Lovanienses cæteros; non ita Parisienses Præsules.

verds etiam in eo sensu, quō illis Bajani ipsi affingunt? In quos ergo suā constitutionem exaravit Pius, quem tandem sensū condemnavit, si approbavit sensū Bajanorum? Piget in hujusdi argumentis immorari. At ne adversarii victoriā canant, nusquam arma ad pugnandū accomodata sibi comparent . . . . .

Resp. et ita resp.° ut adversariis etiā fugiendi locus n. relinquatꝫ. Consuetudo Romanæ Curiæ e, (quod advertit etiā Joan-Laurentius Berti) ut bullarū duo manuscripta asserventur, unū et authographū in Archivio Supremæ inquisitionis, notis periodos distinguentibus exaratū; alterum in Regesto, in quo juxta antiquioris scripturæ formā periodi nullis interpunctionibꝫ secernuntꝫ. In priori illo celeberrimū coma extare, n. ubi volunt Janseniani, sed ubi nos contendimus fide facit Emin Card. de Lugo, qui testatꝫ se die 2. 8bris an. 1644 n. casu, sed data opera illud inspexisse; Ruvalda Tom. 3 pag de Ente supremo disp. pā sect.e 2 probat extare in altero exemplari ad fidem Archetipi excusso et Lovanium an 1580. delato p. Fran. ...tum insignem Theologū, subinde Card. ... ... Urb. VIII. an. 1642. Itati ac Romæ prodiit Bulla S. Pii V absq illo commate ... graphi incuria, jussit in Belgicis impressionibus restitui. Idem Sum. Pont. Joanni ... nichio Doct: Lovan. hanc ob causā Romā ... so die 30 July an 1644. tradi jussit ... emplar bullæ pianæ ex originali, quod servatꝫ in Archivio Congregationis ... acte desumptū, et recussum cū commate ... verbis præfixo in rigore, et proprio verborū sensu. Quid igitꝫ plura? ipsa sedes Petri ... riū a se latum explanavit, atq ita obstru...

è os Sinichio, et antiquitas omnis sublata, cum illius, cujus è condere, sibi etiã interpretari.

Ut singulis breviter respondeã; ajo mirum n. ēē si Morillonius nihil ad eã Baii postulationem reposuit. Præceptũ enĩ illi erat, ne bullæ exemplar ad jurgia graviora præcavenda, communicaret. Cæterũ nunquã passus è Morillonius propositiones illas quocunq prætextu defendi. Ad 2dũ ita quidem scripsisse Gravezanũ. Sed quid inde? licet aliquo pacto possunt sustineri, n. hinc sequit etiã in rigore &c posse defendi. Ad tertium etsi nonnulli Doctores Lovan., qui Bajo erant addicti, opinati fuerint, ita bulla intelligi posse; certũ è tamen universã Accademiã ab hac Sentia recessisse, cũ Francus Toletus bullã Greg. XIII, qua Piana confirmabatur, legit, et promulgavit an. 1580. Præterea an. 1585 jussa è facultas Theol. Lov. n. solũ a damnatis articulis abstinere, sed oppositas etiã veritates defendere. Ad 4ũ Nego cũ Turnely inter opera Petri Cuneri reperiri verba illa. Plura asserunt Baii, et Jansenii defensores, sese mutuo in propria causa, et testes, et judices appellantes. Cæterũ etiamsi in præfatis Operibus verba illa invenirentur, ita ne dicta aliorum, quos attulimus, ita Urb. VIII, aliorũq Sum. Pont., ita rão validissa auctoritas, quæ nobis patrocinat, poē infirmari. Quamnã vō fidem sibi merent prætensi illi manuscripti Codices, obscuri, incogniti, nulloq muniti documento? Imò neq attendenda exemplaria typis impressa, in quib̃ comma illud ex adversariorũ sentia collocatũ legitur; quoniã præter omnia, quæ adduximus sacra Card. Congregatio die 5 Xbris an. 1744 declaravit exemplar Romæ excussum attendendũ ēē, n. vō illa, quæ aut Coloniæ, aut Parisiis fit expressa.

Reposuit Morillonius satis esse, si articulos damnatos, suaque manu descriptos acciperent DD. illius Accademiæ.

Jmo ante Gregorianã Facultas Lovi. in suis congreg. anni 1571, et 1572. omnes damnatos in Bulla 2 articulos enumeratos pro damnatis habuit, et ex omnibus libris esse expungendos declaravit.

Caput V.

De Jansenio, et quinq ejusdem damnatis propositionibus, quas in Jansenii opere Augustinus inscripto contineri, neq religiosum de hoc silentium Janseniany satis esse ostenditur.

42\.

XXVIII. Cornelius Jansenius (prosequor cum Coleto praeced: Cap. laudato) catholicis Parentibus in Territorio Leerdamensi apud Batavos natus an. 1585. Ultrajecti primo, deinde Lovanij studuit, tum Parisios se contulit; unde cum Abb. San-Cyrano Bajonam petiit, ubi primarius Collegij designatus per an. 12. cum eodem Abbate novum systema circa gratiam adumbravit; quod deinceps expressit in libro, quem inscripsit Augustinus, quasi sinceram S. Aug: doctrinam contineret.

In Patriam reversus Laurea Doctorali donatus, et in Academia Lovaniensi sacrarum litterarum Professor initiatus e.: Tandem an. 1635. Iprensis Episcopus consecratus, tertio ab inauguratione anno die 6 Maji lue extinguitur. Morti proximus, operis sui, cui per 20 an. improbo labore incubuerat, edendi curam imposuit Capellano suo. Sic autem habet exemplar Testamenti; quod ipsi libro praefigitur „ Si fides Rom.a aliquid mutari velit, sum obediens filius, et illius Ecclesiae, in qua sempr vixi usq ad hunc lectum mortis obedientissimum. Ita mea suprema voluntas „ Utinam illud Magistri sicut et Baji observantiae erga primam fidem exemplum imitati fuissent Jansenij discipuli, jamdiu tota de ejus doctrina lis fuisset consopita:

Vix lucem aspexit posthumus Jansenij liber Lovanij an. 1640. ut ingentes in Belgio motus excitare cœpit. Re ad Sedem Apticam delata Vrb. VIII solemni Constitutione, quæ incipit In eminenti Librum proscripsit „ Eo quod, inquit, ex diligenti ac matura ejusdem libri lectione compertum fuerit, in eodem libro multas ex propositionibus a prædecessoribus nostris in Bajo damnatas contineri; et magno cum Catholicorum scandalo, et auctoritatis Sanctæ Sedis contemptu contra præfatas damnationes, et prohibitiones defendi „ Ut ab hac Bulla se se tuerent Jansenii defensores, ipsam subreptitiam ēē conclamarunt: ast male prorsus ~~est patet ex dictis~~.

Hac n. obstante Constitutione serpebat virus, ac latius diffundebatur: quare Syndicus sacræ facultatis Parisinæ D. Cornet die 1. Julij an. 1649. plenis in comicijs requisivit; ut quædam ab ipso oblatæ propositiones censura notarent. Annuit facultas, sed facta instigante Ludovico de Saint-Amour a 70 Doctoribus adversus dictam Conclusionem ad Supremam Curiam provocatione, saniori Doctorum parti consultius visum est, rem totam ad Episcoporum juditium transferri „ Ipsi vero Præsules nostri, inquit Illmūs Godeau in Epl̄a, quam nomine Cleri Gallicani an. 1650 congregati scripsit ad alios per Galliam Episcopos, propter nimiam, quam prospiciebant animorum contentionem noluerunt per se ipsos primo ferre sententiam; sed rem totam judicarunt ad Sum. Pontificem ēē remittendam „ Quapropter 88 Episc. an. 1650. ad Innoc. X. direxerunt Epistolam, in qua Jansenij 5 famosas propositiones denunciarunt, solemne de iis rogantes Aplicæ Sedis juditium.

Aequis votis annuit Innoc.: et celeb
constituit 5 Cardinalium, et Consultoru 13 Cong
gationem. Hi per duos, et amplius annos in
sionibus 36, quarum ultimis 10 praefuit
ea, qua certe major desiderari nequit diligent
Jansenij causam ventilarunt. Ibi 5 Proposi
ones singillatim discussae; Consultoru suffragi
rum voce, tum scripto diligenter expensa,
cta accurate utriusq partis memorialia; au
diti saepius qui e Gallia venerunt ad pervi
dam Jansenij, et Propositionum ejus caussam
ac tandem emissum e. die ultima Maii 165
solemne decretum, quod incipit: Cum Occasi
ne impressionis libri, cui titulus: Augustinu
Cornelij Jansenij Episc. Iprensis, quo 5 Propo
sitiones his censurae notis ab Innoc. X.
guntur.

XXIX. Prima Propositio, quae sic habet „ Al
qua Dei praecepta hominibus Justis volentib
et conantibus secundum praesentes, quas ha
bent vires; sunt impossibilia, deest quoq illi
gratia, qua possibilia fiant „ declaratur
temeraria, impia, blasphema, anathemat
damnata, et haeretica:

Secunda „ Interiori gratiae in
tu naturae lapsae nunqua resistit „ Haere
ca declarat.

Tertia „ Ad merendu, et demer
rendum in statu naturae lapsae non requi
in homine libertas a necessitate; sed suffi
libertas a coactione „ Haeretica pariter
claratur.

Quarta „ Semipel. admittebant
venientis gratiae interioris necessitatem ad
singulos actus, etia ad initium fidei, et
hoc erant haeretici, quod vellent ea grati
talem ee, cui posset huma voluntas resist
vel obtemperare „ falsa, et haeretica declar

Quinta „ Semipºnũ é dicere, Xtum pro omnib. omnino hominib. mortuum ēē, aut sanguinem fudisse „ declaratur falsa temeraria, et scandalosa, et intellecta eo sensu, ut Xtus pro salute duntat praedestinatorũ mortuus sit, impia, blasphema, contumeliosa, divinae pietati derogans, et haeretica.

Constitutionem hanc ad omnes Christiani Orbis Ecclesias transmisit S. Pontifex praesertim ad Episcopos Gallicanos, a quibus communi omnium plausu accepta fuit, et in omnib. Diœcesib. promulgata. Hinc Rex Christianissimus pro suo in tuenda religione studio mandavit, ut summa ubiq. cum reverentia exciperetur.

XXX. Novis artibus Vaticanum fulmen eludere tentarunt Janseniani. Scilicet ut Jansenij doctrinam impune propugnarent, contra apertam rei evidentiam duo ista finxerunt, alterum 5 damnatas propositiones n. esse Jansenij: alterum in ipsius sensu n. fuisse damnatas. Hinc prima origo distinctionis *juris* et *facti*.

Huic commento ut occurrerent Praesules nostri, communi suffragio statuerunt, in Comitiis anni 1654. primo damnatas 5 propositiones reipsa extare in libro Jansenij. 2do In proprio, et naturali ejusdem Jansenij sensu fuisse damnatas. Idem praestitit Alex. VII, qui in constitutione edita die 16 8bris 1656. conceptis verbis definit „ Quinq. propositiones ex libro Cornelij Jansenij excerptas; ac in sensu ab eodem Cornelio intento damnatas fuisse „

Eodem anno 1656. die 31. Januarij Facultas Parisiensis gravi censura perstrinxit propnes extractas ex libello cui titulus Gallice *Seconde Lettre de M. Arnauld*.

Priori propositione asserebat Arnaldus „ 5
propositiones nec esse in Jansenio, nec ejus
sensu damnatas fuisse: adeoq circa partem d
tam Aplicæ Constitutionis sufficere silentium
religiosum. Posterior enunciabat „ veritatem
ẽẽ tam ex Scripturis, tam ex SS: Patrib. n
dubitatam, atq in Persona S. Petri manif
gratiam scilicet, sine qua nihil possumus,
sto defuisse, ea in occasione, in qua dici n
test, quod n. peccaverit „ Arnaldus pern
ex Doctorũ num.° expunctus ẽ: Sacra Fac
tas censuram hanc ab omnib. imposterum
Candidatis jussit subscribi, eamq Clerus Galli
canus in Comitiis anni 1656, ut æquissim
probavit.

Ad ejusdem Cleri preces Alex. V
an: 1666. die 15 Februarij Constitutionem
misit, quæ jubet, ut huic formulæ fidei al
omnibus, et singulis Clericis subscribatur
Ego N. Constitutioni Aplicæ Innoc. X dat
die 31. Maii an. 1653. et Constitutioni A
lex. VII. datæ die 16 octobris an 1656. Su
morũ Pontificum me subjicio, et 5 Propos
tiones ex Cornelij Jansenij libro, cui nome
Augustinus, excerptas, et in sensu ab e
dem authore intento, prout illas per a
Constitutiones sedes Aplica damnavit, sin
cero animo damno, et rejicio; et ita jur
sic me Deus adjuvet, et hæc S.ª Evangeli

Pontificiæ authoritati regia qu
accessit. Mense scilicet Aprili ejusdem
1665 lata fuit celeberrima illa declar
in Supremæ Curiæ tabulis inscripta 29
dem mensis, qua injunctum fuit, ut su
bendi pure et simpliciter formularij
Apostolica in toto Galliæ imperio execu
mandareh; gravissimis in refractan
nis impositis; prætertis vero, ut eorũ sen

fitia, dignitates, personatus, et offitia obtinenda, ut jam obtenta pleno jure vacantia maneant, et impetrabilia.

XXXI. Cum autem prædictæ formulæ singuli in suis Diœcesib. subscriberent Gallicani Episcopi, et a suis subscribi curarent; ex illis 4 Aletensis nimirum, Bellovacensis, Apamiensis, et Andegavensis in suis pro subscriptione mandatis factum a jure distinxerunt, asserentes quæstioni juris internum fidei assensum deberi; pro facto autem, quo damnatæ propnes libro Jansenij tribuunt, solam exigi posse silentii reverentiam. Eam obrem dicti Episcopi in jus vocati sunt ab Alex. VII. sed eo defuncto ante caussæ definitionem de negotio amice componendo actum ē sub Clem. IX. illius successore. Mediis occurrite Episcopus Laudunensis, postea Cardlis Estræus cum Archiepiscopo Senonensi D. de Gondrin, et Episcopo Catalaunensi D. Vialart: hæc ineundæ concordiæ via proposita fuit: „ut omissa ac insufficiente judicata priori subscriptione, nova præstaretur a 4 Episcopis, qua sine ulla restrictione 5 Propnes in sensu Jansenij damnarent. In id tandem consenserunt 4 Episcopi, et par Epistolas summo Pontifici significarunt se sincere, et absq. ulla restrictione Alexandri formulæ subscripsisse: id ipsum testati sunt Ludovicus XIV, et Episcopi mediatores. Quamobrem die 19 Januarij an. 1669 sua Episcopis illis benevolentiam restituit Clem IX, quia didicisset, inquit, ipsos tandem meliora secutos consilia juxta præscriptum litterarum Apostolicarum ... sincere subscripsisse, et subscribi fecisse formulario. Et hæc ē, quæ tanto opere a Jansenianis jactatur pax Clem. IX.

(a) in Decreto suo dato 12 Febr. an. 1703

Novis subinde an. 1692. exortis in Belgio circa subscriptionem formularij contentionibus, visum ē Episcopis eidem formulæ aliquid addere, quo Novatorum fraudes præcluderent. De hac additione querimonias ad Innoc. XII. detulit Hennebel nnullorũ Lovaniensiũ nomine. Hinc duo Innocentii brevia, quorũ prius an. 1694 dum plus æquo jactant Jansenistæ, posterius emittit Pontifex an. 1696, quo funditus evertit quidquid præsidij ex priori speraverant.

Circa an. 1702. novos conatus edidere Janseniani, ut pene attritũ religiosi silentij figmentũ excitarent. Prodijt ex eorũ officina libellus, in quo Clerico cuidã sacramentalis absolutio denegata fuisse dicit, quia declarasset se revera 5 propõnes simpliciter damnare quoad jus, seu doctrinam in iis expressam „ Nihilominus quantũ ad quæstionem facti, seu attributionem illarũ 5 propõnũ libro Jansenij existimare se religiosum sufficere silentiũ „ Hic celebris ē conscientiæ casus, circa quem responderunt 40 Doctores Parisienses, Clerico sic de Jansenii libro sentienti absolutionem denegandam non fuisse. Responsionem hanc statim damnavere Clemens XI.(a) et plerique Episcopi Gallicani, præsertĩ Cardinalis Noallius Archiepiscopus Parisiensis, eoq agente Doctores, qui dictum casum approbaverant, resipuerunt uno excepto, qui pro sua contumacia ex albo Doctorum expunctus ē. Ipsa etiã facultas Parisiensis die 1. Septembris an. 1704 dictã casus responsionem perstrinxit ut temerariã, scandalosã, injuriosã Summis Pontificibus, et Episcopis Galliæ, atque etiã ut præbentẽ occasionem renovandæ ex integro post damnationem Jansenij doctrinæ. etc.

Accessit tandem et ipsa Pontificia Clem. XI. authoritas, qui data die 16. Julij an. 1705 solemni Constitutione Vineam Dñi Sabbaoth,

postquam confirmavit constitutiones Innoc. X, et Alex. VII; Clem. IX, et Innoc. XII brevia a pravis Jansenianorum exceptionib. vindicavit, doctrinam in casu conscientiæ expressam variis notis severe perstringit. Huic constitutioni unanimis accessit Ecc.æ Universæ consensus; In primis vero Cleri Gallicani, qui in Comitiis Generalibus an. 1705. hanc solemniter acceptavit, datis tu ad Pontificem gratulatoriis, tu ad cæteros Galliæ Episcopos encyclicis literis, qui eandem pariter singuli in suis Diœcesib. promulgarunt. Quapropter jam causa finita e.; nec aliud videtur superesse jansenistis, quam ut Ecclesiæ sincere obsequantur. Hactenus Colletus Quæ ut clariora fiant.

XXXII. Quæres primo in quo reposita sit illa juris et facti distinctio, cujus ope tot janseniani turbas excitarunt.

R.º Quæstio juris, quod rem præsentem spectat, versatur circa doctrinæ alicujus falsitatem, aut veritatem, e.g. num 5. famosæ propositiones, quæ Jansenii dicuntur, in se consideratæ hæreticæ sint judicandæ: in hac quæstione definienda Ecclesiam errare non posse concedunt nobiscum etiam janseniani: Quæstio facti duplex est, aliaque e. puri facti seu facti mere personalis, et alia facti cum dogmate conjuncti: Prima in solo facto expendendo immoratur. Si quando etiam mera facta a Deo in divinis literis sunt revelata, vel sunt antiquissimæ constantissimæ traditionis dominicæ aut apostolicæ in iis proponendis, ac definiendis certum atque indubitatum esse Ecclesiæ judicium, nemo Catholicorum ambiget. Alia sunt facta, quæ neque sacris literis, neque traditioni innituntur, cujus generis sunt plures physicæ, Cronologicæ, Geografiæ, historicæ quæstiones. His de rebus si Ecclesia quidquam statueret, ejus judicium errori foret obnoxium. Quippe nec Deus hæc voluit revelare, nec alia suæ sponsæ

judicia se recturũ promisit divus Spiritus, quam quæ fidei conservandæ, erroribus profligandis, defendæ morũ sanctitati, scandalis tollendis sunt necessaria. Similiter meri facti quæstio est, quis hujus vel illius libri auctor sit, v.g. num Jansenius qui opus quod Jansenii Augustinus inscribitur, quã quæstionem utpote mere historicã Ecclesia non definit, sed definitã ex communi hominum consensu supponit. Quamquã vel in ipsis meri facti quæstionibus, si quid pronuntiaret Ecclesia, humanam a nobis fidẽ suo jure a nobis posset exigere, reverentiã et obsequiũ, quod eo promptius nos deceret præstare, quo majori solemnitate de hujusmodi re illa sententiã diceret. Ab hoc tamen obsequio is sane discedere non esset censendus, qui hujus generis mera facta ab Ecclesia vera existimata declarata gravioribus innixus rationibus in dubitationem vocaret, aut etiã modeste ac reverenti animo suam opinionem produceret, præsertim si jã alii probi atque eruditi Viri in eodẽ argumento fecerunt illi protulissent. Sic absque ulla criminis nota in dubiũ modo vocantur quædã a majoribus nostris nimia facili credulitate credita prodigia; et nonnulla quæ in jure Pontificio, in Bullis, in Ecclesiastica historia continentur, a præstantissimis Viris sunt improbata. Non eadẽ facultas est dubitandi de idonea hominũ æterna salute quos Romanus Pontifex formali, ut ajunt, Beatificatione in numerũ Beatorum retulerit. Etsi enim Pontifex falli hac in re possit, hæc tñ judicia promptissima voluntate, summoque obsequio nobis colenda sunt, quandoquidẽ ea nonnisi præmisso accuratissimo examine feruntur. In solemni autem ss. Canonizatione communis est scholarũ sententia, infallibile esse Rom. Pontificis judiciũ, ut videri potest in præclaro opere Prosperi Cardinalis de Lambertinis, postea Pont. Maximi Benedicti XIV. quod inscripsit De servorũ Dei Beatificatione, et Beatorũ Canonizatione.

Facti cum dogmate conjuncti quæstiones illæ sunt, in quibus duo quæruntur, et utrum aliqua doctrina vera sit, an falsa: Catholica, an hæretica? et utrum sit hujus, vel illius Auctoris‡? V. g. Utrum doctrina 5. famosarum propositionum falsa sit, et hæretica: nec non utrum Jansenius in suo Augustino+ illam docuerit? seu, quod idem est, an quinque illæ propositiones hæreticæ sint in sensu ab Jansenio intento, scilicet in sensu obvio, et vulgari, quem ejus libri verba exhibent? Itaque duplex auctoris sensus est distinguendus, quorum alter in mente solius Scriptoris latere potest, quum aliter verbis utitur, quam a cæteris omnibus usurpari consueverunt, et sensus interior et latens dici solet; alter est sensus obvius, communis et nuncupatus et vulgaris, quem verba præseferunt juxta universorum hominum sensum, et communem loquendi consuetudinem intellecta. In hunc autem, non illum intendit Ecclesia, quum aliquas doctrinas in Auctoris sensu condemnat. Fideles enim eas legendo aut audiendo, ideo vulgarem loquendi morem duntaxat illas interpretantur, et dicunt; neque illo sensu, quem auctor forte mente celabat, decipiuntur.

Quæres 2do num Ecclesia factum dogmaticum modo expositum definiendo errare potuerit.

R° omnino decipi non potuisse. Demonstratur. Si Ecclesia post diuturnum et diligentissimum examen certo et falli nescio judicio definire nequit, quis scriptoris alicujus obvius et nativus, sive quem verba præseferunt, sit sensus; illud consequitur, neque scire posse absque omni errandi periculo quem veteres Patres suis in scriptis, nec quem primi quatuor, et reliqua Concilia suis in definitionibus senserint. Quam consecutionem, si, ut debent, Janseniani admittant, ab Ecclesiæ definitione frustra expectabimus certum et genuinum ipsarum divinarum Scripturarum sensum; in quo expo-

‡ seu libri

+ vel quisquis ejus libri auctor sit, illam docuerit

Pro omnibus sequentibus lege Tournely de Ecclesia p. 3 et plures seq. ac de Gratia, pag. 209 et segg.

nendo aeque ac in Patrum scriptis, et Conciliorum statutis errori obnoxiam fateri oportebit. Annon enim priusquam Fidelibus credendum proponant, quinam sint libri Canonici, quinam sincerus in iis sensus contineatur, quaenam doctrinae fide tenenda praeter traditionem, veterum Patrum, et Conciliorum monumenta diligentissime explorat, atque in iis traditionem ipsam expiscatur? Deinde si orthodoxae fidei plurimum interest, ut sit aliquis controversiarum judex ab omni errandi periculo immunis, qui lites dirimat, quae super divinarum Scripturarum sensu moveri possunt; ejusdem quoque fidei aeque interest ut Ecclesiae judicia super recto, pravove sensu librorum; qui de Religione tractant, aeternae veritatis ductu regantur. De quo si fas est ambigere, ignorabit Ecclesia quid rectae fidei sit consonum, quid ab ea alienum in operibus, in phrasibus, in dictis hinc ss. Patrum, inde haereticorum; licebit unicuique magistros errorum tamquam verae fidei Doctores tueri et commendare; alios quorum integerrima est Doctrina, in erroris suspicionem vocare, vel tamquam impie sentirent, pro haereticis traducere. Sic errores et scandala passim disseminabuntur, rejicientur sanissimae sententiae, Christianae Religionis regina pulcherrimusque credendi ordo in maximam perturbationem abibit. Arium, Pelagium, Nestorium, Eutychetem, Lutherum, Calvinum inter haereticos nefas erit numerare; eorum opera post Ecclesiae damnationem a pravo sensu excusare licebit. Nempe quod Ecclesia in illorum verbis et sententiis intelligendis hallucinari potuerit, sicque num haereticum fermentum sapiant, non certa, sed infirma solum auctoritate pronuntiare. En quot, quamque illustrium Dogmatum firmitas nutat, ac labitur, si quem propriam naturalem, obvium sensum contineant alicujus Scriptoris verba et phrases dicatur Ecclesia post accuratum examen, post solemnem definitionem posse ignorare

Objicies. Veterũ sæculorũ Hæresiarchæ, quos re-
censuimus, doctrinas manifesto erroneas tradide-
runt; atque iccirco in tam liquido ac certo Facto
Ecclesia falli non potuit. Sed Jansenii factum
obscurum est, implicatum, et maxime controversũ,
de quo bene sentiunt Viri eruditi, qui se palam
Orthodoxos profitentur. In hoc ergo Ecclesia deci-
pi potuit.

Rº. Si hoc defensionis genere uti liceat, jã late
adversus veteres illos hæresum Magistros, eorũdq. librorum
Ecclesiæ definitiones ipsa quoque vim omnẽ amittent.
Nã etiam Pelagius variis effugiis atq ambagibus sen-
sũ catholicũ suis sententiis dare laborabat, et suos
ipse defensores, suos Arius habuit, Nestorius et Euthy-
ches, qui eos hæreticos defendebant, se catholice sen-
tire jactabant. Et hi tres postremi etiamnũ ab ali-
quibus defenduntur, quoniã multis Arianis in Transy-
sylvania, multis in Asia Nestorianis, atque Euthy-
chianis eorum scripta non tam clari ac certi erro-
ris rea eẽ videntur, quam Nicæno, Ephesino, et Cal-
cedonense Concilio existimavit. Eodẽ defensionis
genere tot alii primorũ sæculorũ Hæretici Ecclesiæ ful-
mina evasissent, Priscillianus inprimis, de quo S. Hieron.
in Catal. Scriptor. Eccl. hæc habet = Hic usque hodie
a nonnullis Gnosticæ hæreseos accusatur, defendenti-
bus aliis non ita eũ sensisse, ut arguitur =. Quanto
vero hæc Jansenianorũ adversus Ecclesiæ sanctiones
exceptio Lutheranis, Calvinisque faveat, quis non
intelligit? Dicant illi, cecidisse Ecclesiã, dũ Luthe-
Calviniique Opera, et in iis contentas erroneas opinio-
nes damnavit. Nullus denique tam perditus erit,
qui ejusmodi responsis perniciosas quasque sententias,
contemptis Ecclesiæ decretis, probabiles reddere non au-
deat; nullus liber, quantum ille cumque pestilens
sit, utiliter damnabitur; pauci hæretici legitime dican-
tur proscripti; æternũ in Matris sinu controversiarũ,
ac bellorum incendiũ aletur.

Gravissimum hoc argumentũ non est cur his
pluribus persequamur, quum in Tract. de Relig.
accuratius fuerit a nobis pertractatũ. At vero ex
his colliges primo, ex Jansenii opere, quod Au-
gustinus inscribitur, 5 illas famosas propositio-
nes reipsa decerptas fuisse. Si enim infallibi-
le est Ecclesiæ judiciũ eas damnantis in eo
sensu Auctoris, scilicet in eo sensu, quẽ refert
contextus, et scopus illius libri Pseudo-Augustini;
utique compertum est, ut ex illo reipsa fuerint
depromptæ. Quis deinde sibi persuadeat post
tam diligentẽ rei discussionẽ, post tot Episco-
porũ sanctiones, omniũque consensionẽ tam-
quã Jansenii doctrinã illã fuisse proscriptã,
quã Jansenius nunquã tradiderit; quũ id non
sola hominũ relatione, sed accuratissimo exa-
mine ipsius libri ante omniũ oculos positi, et
notissimo caractere proscri decretũ fuerit?
Quicumq. libr. 8. de hæresi Pelagiana, librũ 2.
3. 4. et 8. de Gratia Christi, ut de cæteris sileam,
attente perlegit, dummodo non inciderit in
Codicem interpolatũ, 5 illas propos. disertissi-
mis verbis, quamvis aliquando immutatis tan-
tisper phrasibus, semper inveniet.

Colliges 2º. Pontificiis Constitutionibus hac
in causa evocatis,, obsequioso [illegible] silentio mini-
me satisfieri; sed damnatũ in quinq. præfatis
propos. Jansenii libri sensũ, quẽ illarũ verba
præseferunt, ut præfertur, ab omnibus Christi Fi-
delibus ut hæreticum non solũ ore, sed et corde
rejici ac damnari debere; nec alia mente, animo
aut credulitate supradicta formula subscribi
licite posse,, quemadmodũ Apostolica auctori-

Declaravit Sum. Pont. Clemens XI. sua Constit. <u>Vineam Dni Sabaoth</u> ann. 1705. cui universae Ecclesiae consensus accessit, Cleri Gallicani eodem anno in Comitiis generalibus solemnis acceptio, omniumque Galliae Episcoporum promulgatio, ut ex Colleto supra notavimus. Sed de hoc quoq. in tract. de Relig.

Objicies 2do. Ecclesia, ut quasi proverbio dicitur, non judicat de internis. Unus est Deus est, qui renes scrutatur et cor. At Scriptoris sensus est omnino interior, in ejus mente latens. Ergo. II. In Goteschalchi scriptis haeresim contineri pronuntiarunt Concilium Moguntinum 2dum, et Carisiacense primum; illa tamen eruditissimi viri Lupus Abbas Ferrariensis, Ratramnus Corbejensis Monachus, S. Remigius Archiepisc. Lugdunensis, aliique ab omni haeresis labe vindicarunt. Quae igitur Goteschalchi libros damnarunt Concilia non satis assecuta sunt genuinum illorum sensum, atque errore facti sunt decepta. Eodem modo fieri potuit, ut Pontifices lapsi errore facti doctrinam ab Jansenii mente alienissimam damnarint; et haeresis Janseniana sit <u>phantasma ubique quaesitum, sed nusquam repertum, praeterquam in laborante quorundam phantasia</u>.

R. distinguendo min. Scriptoris sensus, ~~et~~ qui per fraudem mente retineatur, nec consonis verbis sit expressus, ille profecto est quid interius, de quo Ecclesia non judicat: sensus obvius et verbis expressus, de quo duntaxat quaerimus, hic vero est quid exterius, de quo semper judicavit, et porro judicabit Ecclesia. Quae de Goteschalchi etiamnum dubia fortuna dicuntur, tam parum Jansenianorum causae patrocinantur, ut ne ad rem quidem faciant. Nec Conc. Moguntinum 2dum, nec Carisiacense primum aut 2dum in quibus Goteschalchi causa cecidit, generalia fuere, nec quae in illis adversus Gotesch. constituta sunt, sua Christi Vicarius sententia, sua universa Ecclesia approbatione confirmavit. Particularibus Conciliis firmissimam et falli nesciam auctoritatem nemo tribuit. At quis Jansenianorum tantum audebit, ut Nicaeni, Ephesini, ac Calced. Conciliorum adversus Arium, Nestorium, et Eutychetem decreta solum religioso silentio, et non potius tota mentis ac judicii consensione veneranda esse dicat? quis in horum scriptis, postquam id a laudatis tribus Conciliis definitum est, prava atque haeretica dogmata contineri non sibi firme persuadeat? At nunquid in definiendis ...

ctis dogmaticis major est horum Conciliorum auctoritas, quam Innocentii X. quinque famosas Jansenii propositiones haereticas pronuntiantis, et Alexandri VII. easdem in sensu a Jansenio intento ut haereticas damnatas fuisse declarantis, et iterum ut tales damnantis, necnon Clementis XI. omnia et singula in his Pontificum Constitutionibus contenta auctoritate Apostolica confirmantis, et innovantis, quam inquam tot Petri Successorum solemnia decreta, omnium Catholicae Ecclesiae Episcopor. vel tacito consensu vel aperta acceptione comprobata? Phantasma Jansenii quaesitum ubique dicitur, sed nuspiam repertum praeterquam in laborante quorundam phantasia. At hanc prop. temerariam, scandalosam, contumeliosam in summos Pontifices, et in universam Ecclesiam non quispiam Romanensium Doctorum, sed generalis Cleri Gallicani conventus anno 1700 declaravit, ut sileam tot Bullas Pontificum, et praesertim Clementis XI. Constit. Vineam Domini, Breviaque ab eo ad Regem Christianissimum, tum ad Orthodoxos in Hollandia degentes data, quibus idem Pontifex Jansenismum esse haeresim realem declarat, quae ut cancer serpit, et quotidie in deterius vergit. Porro si Jansenismus Chimera et inane spectrum est, jam quotquot inde a Christianae Fidei exordio ad haec usque tempora Ecclesiam turbarunt haereses, inania spectra, et in malevolorum cerebro enatas Chimeras licebit appellare. Quidquid sit de interna Jansenii mente quam Dei est cognoscere, in ejusdem verbis ac phrasibus haereticum sensum certissime deprehendit Ecclesia, solemnique ac firmissimo judicio damnavit. Profecto damnata haeresis, ut concludam Augustini sententia Julianum alloquentis, damnata haeresis ab Episcopis, non adhuc examinanda, sed coercenda est a Potestatibus Christianis".

Instabis. Doctrina haec de Ecclesiae judiciorum certitudine in quaestionibus facti, et censura propositionum in sensu auctoris nova prorsus est, et initium habet a Jansenii censu-

ra, faventibus quidem Scholasticis Pontifici addictis, sed universo orbe docto, et erudito reclamante. Ergo non attendenda.

R. neque hanc nostram doctrinam, neque jansenianorum cavillationem novam esse. Quod si doctrina isthaec de facto dogmatico a jansenismi tempore celebrior evasit, ipsi janseniani in causa sunt, qui adeo inter jus et facti distinctionem jactantes, quoad Ecclesiae judicium in quaestionibus facti obsequiosum silentium sine interiore animi consensione satis esse dixerunt. Ceterum ex pluribus antiquatis exemplis usus Ecclesiae de censura librorum, et auctorum juncta simul juris et facti quaestione, fidelibus praecipiendo ut ejusdem judicio subscriberent, poenasque in renuentes statuendo, vetustissimus apparet. Profecto in librorum Origenis proscriptione istud evenit. De illorum sensu utpote obscuro quum diu disputatum esset, aliis catholicam doctrinam, aliis haereticam pravitatem subesse contendentibus, Justinianus imperator illos prohibuit, ejusque proscriptionem confirmavit Ecclesia in s:6. et 7. oecumenica Sinodo nonnullis suspectis damnationi subscribere jussit. Idem in damnatione Pelagii, et Caelestii, qui proprium errorem damnare compulsi sunt, et suspecti non modo errores sed etiam auctorum damnationi subscribere coacti. Idem in damnatione Nestorii, de cujus sensu diu multumque disceptatum fuit: quum ad errore facti illum damnatum fuisse nonnulli affirmarent, non prius ad pacem et Ecclesiae communionem admissi sunt, quam in ejus damnationem, et depositionem consentirent. Hujus generis exempla illi qui Conciliorum historiam volvet, innumera occurrent. Jam vero nemo in animum sibi inducere potest gravissimum etiam poenarum comminatione ad sibi in iis quoque, quae personarum facta spectabant, consentiendum, nisi suum judicium ab omni erroris periculo remotissimum esse pro certo haberet.

ecclesiam quemquam acrquere.

Corrolarium. Ex iis, quae in hoc capite diximus facile, et certissime colliges primo s. famosas propositiones, quae jansenii dicuntur, revera in ejusdem libro, qui Augustinus inscribitur, contineri; atque in ejus sensu

fuisse proscriptas merito. Quis enim post tot Pontif. Constitutiones, post Episcoporum tot sanctiones, et universæ Ecclesiæ consensum de hoc potest dubitare? Id non sola hominum relatione, sed ipsius libri accuratissimo examine, ante omnium oculos posito, et notissimo caractere procaci fuit definitum. Ipsi Theologi certam scientiam habere possunt per ideas rerum, et universalia principia, quæ licet singularia objecta non repræsentent, dum hæc tamen viv[id]o sensui præsentia sunt, mens rationalis ideis illis, sive principiis instructa absque ullo erroris periculo judicat hunc esse hominem, illum lapidem. Ita Ecclesia universalibus fidei regulis percipit solius dogmatis veritatem: et nihilominus dum audit hæreticum virum, aut librum hæreticum plenum legit, indefectibilis luminis ope, judicat illum esse damnandum, hunc proscribendum. Quam merito in Jansenium id præstiterit, ex totius Jansenii operis lectione clarissime elucet. Qui enim librum 8. de hæresi Pelagiana, lib. 2. 3. 4. 8., ut ceteros omittam, de Gratia Christi percurrerit, 5 famosas propositiones etiam in eo sensu, in quo ab Ecclesia reprobantur, disertissimis verbis, licet aliquando immutatis tantisper phrasibus, ab Jansenio traditas inveniet. Colliges 2do, ad obtemperandum Apostolicæ Sedis Constitutionibus in Jansenii causa non sufficere obsequiosum silentium, aut meram exteriorem subscriptionem, sed necessariam esse sinceram mentis adhæsionem. Hoc intellectus obsequium rationabile et prudentissimum ostendit superior quæstiuncula 2da, ejusdem vero necessitatem evincunt plures Pontificum sanctiones, quas recensuimus. At quoniam Clementis XI. Constitutio aliorum statuta confirmavit, plures Jansenianorum effugia detegit, et omnes Apostolicarum definitionum eludendarum aditus intercludit, pauca ex eadem transcribam. Itaque in sua celeberrima Constit. Vineam Dñi Sabaoth, quam edidit anno 1705. 17 kalendas Aug.

lege Tourn. pag. 214, et seqq.

cui universae Ecclesiae consensus accessit, Cleri Gallicani eodem anno in generalibus comitiis solemnis acceptio, omniumque Galliae Episcoporum promulgatio, ut antea cum Collecto innuimus, ita loquitur Summus Pontifex = inquieti homines, sparsis undequaque scriptionibus ac libellis, exquisita ad fallendum arte compositis, non sine gravi Apostolicae Sedis injuria, maximoque totius Ecclesiae scandalo, docere non sunt veriti, ad obedientiam praefatis Apostolicis Constitutionibus debitam non requiri, ut quis praedicti Janseniani libri sensum in antedictis 5. propositionibus, sicut praemittitur damnatum interius ut haereticum damnet, sed satis esse si ea de re obsequiosum (ut ipsi vocant) silentium teneatur. Quae quidem assertio quam absurda sit, et animarum fidelium perniciosa, satis apparet, dum fallacis hujus doctrinae pallio non deponitur error, sed absconditur; vulnus tegitur, non curatur; Ecclesiae illuditur, non paretur. Et lata demum Filiis inobedientiae via sternitur ad fovendam silentio haeresim; dum ipsam Jansenii doctrinam, quam ab Apostolica Sede damnatam Ecclesia universalis exhorruit, adhuc interius abjicere, et corde improbare detrectant: quin etiam eo impudentiae nonnullos devenisse compertum est, ut veluti omnis honestatis, nedum christianae sinceritatis obliti asserere non dubitaverint, praefatam formulam ab eodem a memorato Alexandro Praedecessore praescriptam subscribi licite posse etiam ab iis, qui interius non judicant, praedicto Jansenii libro doctrinam haereticam contineri: quasi vero contra quam scriptum est: qui loquitur veritatem in corde suo, et qui jurat proximo suo, et non decipit, hujusmodi erroris sectatoribus liceat Ecclesiam ipsam jurejurando decipere, simulque Apostolicae Sedis Providentiam fallere, dum ejusdem formulae conceptis verbis loquuntur quod Ecclesia loquitur, quod tamen sentit ipsa, non sentiunt, seque parere Constitutionibus Apostolicis profitentur, quibus animo contradicunt. Hinc est, quod

Nos opportunum et efficax tam exitiali morbo, qui ut cancer serpit, et quotidie in deterius vergit, remedium adhibendum non minus demandatæ nobis omnium Ecclesiarum sollicitudinis debito, quam pluribus Venerabilium Fratrum nostrorum diversarum partium, ac præsertim Regni Galliarum Episcoporum zelo ac precibus excitati, ne hujusmodi pravi homines Ecclesiæ Catholicæ pacem subvertere impune pergant, et simpliciorum, ac pusillorum mentibus imponere doceantes, quæ non oportet, neve illis apud eos quoque, qui bona, ut ajunt, fide, ac falsis rumoribus decipi se fortasse patiuntur, de mente ac sententia Apostolicæ Sedis amplius ambigendi supersit locus, Divino prius tam privatis nostris, quam publice indictis precibus, implorato præsidio, ac re mature discussa de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, auditisque complurium in Sacra Theologia Magistrorum suffragiis, primo quidem præinsertas Innocentii X, et Alexandri VII. Prædecessorum Constitutiones omnia et singula in eis contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, approbamus, et innovamus. Ac insuper, ut quævis imposterum erroris occasio penitus præcidatur, atque omnes Cath. Ecclesiæ Filii Ecclesiam ipsam audire, non tacendo solum (nam et impii in tenebris conticescunt) sed et interius obsequendo, quæ vera est orthodoxi hominis obedientia, condiscant, hac nostra perpetuo valitura Constitutione, obedientiæ, quæ præinsertis Apostolicis Const. debetur, obsequioso illo silentio minime satisfieri; sed damnatum in quinque præfatis propositionibus Jansenii libri sensum, quem illarum verba præseferunt, ut præfertur, ab omnibus Christi Fidelibus, ut hæreticum, non ore solum, sed et corde rejici, ac damnari debere; nec alia mente, animo, aut credulitate supradictæ formulæ subscribi licite posse. . . eadem Auctoritate Apost. decernimus, declaramus, statuimus, et ordinamus=. En quid ab Jansenianis exigit Ecclesia, ne errantes, ac rebelles sint.

Caput VI

De Paschasio Quesnello, et Bulla Unigeni-
tus in ejus doctrinæ damnationem e-
manata, quam non disciplinæ legi
mutationi obnoxiã, sed firmũ et dog-
maticũ Ecclesiæ judiciũ esse propu-
gnatur.

43
XXXII Vicissitudines, errores, errorum
proscriptionẽ Paschasii Quesnelli, qui et
Quenel appellari consuevit, historicus noster
qua solet perspicuitate et brevitate ita
recenset. Paschasius Quenel, inquit Colletus
anno 1634 die 14 Julii Parisiis natus, an.
1657. Congregationi Oratorii a Card Berullio
institutæ nomen dedit: et an. 1673. edidit
Opera S Leonis Papæ, una cũ Dissertationi-
bus, quæ 22 Junii 1676. Romæ graviter
prohibitæ fuere. Cũ autẽ an. 1678. ab Septem
decretũ fuisset. in Generalibus Oratorii Co-
mitiis, ut certa formula a singulis ejus-
dẽ Congregationis subscriberetur adversus
Baii, Janseniiq. doctrinã, renuit ei subscri-
bere Quenellus unde Aureliã primo, ac
deinceps pœnarũ metu an 1885. Bruxellas
se contulit ad Arnaldũ ibi latitantẽ
junctusq cũ illo pro disseminanda Jansenii
doctrina studiis, per totũ Belgiũ novita-
tũ pestẽ, simul et dissidiorũ facẽ intu-
lit His ut tandẽ malis occurreret ill
Humbertus a Præcipiano Mechliniensis
Archiepiscopus, implorata an 1703 Regis
Catholici auxiliatrice manu, Quenellum
ejusq fidũ Comitẽ Gerberoniũ Ecclesia-
sticos carceri tradi curavit Gerberonius
Vincennas translatus, hic primũ, satagente
Card Noallio, tũ deinde suis restitutus in
Abbatia Sancti Germani Pratensis, an 1710

formula

formulario subscripsit, errores que suos fauste ejuravit. At Quenellus effracto amicorum et scelesti hominis artibus carcere in Hollandiam se recepit; ibiq. nec Coronis, nec Purpuræ parcens, in causæ Janzenianæ defensionem infinita propemodum scripta edere perrexit.

Fugitivi lis a Promotore Mechlin. perfecta, qui de his præcipue Quenellum convicit: „1mo quod quamvis Presbiter, latitaverit in Belgio Catholico sub veste Laica, 2do quod ibidem et in vicinis Provinciis plures turbas et dissidia excitaverit, Presbyteros commoverit adversus proprios Episcopos, Clerum Bataviciam impulerit adversus Summum Pontificem, 3tio quod damnatam in Michaele Bajo doctrinam renovaverit, atque laudaverit novam operum ejusdem Baii editionem; 4to quod damnatas Jansenii hæreses suis passim scriptis inserverit, 5to quod scripserit, esse sacrilegum exigere subscriptionem et juramentum facti ut ajunt, Janseniani, quod formulario Alex. VII. continetur; 6to quod etiam præparaverit compilationem 150 opusculorum a nata hæresi Jansenzana editorum quorum etiam plurima a S. Sede sunt damnata; 7mo quod secreto administraverit Arnaldo ultima Sacramenta. Item, quod ausus fuerit in ædibus suis privata sua auctoritate erigere oratorium domesticum, et in eo dicere Sacrum.„

Ob hæc et alia plura criminationis capita contumax Novator excommunicationem incurrisse denuntiatus est, et Ecclesiasticæ Pænitentiæ mancipatus. Verum qui Romanum fulmen toties spreverat, non is erat, qui Mechliniensi mo=

veretur

veretur. Unde miris prædictam sententiam proscindendo calumniis; totum adversus vigilantissimum Præsulem Belgium conat[us] re molitus est. Obiit tandem, ut vixerat pertinax Amstelodami die 2. Decemb[ris] anno 1719. ætatis 85.

XXXIII. Inter cæteras Quenelli lucubration[es] nominatissimus est liber impressus sub hoc titulo: Le nouveau Testament avec des Réflexions morales, etc. vel al[ias] Abregé de la morale de l'Evangile, etc. opus illud primum an. 1671 unico editum est volumine in-12. complectente 4. duntaxat Evangeliorum versionem Gallicam quæ eadem ferme ac Montensis, cum brevioribus quibusdam Reflexionibus moralibus; volumen illud approbavit Fel[ix] de Vialard Catalaunensium Episcopus mandato mense Novembri ejusdem anni dato.

Sexdecim subinde annis, id est an. 1687. prolixiorem vulgavit ejusdem operis editionem Quenellus; additis uti prius in quatuor Evangelia, ita in reliquos pariter novi Testamenti libros observationibus. Ista editio tribus brevioribus in-12 constabat voluminibus. Demum anno 1693. opus graviter amplificatum quatuor grandioribus in-8vo distinctum tomis prodiit Parisiis. Editionem hanc subsecutæ sunt aliæ complures, quas inter eminent tum ea, quæ prodiit an. 1695. quamque Noallius, tunc Catalaunensium Episcopus, postulatis prius quibusdam editionis an. 1693 levioribus correctionibus

probavit

probavit documento pastorali die Junii ejusdem an. 1695. tum altera, quæ eodem promovente Cardinali excusa fuit anno 1699.

Ita porro successit Quenelli labor, ut operis sui editiones geminando geminaverit errores. In prima enim an. 1671. editione, quinque tantum reperiuntur e damnatis postmodum 101. propositionibus; scilicet VII. XIII. XXX. LXII. LXV. in secunda an. 1687. jacent 48. propositiones e damnatis, præter quinque quæ extabant in priori editione. In tertia an. 1693. et sequentibus omnes et singulæ, quidem sæpius, nonnullis tamen quandoque mutatis vocibus, deprehenduntur 101. proscriptæ per constitutionem Unigenitus propositiones XXXIV. Bulla hæc summo ubique plausu accepta fuit: et primum quidem in Ecclesia Romana. ut patet imo quia Bullæ Clementinæ nullus contradixit, quando Romæ solemniter promulgata est, 2do Sacrum Cardinalium Collegium multiplex ac publicum obedientiæ suæ dictæ constitutioni testimonium dedit, præsertim in celebri Epist. ad Card. Noallium scripta die 16 Novemb. 1716. 3tio omnia Ecclesiæ Romanæ membra a plus, quam 33 annis in eadem submissione firmiter ac constanter perseverant; Clementi XI quatuor deinceps successere Summi Pontifices; omnes porro Antecessoris sui judicium confirmarunt, et quæ data occasione disseminatas adversus Constitutionem calumnias obtriverunt. speciatim vero Innocentius XIII. qui septem Episcoporum Epistolam, idcirco Schismaticam atque hæretico spiritu plenam declaravit 8 Januar 1722. quod Clementinæ Bullæ revocationem a S. Sede postularent; 4to denique Ecclesiæ Romanæ erga Constitutionem Unig. reverentia præsertim enituit in Concilio Romano an. 1725. Præside

Sanctissimo

Sanctissimo Pontifice Benedict. XIII. Aderant 30 Cardinales, 8. Archiepiscopi, 40. Episcopi, complures Abbates, 33. Procuratores Cardinalium, Episcoporum, etc. In hac autem veneranda Synodo, egregie commendata est, ac confirmata debita præfatæ Constitutioni obedientia.

Recepit eandem Gallicana Ecclesia, in qua præsertim contentio excitata fuit, cujus proinde post Romanam Ecclesiam in præsenti negotio potissimum spectanda est acceptatio; suam præfatæ Constitutioni adhæsionem pluribus invictis momentis solemniter testata est: imo enim statim ab an. 1714 in frequenti Antistitum nostrorum conventu, cum omni obsequio ac reverentia excepta fuit Clementina constitutio: atque an. sequ. 1715: a plusquam 110. gravissimis pastoralibus documentis promulgata; decem exinde celebrata sunt generalia Cleri Gallicani comitia: in his, præsertim in comitiis anno 1723. 1728. 1730 renovata fuit ac firmata Bullæ acceptatio; agnitumq. decretum illud, uti vera Regni perinde ac Ecclesiæ lex; 3tio in Ebredunensi Synodo quindecim Gallicani Præsules, unanimi consensu declararunt: Constitutionem Unig. dogmaticum esse et irretractabile universalis Ecclesiæ judicium: quæ Synodus Pontificia Benedicti XIII auctoritate diserte confirmata fuit, regioque munita diplomate; 4to in tota Gallia, imo in universo Orbe Catholico Universitas nulla est, nulla sacra Facultas, quæ exhibendo huic Constitutioni obsequio defecerit: ipsa imprimis Theologica Facultas Paris. celeberrima 15. Decembris 1729. Decreto splendide agnoscit et amplectitur Constitutionem Unig. tanquam universalis Ecclesiæ judicium dogmaticum. Adeo tam externæ, quam domesticæ Universitates

ad quas

ad quas S. Facultatis Parisiens. acta transmissa sunt, ea summis plausibus excepere, seque idem sentire testatæ sunt

His accedit autoritas Regia, quæ sæpius expresse agnovit constitutionem Unig. Regni pariter ac Ecclesiæ legem esse. Ita præsertim per Edicta an. 1720 1730. etc.

Acceptata etiam fuit constitutio Unig. ab omnibus aliarum Ecclesiarum Episcopis. quod quidem constat, imo ex eorum silentio; nullus enim omnino inventus est apud exteras nationes, quæ Catholicam fidem profitentur, qui contra Bullam reclamaverit, etsi summa ope moliti fuerint dissidentes, ut eos ad reclamationem pertraherent: tacite ergo ab iis omnibus fuit acceptata; 2do quia hanc exterorum Episcoporum acceptationem evidentia tandem superati agnoscunt jam pridem Quenellistæ; 3tio constat et quidem invictissime eadem Generalis Bullæ acceptatio, ex plurimis expressis omnique exceptione superioribus testimoniis, quibus asseveranter, ac disertissime declarant Orbis Catholici Metropolitæ, se suosque suffraganeos dictæ constitutioni Unig. constanter adhærere; eamque pro rata ac Sancta Lege tenere, cui omnes fideles integrum mentis obsequium exhibere tenentur. Monumenta hæc, quæ Ludovici XV. jussu in Regia Bibliotheca asservantur, edi curavit Em. Cardin. et Archiepiscopus Mechliniensis in volumine inscripto: Témoignage de l'Eglise universelle en faveur de la Bulle Unig. Hucusque Collectus de Quesnello, et Bulla Unigenitus.

44
XXXV

Priusquam ad Bullæ hujus defensionem veniamus et illud advertendum circa ejus acceptationem gravissimas in Gallia turbas fuisse concitatas Nam anno 1717 quadriennio post ejus emanationem 4 Episcopi Mirapiensis,

Montispessulanus Senecensis, Montispessulanus, et Bononiensis coram Universitate Sorbonae solemnem a Constit. Unig. ad futurum generale concilium appellationem interposuerunt; cui appellationi statim Sorbonica facultas, plures deinde Episcopi, et animarum Pastores, ac tandem ipse Archiepiscopus Parisiensis Cardinalis Noaillius adhaesit; et res in apertum schisma vergere videbatur. His malis obviaturus Clemens Pontifex litteras, quae incipiunt Pastoralis officii ad universos Christi Fideles dedit, quibus nullam sibi; vel Ecclesiae Romanae communionem cum memoratae Bullae adversantibus extituram declaravit. Postquam hac Paschasius Quesnellus morti proximus renovata a Christi Vicario ad gen. concilium appellatione ad Christi tribunal
45. evocatus e. Eo sapientior ac felicior Noaillius Card. scriptis ad Bened. XIII. 19. julii 1728. litteris Constitutionem Unigenitus sincero, ut ait, obsequio ac debita reverentia suscepit. Librum considerationum moralium, et ... propositiones ab eo excerptas, eodem modo, et sub iisdem qualificationibus in dicta Constit. expressis rejecit, ac damnavit, ac insuper revocavit eorde, et animo id omne quod huicce acceptationi contrarium suo nomine prodiit quae omnia edito mandato 11. Octobris ejusdem anni omnibus suae Dioecesis Fidelibus significavit. Ceterorum, qui appellationi insistebant, quotidie bene multi aut supplicii metu, aut conscientiae stimulis ad eam revocandam adducebantur. Paucis itaque refractariis exceptis, qui in hujusmodi rebus numquam desunt, Bulla Unigenitus in toto etiam Galliarum regno triumphavit; tantamque sibi in Ecclesia auctoritatem conciliavit, ut quemadmodum inquit sapientiss. Bened. XIV. in Encyclica ad Episcopos Galliae, Nemo Fidelium possit absque salutis aeternae discrimine a debita erga ipsam subjectionem sese subducere, aut eidem ullo modo refragari.

XXXVI. Haec quum ita sint nullus moveri potest, num gravis inobedientiae rei sint ducendi, qui Bullae Unigenitus renuunt obtemperare. Ea tamen inter nonnullos fere

controversia, num hæc Constitutio pro Fidei regula, aut irrevocabili Dogmatico Ecclesiæ judicio, an solum pro solius Ecclesiasticæ disciplinæ lege mutationi obnoxia sit habenda. Creditus Pater Gazaniga Diss. 4. cap. 6. n 88 de Gratia Christi; ideo repugnantes huic Bullæ hæreticos appellari non posse censet, quia Romanos Pontifices hujusmodi refractarios numquam hæreticos appellasse existimat; nec Gallicanos Episcopos, paucis exceptis, ut reor, nec Romanos Pontifices eam Constitutionem ut regulam fidei habuisse existimat, neque a Gallicanis Episcopis, si paucos excipias, Fidei regulam nuncupatam fuisse vel creditam affirmat. Huic scriptori præiverat Eusebius Eranistes (sub hoc nomine latet Vincentius Patuzzi Ordinis et ipse Prædicatorum), qui in elucidatione Encyclicæ Bened. 14 ad Episcopos Galliæ contendit Bullam Unig. non esse judicium dogmaticum, nec proprie regulam fidei, nec vero sensu et proprio judicium dogm. sed solius disciplinæ legem esse dicendam. Ut quæ mox statuemus, clarius percipiantur, adverto discrimen, quod inter Fidei regulam, judicium dogmaticum, et Ecclesiasticæ disciplinæ legem intercedit. Quamvis regula fidei, et judicium Ecclesiæ dogmaticum simul confundi soleant; tamen si accuratioribus Scriptoribus, et Patrum phrasibus pressius inhærere velimus Regulæ Fidei sola sunt symbola, in quibus præcipui et magis necessarii articuli ad credendum proponuntur, ita lib. de velandis Virginibus cap. 1 Tert. S. Aug. de pecc. orig. cap. 29. et D. Angelicus 2.2 q. 1. ar. 9 regulam Fidei symbolum Apostolorum nominarunt = Regula Fidei, inquit Tert. una est sola immutabilis, et irreformabilis credendi scilicet in Unum Deum etc. = judicium vero dogmaticum illæ Ecclesiæ definitiones nuncupantur, per quas omnibus Fidelibus aliquæ veritates * adeo firma consensione tenendæ proponuntur, ut nullo tempore, nulloque in eventu liceat eisdem dissentire. Hujus generis sunt Bullæ Pii V. Gregorii XIII. Urbani VIII. contra Bajum

* seu fidem, seu mores spectantes

Quamvis regula fidei sensu quodam minus stricto, et judicium dogmaticum sæpe confundantur, tamen si accuratius et proprie loqui velimus sunt inter se distinguenda. Regula ~~enim~~ fidei strictiori sensu accepta est tessera, qua solum proponuntur ~~sunt~~ veritates immediate revelatæ in se ipsis credendæ, ut in symbolis, seu errores fidei directe oppositi proscribendi, ut in Canonibus et anathematismis Conciliorum. judicium autem dogmaticum appellantur Ecclesiæ definitiones, quibus aut veritates immediate revelatæ, errorsve directe illis oppositi, aut veritates, seu errores ~~directe oppositi~~ fide aut hæresi inferiores aut a et rerum [illegible] fuit dicare judicium dogmaticum in ordine ad regulam fidei stricte acceptam est veluti genus quod tamquam speciem eam complectitur. judicia dogmatica sunt Bullæ etc.

Innocentii X. Alexandri VII. Clementis XI. contra Jansenium, aliaque innumera. Praecepta demum quibus Ecclesia alia fugienda, alia implenda suis Filiis injungit, quae tum pro locorum, temporum, aut circumstantiarum varietate, possunt immutari leges Ecclesiasticae disciplinae appellari consueverunt. Purae igitur disciplinae leges exteriores actiones ordinant, et circumstantiis immutatis omne robur amittere possunt; contra judicium Ecclesiae dogmaticum intellectum dirigit ad firmiter veritati adhaerendum quumque quod semel verum est semper verum esse oportet, judicia Ecclesiae dogmatica numquam possunt revocari. Nunc in quanam classe Bulla Unigenitus recensenda sit, aperiamus.

Assertio.

Constitutio Clementis XI, quae incipit Unigenitus Dei Filius non inter Ecclesiasticae disciplinae leges mutationibus obnoxias, sed inter irrevocabilia dogmatica Ecclesiae judicia est recensenda.

Probatur 1.º ex ipsius Bullae Verbis. Postquam 101 Paschasii Quesnelli propositiones recensuisset, ita loquitur summus Pontifex: „Auditis itaque tum voce, tum scripto Nobis exhibitis praefatorum Cardinalium, aliorumque Theologorum suffragiis, divinoque imprimis luminis praesidio ad eum finem, publicisque etiam indictis precibus, implorato praesidio, omnes et singulas propositiones praeinsertas tanquam falsas, captiosas, male sonantes, piarum aurium offensivas, scandalosas, perniciosas, temerarias, Ecclesiae, et ejus praxi injuriosas, neque in Ecclesiam solum, sed etiam in potestates saeculi contumeliosas, seditiosas, impias, blasphemas, suspectas de haeresi ac haeresim ipsam sapientes, nec non haereticis, et haeresibus, ac etiam schismati faventes, erroneas, haeresi proximas, pluries damnatas ac demum etiam haereticas, variasque haereses et potissimum illas quae in famosis Jansenii propositionibus et quidem in eo sensu, in quo hae damnatae fuerunt,

acceptis continentur, manifeste innovantes, respective hac nostra perpetuo valitura Consht. declaramus, damnamus, et reprobamus mandantes omnibus utriusq. sexus Christi fidelibus, ne de dictis propositionibus sentire, docere, prædicare aliter præsumant, quam in hac nostra Consht. continetur. Jam vero apud omnes constat, illas definitiones Ecclesiæ judicia dogmatica et esse et appellari, per quas doctrinæ falsæ, temerariæ et hæreticæ proscribuntur, et fideles jubentur de eisdem cum Ecclesia sentire. Hoc enim judicii dogmatici proprium est, intellectum dirigere circa veritatem aut falsitatem doctrinarum; puræ autem disciplinæ per se actiones duntaxat exteriores præcipere, aut prohibere. Sed ex adductis Bullæ verbis elucet, in ea falsas et hæreticas doctrinas reprobari, et proscribi, simulq. fidelibus præcipi, ut in illis damnandis Ecclesiæ conveniant. Bulla ergo Unigenitus non meræ disciplinæ lex, sed dogmaticum Ecclesiæ judicium censeri debet.

I. Dirigit intellectum circa doctrinæ veritatem.

II. Si posset revocari, ut leges puræ disciplinæ, fideles modo fide dña possent credere implicite in ea hæreses contineri, atque idcirco oppositas doctrinas tenere fide dña; inde rejicere tamquam falsas revocata Bulla.

Prob. 2. ex literis ejusdem Pont. Clementis XI. Pastoralis Officii die 8. 7bris anno 1718. datis adversus eos, qui Constitutioni Unig. a se emanatæ parere detrectabant. In his enim Summus Pontifex ait preces ad Deum deferendas esse, ut contumaces ad debitam cum ceteris Christi fidelibus in sana catholicaque Christi doctrina profitenda veniant unitatem: præfatam Consht. Supremæ B. Petri Cathedræ judicium, Apostolicas definitiones, Apostolicam doctrinam appellat. refractarios pro Apostolicæ Fidei cultoribus, et S. Ecclesiæ filiis, ~~eosque~~ se non agnoscere, eosque se elongasse affirmat ab indivulsa cum S. Romana Ecclesia in doctrina fidei unitate. Sed quis meræ disciplinæ, non autem dogmaticæ, et irrevocabilis Ecclesiæ definitionis refractarios eos appellet, qui catholicam Christi doctrinam verbi aut profiteri, atque Apostolicas definitiones, supremæ B. Petri Cathedræ judicia respuentes, ab Eccle-

1. Qui profitentur catholicam Christi doctrinam verbi soli disciplinæ, sed fidei decreto inhærere dicuntur.
2. indivulsa unitas fidei non a lege mutabili dependet; sed Dei revelatione.

Bulla, quæ annuntiat et declarat fidem, certissime dogmatica est. Hic Pontifex affirmat se fide etc.

siæ unitate in fidei doctrina longe discesserunt.
Definitioni ergo dogmaticæ, non simplici Ecclesiæ
præcepto obsistunt quicumque Bullæ Unigenitus
reluctantur.

Denique idem Pontifex in literis ad Cardinales
Archiep. et Episcopos Parisiis congregatos anno 1714
quum plura dixisset, quibus non obscure innuit
Constit. Unig. pro dogmatico judicio se habere, ita
concludit. „Foveat ergo... quam tanto studio ac
labore detectis et apertissime profligatis errori-
aspirante Dño elucidatam universis nuper Christi-
fidelibus annunciavimus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
fidem, vobisque pro omnimoda, exactaque præsentis
Apostolicæ nostræ Constitutionis executione nos-
cum strenue adlaborantibus humilis Christi grex
pascua salutis expectans, doctrinis variis et pere-
grinis amplius non dispergatur, sed in caulam uni-
congregatus e Cathedra unitatis doctrinam suscipiat
veritatis„.

Probatur 3. auctoritate trium Pontificum proxime
ordinatim Clementis XI successorum. Ac primo quidem
ut supra notavimus ex Colleto, Innocentius XIII
septem Episcoporum Epistolam ideo Schismaticam et sibi-
nihil hæretico plenam declaravit 8. januarii anno
1722. quod Clementinæ revocationem a S. Sede
postulaverint; numquam profecto tam probrosa nota
illam inussisset, nisi pro certo haberet eam ex irre-
fragabili Ecclesiæ judicio latam fuisse. Benedictus
XIII. Clementis Innocentii XIII. proximus successor
in Concilio Romano anno 1725 cap. 2. „curan-
dum esse, ait, ut Constitutio a S. memoriæ Clemente
XI edita, quæ incipit Unigenitus, quamque
nostras etiam fidei regulam agnoscimus ab
omnibus cujuscumque conditionis et gradus omni-
modo debita obedientia, et executione ob-
servetur„. Idem Pontifex Synodum Ebredunensem
in qua unanimi consensu 15. Gallicanorum Præsulum

Vide Lazanigam de gratia pag. 213

declarata fuerat Constitutio Unigenitus dogmaticum, et irrefragabile universalis Ecclesiae judicium, sua auctoritate confirmavit, ut paulo ante Collectus referebat ~~sub n. 54~~. Venio ad Clementem XII. Cum episc. Laonensis inter ceteros articulos, quibus doctrinam suam contineri professus est, illum etiam huic Romano Pontifici proposuisset, Bullam Unigenitus esse judicium dogmaticum universalis Ecclesiae irrevocabile, hunc articulum cum multis aliis ab illo Pontifice probatum fuisse geminis ad ipsum episcopum datis litteris per suum secretarium Cardinalem Firao, testatur L'Affitau in historia Constit. Unigenitus lib. 6. sub ann. 1735. mense Augusto.

Probatur 4. consensione Cardinalium, Archiepiscoporum, et Episcoporum tum eorum, qui in Galliis degebant, tum eorum, qui per orbem erant dispersi. Leguntur primum litterae ad summum Pontificem Clementem Bullae auctorem. Quod Gallicanos spectat, legantur eorum litterae, quas ad Sum. Pontificem Bullae auctorem ex Parisiensibus Comitiis scripserunt nonis Februarii ann. 1714. Legatur Pastoralis eorumdem instructio ad Cardinales, Archiepiscopos, et Episcopos absentes scripta eadem die. (apud du Bois pag. 99. et 103). Legatur etiam acta Theologicae Facultatis Parisinae 15. Decembris 1729. et compertum fiet, Praesules illos summopere Pontificem commendasse, quod doctrinam Novatorum illius temporis sapientissime, robustissimeque profligaverit, ipsosque affirmare, se paratos esse pro sanitate fidei animas suas ponere, de fide catholicam cum majoribus suis sentire, se in Constit. Unigenitus Ecclesiae doctrinam agnovisse; atque a Theologica Facultate Bullam illam tanquam universalis Ecclesiae judicium dogmaticum susceptam fuisse. Ceteri vero Praesules Cardinales, Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, Episcopi, qui extra Gallias per orbem Catholicum dispersi morabantur in suis pariter litteris ad Rom. Pontificem aperte profitentur, se hanc Bullam pro irrevocabili dogmatico Ecclesiae judicio ea qua par est obedientia

forte sensu minus stricto ait Cranister epist. 4. n. 15. Sed sub eodem n. ait, juxta leges Galliae hos esse caracteres approbatos pro ea Bulla lex Ecclesiae et status, aut judicium Ecclesiae universalis in materia Doctrinae; regemque ann. 1731. Episcopis praecepisse, ne Bullam Unigenit. regulam fidei appellarent; sed judicium Ecclesiae universalis in materia fidei. Ista igitur denominatio non sensu quodam accomodo sed vere et proprie illi convenit.

Bened. XIV. cujus silentium Att. adducunt anno 1742. ad Episc. Ruthenensem. „Non sine intimo, atque incredibili paterni ac nostri moerore ex litteris tuis intelligimus, quamplurimos turbulentos perniciosarum opinionum studio abreptos palam versari, quorum alii Bullam Unig. non uti dogmaticum, definitivum, et irreformabile Ecclesiae judicium, sed tanquam veluti meram ecclesiasticae legem disciplinae excipiendam effutiunt.... Qui eamdem Constit. nituntur eludere, ipsam esse Eccle. dogmaticum, ac irretractabile judicium temerario ausu non inficiantur, nullis sane officiis, studiis, ac laboribus parcendum est, ut ab errorum caligine ad veritatis lumen reducantur„ et contra eos asperiora remedia adhibenda, ut severissimae animadversionis disciplina coerceantur. Mozzi pag. 196.

Clemens XIII. ad Episc. Sarlatinum an. 1764. ait neminem dubitare posse de constantia Ecclesiae Romanae in suis Decisionibus, atque in declaratione, quam decrevit Constit. Unig. esse decretum dogmaticum.

bedientia suscipere; refractarios autem haereticos, Heterodoxos, Novatores, hostes fere Christi, et Ecclesiae vocant. Plurium testimonia Petrus Matteus congessit; è unius Archiepiscopi Moguntini hic referam verba: „Certifico, inquit, praelaudatam Bullam in meo Archiepiscopatu, atque etiam in Episcopatu meo Bambergensi publicatam ab omnibus, et per omnia debita S. Sedi obedientia tanquam infallibilis Ecclesiae dogmaticam, et unice salvificantis fidei dogma acceptari.

Probatur 5to et ultimo ex ipso Quesnello, et ceterorum appellantium confessione. Ille in actis appellationis ad futurum generale concilium momento 4° et 8° pag. 378. apud Josephum Du Bois edit. Lugdunensis Bullam Unigenitus vocat judicium infallibile, sequentes propositiones, quae Ecclesiae doctrinam maxime attingunt, contra traditionis torrentem: queritur momento 4. et 5. per hujus Bullae acceptationem Sum. Pontifici auctoritatem et potestatem deferri, ut solus decidere possit de causis fidei judicio quodam irrevocabili, nullisque exceptionibus obnoxio. Pluribus aliis in locis asserit, ejusmodi Constitutioni servile obtemperare, quod veluti irrevocabile quoddam dogmaticum universalis Ecclesiae judicium proponatur. Huic postremo fundamento in sua instructione Pastorali 8. 7bris 1713. institit Episcopus Mirapicensis unus ex quatuor illis, qui ab hac Constit. ad futurum Concilium provocarunt; eodem argumento tres alii appellantes innitebantur; et Cardinalis Noailles adeo sibi persuasum habuit hanc Bullam pro irrefragabili et dogmatico Universalis Ecclesiae judicio proponi, et hinc ferme universas rationes deduxit, quas in actis 8. 7bris anno 1718. pro appellatione ad futurum concilium adducit. Vel ipsi ergo Constitutioni repugnantes, judicium dogmaticum in illa contineri censebant. Sed tempus Sed quid adversus hanc tum et summorum Pontificum autoritate, et tot tantorum Praesulum ne dicam totius Ecclesiae consensione ac praemunitam Pater Sazaniga, et caeteri Evanistae moveant, tandem inspiciamus.

Objicit 1. Evanistes in elucidatione Encyclicæ Benedicti 14. ad Episcopos Galliæ, epistola 4, et ita ratiocinatur: „Illæ Bullæ duntaxat vere dogmaticæ dicendæ sunt, quibus certum, et determinatum dogma ut credendum, vel ut rejiciendum fidelibus proponitur„. Verba sunt Van-Espenii Parte V. cap. 1. § 1. de publicatione legum Ecclesiasticarum; quæ Theologorum doctrinam, præcipue vero Melchioris Cani l. 5. cap. 5. et lib. 12. cap. 6. comprehendunt. Sed Bulla Unigenitus nullum certum, ac determinatum dogma credendum, vel rejiciendum proponit. In hac enim Quesnelli propositiones in globo tantummodo, ut ajunt, et respective proscribuntur. Ergo ea judicium Ecclesiæ dogmaticum censenda non est.

R.º quæ in sensu Vanespenii vera est, in sensu Evanistis negandam esse majorem. Celebris ille Canonista ibidem exponit, quinam sit usus placiti regii, seu quæ auctoritas circa decreta dogmatica Principibus competere possit, ut indicat titulus Partis V, et cap. primi; aitque loco citato = Dum quæstio est de Bullis dogmaticis (utrum nempe placito regio sint subjectæ) illæ duntaxat vere Bullæ dogmaticæ dicendæ sunt, quibus certum, et determinatum dogma ut credendum, vel rejiciendum proponitur„ ad illarum scilicet distinctionem, in quibus vel res ad disciplinam duntaxat pertinentes, vel simul cum alicujus dogmatis definitione in sua ditione promulgandæ deferuntur. In his enim, non in illis partem habere Principes, tradit Van-espen. Ceterum ad dogmaticæ Constitutionis naturam nusquam requirit Van-Espen, quod tamen exigit Evanistes, ultimam individui dogmatis determinationem, qualis habetur in symbolis, et Conciliorum canonibus, et Anathematismis. Imo vero hanc conditionem necessariam non esse luculenter ostendit, dum cap. 2. § 2. hujus quintæ partis Bullam Urbani 8.vi in Eminenti, in qua nullum dogma ea ratione certum, et determinatum, qua exigit Evanistes, proponitur, nihilominus

minus inter Bullas dogmaticas recenset. Nec Ma-
chor unus aut quisquam ex sanioribus Theologis huic
sententiæ reluctatur. Ille profecto ne verbum quidem
profert adductis in locis, quo Curabio Cranisti pa-
trocinatur, imo diserte, ut paulo post adnotabimus, ei
adversatur. Ex ceteris vero quotusquisque est, qui
non solum Bullam Leonis X. adversus Lutherum, et Ur-
bani 8vi adversus Bajum, et Innocentii XI. adver-
sus Molinos inter dogmatica Ecclesiæ judicia
recensenda esse inficietur. At in his, aliisque sim-
ilibus propositiones sub varia censurarum nota et in
globo damnantur. Non ergo ad judicium dogmaticum
non equidem opus est, ut peculiari aliqua censura sin-
gulæ notentur propositiones. Quod si quærat Cra-
nista quid in hujusmodi Constitutionibus credendum
fidelibus proponatur, illud reponimus credendum
proponi, quod Cardinalis Boncompagno Archiepisco-
pus Bononiensis in suis ad S. Apostolicam literis se cre-
dere professus est circa hanc ipsam Bullam „101 propo-
sitiones haberi a me ac prorsus recognosci, ut Apostolicæ
et Ecclesiasticæ Traditioni contrarias, Conciliorum ac Pa-
trum sententiis adversantes, iisque prorsus dignas notis, quibus
in præfata Constitutione inustæ sunt„. Hoc pacto et in-
tellectus noster in fidei obsequium captivatur, et Sedi
Apostolicæ debita obedientia exhibetur.

Objiat 2. Cranistes, non omnes propositiones in
Bulla Unigenitus damnatas hæreticas esse, neque
uti hæreticas a Clemente XI. fuisse proscriptas: alias
enim tamquam falsas, alias tamquam temerarias, nonnullas
tamquam scandalosas; alias alia censura inussit. Qui
igitur pacto fit irrevocabile, et dogmaticum esse judicium
hac constit. potest appellari?

Rx° ideo judicium dogmaticum appellandum esse, cum
quia plures hæreses in illis contineri definit S. Pontifex
quarum oppositæ veritates sunt fide supernaturali credendæ
tum quia ad firmissimum assensum fideles obstringit erga
reliquas propositiones, adeo ut certissima conscientia
aliqua saltem ex iis censuris digna judicentur, et sine

hæsitatione reprobentur. Hujusce rei luculentissimum exemplum præbet Formula a Martino V sacro approbante concilio lata et præscripta, in qua propositis Wicleffi, Joannis Hus, et Hieronymi de Praga pluribus articulis, quorum aliqui non ut hæretici, sed tamquam erronei dumtaxat, aut scandalosi, temerarii etc. proscripti fuerunt, jubet summus Pontifex quoslibet Fideles de his articulis suspectos interrogandos esse, utrum credant, condemnationes horum articulorum per sacrum Generale concilium fuisse rite, et juste factas, et a quolibet Catholico pro talibus tenendas, ac firmiter asserendas. Judicia ergo Ecclesiæ dogmatica sunt, et ad internum mentis adhæsionem obstringunt illæ definitiones, in quibus non solum hæreticæ, sed etiam erroneæ, temerariæ, et scandalosæ proscribuntur. Id diserte tradit et Van-Espen, et Canus, qui paulo ante objiciebantur. Nam ille in ipso limine Partis 1.ª de usu placiti Regii = Bulla dogmatica, inquit, proprie dicitur a dogmate, seu doctrina quæ per Bullam fide credenda, et populo proponenda definitur; vel e contrario (notet Eraniste) tamquam hæretica, erronea proscribitur =. Canus autem ejusdem ordinis atque Eraniste lib. 12. de locis cap. 6 = Si Ecclesia, inquit, vel Concilium, vel Sedes Apostolica.. aliquam Theologiæ Conclusionem confecerint, et Fidelibus proposuerint etiam præscripserint, hæc veritas Catholica ita censebitur, ut si esset per se a Christo revelata, et illi qui adversetur, æque erit hæreticus, ac si Sacris literis, traditionibusque Apostolorum refragaretur =. Melchioris mentem assecutus est et exposuit Fulgentius Cuniliati Patuzzii concellitas, qui Universæ Theologiæ moralis P. 1. tract. 4. cap. 2. § 3. docet = hæresim incurri adhærendo propositioni ab Ecclesia damnata dumtaxat ut falsa, et temeraria: quia hoc ipso censet (inquit ille) Ecclesiam circa ejusmodi errare posse, quod est hæreticum =. Sed quid ejus Fratrum suffragia contra Eranistem quæro? ipse Eranistes n.º 6. capitis 4 nobiscum consentit, dum Alexandri 8.vi decretum pro judiciis Eccle-

Vide Tournely de locis pag. 349 et seqq. edit. Veneta.

S. Thomas l. 4. in c. 11. epist. ad Cor. „ Pertinet aliquid ad fidem dupliciter ad disciplinam fidei: uno modo directe, sicut articuli fidei... Quædam vero indirecte in quantum scilicet ipsa non proponuntur, ut propter se credenda, sed ex negatione eorum sequitur aliquid contrarium fidei. Ex talibus autem non judicatur aliquis hæreticus, nisi adeo pertinaciter perseveret quod ab errore non recedat, et vero quid ex hoc sequitur

Archiepiscopus Senonensis sectam Novatorum, Patriarcha Venetus Heterodoxos, Episcopi Hispani Novatores debaccantes, Patriarcha Ulisiponensis impios Novatores, Clem. XI bis saltem Novatores, Ben. XIV Diac. S. Menardi haereticum appellat.

(1) Ecc. Cranistes satis explicat, quare non fuerint appellati haeretici sua quaest. 5. n° 7. et seqq. quia scilicet Appellantes saepe testati sunt se eadem omnino sentire in fide atque Acceptantes. atque ideo solum a se non recipi, quia juxta eorum principia nondum videbatur moralis unanimitas consensus Ecclesiae in illa acceptanda; quia nondum ipsis satis clare Ecclesiam locutam fuisse, quia variae circumstantiae, ut puta [illegible], ab ejus acceptatione excusabant.

Verum credemusne magis Eusebio Cranisti, quam Clementi XI: At hic in litteris Pastoralis officii expresse ait „ Frustra et non sine fermento malitiae et nequitiae istiusmodi homines nobiscum in doctrina religionis consentire se jactant, dum interim haereticorum exemplo prodeunte editam a nobis constitutionem, quam universa Ecclesia veneratione debita amplectitur... apertis calumniis maligne carpere audent „

et in eadem litteris „ Advenit nos eos omnes... ut veros S. E. R. filios non agnoscere, neque ut nobis et B. Petri Cathedrae quam maxime adhaerentes et consentientes, sed contra potius ut aperte inobedientes, et notorie contumaces et refractarios habere, tenere et reputare „ Sed quoniam Eusebius multa addit momenta, quibus eorum fidem eandem fuisse cum

sia nescit dogmatico rabet in secernendis judiciis dogmaticis a aliis Ecclesiasticae disciplinae, quamvis maxime sit istae nobis objectae n° 7. Decretum Alexandri VIII quo duas duntaxat propositiones damnavit, et alteram haereticam, alteram vero solum scandalosam, temerariam piarum aurium offensivam, et haeream declaravit, judicium dogmaticum esse concedit. Quamvis ergo Bulla Unigenitus non omnes Quesnelli assertiones ut haereticas, sed alias tanquam erroneas, aut temerarias confixerit, non hinc ex Cranistis confessione principio a judicii dogmatici natura cadere potest.

Objicies 2.° cum Patre Sazaniga, qui Dissert. cap. 6. de gratia Christi de Bulla Unigenitus ita scripsit = Quamquam vero qui dictae Constitutioni repugnant, gravis inobedientiae rei haberi debent haereticos tamen esse, aut appellari posse non arbitror. 1.° primo quia eos pro sua hoc nomine nunquam appellatos fuisse invenio, neque a Clemente XI, neque ab ejus successoribus, multo minus a Benedicto XIV. 2do quia nec Constitutio Unigenitus a Romanis Pontificibus fuit unquam, quod sciam a Romanis Pontificibus ut Regula fidei vel habita, vel nuncupata; 3.tio quia neque Episcopi Gallicani constitutioni mordicus adhaerentes, eam ut regulam fidei habuerunt, si paucos excipias, quorum zelus immoderatus a reliquis minime probatus est. Cum autem Christianissimus Rex Ludovicus XV. et semel et iterum vetuisset, Constitutionem Unigenitus appellari regulam fidei Benedictus XIV. id nullatenus improbavit =

R. Ne vocis ambiguo decipiamur, istam priorem assertionem distinguo. Bulla Unigenitus repugnantes, idest Defendentes aliquos ex damnatis articulis in quos haeresis nota per Bullam inusta cadere nequit, ipsi haeretici non sunt, omitto inquirere. Bullae prorsus repugnantes, et omnes Quesnelli propositiones in ea Bulla proscriptas sustinentes, haeretici non sunt, hoc vero tuere non possumus. Etsi assertores alicujus propositionis, quae non haereseos, sed aliae nota in

hac constit. confixa fuerit, haeretici non essent appellandi; hinc tamen numquam fit, ut Bulla hac ab judicii dogmatici natura cadat, ut ex aliis Constitutionibus constat, quae licet non haereticas solum, sed alias etiam inferioris censurae doctrinas proscripserint, ab ipsis tamen adversariis dogmatica judicia nuncupantur. Quod si qui eo dementiae devenerint, ut hanc Bullam omnino contemnentes omnibus Quesnelli sententiis subscribere non vereantur, quis, amabo vos, inter haereticos eos non recensebit? Namque hoc infamiae nomine illi notantur, qui haereticae doctrinae audacter adhaerent. Inter Quesnelli damnatos articulos plures haereses latere jam Ecclesia declaravit. Primo argumento, quod in suae assertionis confirmationem attulit P. Lazaniga, abunde satisfit per 2dam, 3.tiam et ipsam nostrae Conclusionis fundamentum; in quibus et a Pontificibus Romanis, et a ceterarum Ecclesiarum Praesulibus Bullae Unig. refractarii ejusmodi coloribus pinguntur, queis non alii quam haeretici exprimi consueverunt. Secundum argumentum nos parum moratur. Si enim fixa stet verbi notio Sacrarum Scripturarum usu satis determinata, Regulam fidei dumtaxat dicimus symbola, seu fidei Professiones, in quibus nonnisi selecti a Deo revelati articuli Fidelibus ad credendum proponuntur. Sed quid inde conficies? Numquid Quesnelli haereses defendentes haereticis non esse accensendos, aut quod eodem recidit, Bullam Unigenitus irrefragabile Ecclesiae judicium non esse? Sed manifestum est plures Pontificum Constitutiones existere, quae judicia dogmatica sunt, et irrevocabilia, quae tamen numquam aut vanissime Regulae fidei sunt appellata. Atque hinc habemus, quid tertio adversarii argumento respondeamus. Ceterum quod asserit Lazaniga post Granisten, Bullam Unigenitus a Romano Pontifice Regulam fidei non fuisse appellatam, id nunc mox rejiciemus, ipsi Granisti respondentes.

Insurgit iste 2.o enim, et contendit clausulam illam *Quam nostram uti fidei regulam agnoscimus* non ex Pontificiis, aut ceterorum Praesulum sententia, sed Mediita-acceptantibus Bullam textu ostendere conatur; his hac, quae nos non urget, relinquatur.

At illud contendimus a Clement. XI. Novatores appellatos, quia saltem pertinaciter damnatis doctrinis adhaerere contumaces. In Brevi 20. Novemb ann. 1716. „*Adduci minime potuerunt Novatores*, hoc est *perpetui Ecclesiae et publicae tranquillitatis perturbatores*, ut *audaciam frangerent suam*, Decretisque nostris *acquiescerent*„.

Frustra Lucebius conatur ostendere emollitam fuisse vocem *Novatores* per adjuncta, quum ibidem ceteri caracteres explicent eorum naturam.

In litt. *Pastoralis Offic.* „ *Tota quidem Christi Ecclesia Petrum per nos tametsi indignos loquentem secuta Apostolicam ejusdem* Const. *doctrinam debito obsequio atque obedientia suscepit; at Novatores, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident ex inconsulta eorundem paucorum Antistitum haesitatione* ita animos extulerunt, ut incredibili audacia Constit. ipsam perverse interpretari, et incessere, praeque etiam *Doctrinae per impudentes calumnias* insimulare non erubuerint„.

Iterum Granistes perperam haec in mitiorem sensum detorquere conatur per verba, quae nullis periodis interjectis addidit Pontifex, quibus eos perstringit quasi sibi blandientes de exactiore disciplina, dum illis deest vera virtus, humilitas, obedientia, Charitas.

Ben. 14. lib. 4. p. c. 7. refellit, et jam a Gallis rejecta fuisse narrat Miracula cujusdam Parisii Diaconi sepulti in Cemeterio S. Medardi in urbe Parisiensi, quem appellat *hinc Apostolicae sedis refragantem, Schismaticum, haereticum, acerrimum impugnatorem Constit. Unigenitus, pertinacem Jansenistarum asseclam.*

Hæc in suæ assertionis fulcimentum adsciscit Quesnelistes, plures Scriptores typis evulgasse textum illius Decreti corruptum fuisse; sciri locum, et articulum, in quo facta interpolatio; notas esse qualitates personarum, quæ impostores ad crimen istud adduxerint. II. Affirmat, Tractatum Tournely de Gratia editionis parisinæ ann. 1748 verbis controversis carens decretum referre. Tum ita pergit. Concilium Romanum celebratum fuisse anno 1725. mense Majo, typis autem editum nonnisi post 25. Octobris ejusdem anni. Decreti illius tres editiones factas esse ait a Molinistis mense junio et julio 1725. idest ante editionem Romanam spatio 4. menses, in quibus clausula deest. Primam editionem decreti factam Tolosæ a PP. S. J. juxta exemplar veri decreti ipsis Roma missum in folio separato edito in duabus columnis, quarum altera textum latinum, altera Gallicam versionem præbebat. Hujus decreti exemplar reperiri Parisiis in insigni bibliotheca S. Germani.

Intra idem tempus decretum illud editum fuisse Lovanii, et jussu Archiep. et Cardin. de Malines publicis locis affixum, in quo nihil illius clausulæ. Hujus editionis exemplar reperiri in appendice ad historiam Constitutionis editam non multis ab hinc annis in Hollandia.

Tertiæ editionis exemplar insertum fuisse in Auctore Molinista cuidam epistolæ ad Clerum Galliæ missæ anno 1725. Auctoris scopus erat ostendere Bullam Unig. esse constit. dogmaticam ex iis solis verbis omnimoda obedientia, quæ in Decreto Concilii Romani leguntur. Quod argumento evidenti esse debet clausulam controversam non legisse in eo decreto, cujus ope totam solvisset difficultatem.

| + in epist 83 ad Palestinos

Ex quibus colligit solidum, quo Decretum illud corruptum fuit. epist 4. an. 10. ad 13 rum opera et mala fraude Concilio Romano insertum fuisse, quo major invidia conflaretur Gratiæ Prædeterminanti, ejusque ab intrinseco efficacitati, quod Constit illa graviter peti semper gloriati sunt, licet perperam Molistæ. Probat assertum cujusdam folii adjumento inserti Concilio Romano, romaneque editionis, quod extat Tolosæ; in quo illa clausula non reperitur. Profert duas alias ejusdem decreti ea clausula carentis editiones reperiri asserit in Appendice ad historiam editam in Hollandia anno 1755 30 annis post concilium celebratum; idque genus alia alii quoque obtrudunt.

R. Ut portentosam assertionem confirmaret Quesnelliste, validiora argumenta afferre oportebat. Tanti criminis, quod hæreticorum omnino proprium est, viri maxime catholici accusari non possunt, nisi horrendum crimen certo queat demonstrari. Quanti autem sunt nonnulla exemplaria e dissitis regionibus conquisita, aut actamanuscripta incerta, et obscura ad cæterarum omnium editionum fidem levandam, ut Medisistæ inde hoc infamiam possint aspergi. Ergone exemplaria, quæ Romani Italique cæteri præ manibus habent, vitiata dicemus. At hoc scelus Romæ, in ipsa urbe Romæ, dum concilii typis excuderentur, ut vaticinantur adversarii, patratum est. Qui ergo fieri potuit, ut quum primum corrupta exemplaria prodierunt, nec summus Pontifex, nec quisquam ex 37. Cardinalibus, et sex Archiepiscopis, et Episcopis, qui illi concilio interfuerant, de hoc crimine conquestus sit, aut eo tempore unquam reclamaverit nemo Pontificum? At non siluit S. Leo, postquam suam admirandam epistolam de Incarnatione Verbi, a græcis adulteratam cognovit: non siluit S. Gregorius lib. 5. epist. 14 eorumdem fraudem in Synodi Chalcedonensis, et Nicæna Synodi actis corrumpendis neque ipsam suspicionem siluit Nicolaus Magnus in epistolam ad Michaelem imperatorem super litteris Hadriani Pontificis sui Prædecessoris. Quanto minus siluisset Benedictus XIII si sub ejus oculis Concilii Romani acta, atque adeo sua decreta vitiata comperisset. Neque hinc sequitur summo Pontifici contra ea omissione illius clausulæ in aliquibus codicibus factam

novis objiciuntur,+ tamquam Apostolicae Sedi maxime injuriosas, reclamandum fuisse. Nos per acta, per acta, quibus Romana Sedes utitur, et undequaque circumferri perspicimus, satis illa mendacii redarguuntur. Sed quaero ab Eraniste, quale commodum Mediista ex hac fraude sperabant? nimirum ut tractatum ab intrinseco efficacem de mundo tollerent, si Bulla Unigenitus pro Regula fidei habita fuisset. Proh vir bone et simplex! Nonne ipse Clemens XI. in Litter. Pastoralis Officii hanc suspicionem apertissime removit? = Nisi excaecaverit eos, inquit Pontifex, malitia eorum, et nisi magis dilexerint tenebras, quam lucem, ignorare non debuerunt, sententias illas ac doctrinas, quas ipsi cum erroribus per nos damnatis confunderunt, palam et libere in Catholicis scholis et post editam a nobis memoratam Const. sub oculis nostris doceri, atque defendi, illasque propterea minime per eam fuisse proscriptas =. Et in eodem concilio Benedictus XIII. vetuit, ne doctrina Thomistarum = velut consentiens cum damnatis ab Apostolica Sede, et signanter a Const. 64 Clementis XI. Jansenii, Quesnelli, aliorumque erroribus traducatur =. Si Mediistae rebus suis etiam per tantum nefas consulere voluissent, non illam clausulam inserendam, sed haec verba potius delenda curassent. Quum ergo nemo gratis facinorosus esse velit; aequissima ratio poscit, ut tota hujusce fraudis suspicio in illos convertatur, quibus maxime intererat, eorumdem doctrinae condemnationem in illius concilii decretis tanta emphasi non circumferri; dicamusque non celeberrimae clausulae Mediistas, sed libere Quesnellistas auctores.

Tota haec conclusio accuratius componenda adversus Eusebium; qui non aliter a nobis dissentire videtur, quam per verum judicium dogmaticum definiendo. Sed omnibus nostrae assertionis fundamenta evincunt decepi Eranistem, quod per aliquod tempus esset innuendum.

+si fraude supposita essent.

Qui vult mentiri procul repellat testes. Proverbio dicitur. Scriptores hanc innuunt imposturam, non probant.

Nonnullae Tournelii editiones multa continent de Papae infallibilitate, quae in aliis desunt. Bossueti exemplaria venetae editionis omittunt quae referunt aliae editiones de F.P.S.

Tres illae editiones decreti concilii Romani factae antequam omnia simul acta excuderentur, probabiliter ex una male exscripto folio orbi dimanant. eademque descriptione illius decreti, quoniam editiones Molinistis singulae tribuuntur. Descriptum igitur fuit decretum sine clausula vel oscitanter, vel data opera sine mala fraude. Primum non repugnat, nec alterum; utrumque verosimile. Jam enim orta erat controversia num pro regula fidei esset habenda Constitutio, vel non: Si primum; ergo ne per hanc secundam quaestionem magis exacerbarentur Appellantes, forte ideo clausulam omiserunt, ut interim illam exciperent. Si secundum, quod verosimilius; ergo de illa cautela non poterant esse solliciti; atque etiam brevitatis ergo, aut hallucinatione praetermittere.

Sed quoniam in Gallicano regno circa ann. 1730 duntaxat assignati discuti fuerunt veri caracteres legis status Ecclesiae et status; judicium Ecclesiae Universalis in materia doctrinae; quo consilio introducere ausi sunt Molinistae hujusmodi clausulam. Numquid ut majus patrocinium acquirerent pro Const. contra gratiam Thomisticam, aut Augustinianam? Sed frustra, ut in ⊙. Numquid ut Bullam statuerent esse decretum omnino irrevocabile et dogmaticum? Sed ex iis, quae adduximus, satis constat, et ex aliis sincerissimis quidem decreti verbis.

Decretum Concilii Romani Praesidente SS. Benedicto XIII. desumptum ex Sessione habita in Basilica S. Petri V. idus Maii 1725. quale tradit lu-serius Cranistes Tolosae primum editum fuisse a Patribus S. Jesu.

Cum ad professionem fidei Catholicae integre, inviolataque retinendam et custodiendam necessarium summopere sit, ut succrescentes per haec recentia tempora circa eandem fidem errores a Sede Apostolica damnatos fideles omnes vigilanti studio praecaveant, et abominentur; idcirco ab omnibus Episcopis, et aliis Pastoribus tota sollicitudine curandum est ut Constitutio a S. M. Clemente XI. edita, quae incipit Unigenitus (a) ab omnibus cujuscumque conditionis et gradus debita et omnimoda obedientia et executione observetur.

Si quem itaque cognoverint, sive Dioecesanus, aut Provincialis sit, sive exterus, de Const. praedicta non bene sentire, aut male loqui, in eum pro more Pastorali potestate, et jure procedere et animadvertere non negligant: et ubi remedii efficacioris opus esse senserint, ad Sedem Apostolicam, tamquam tales et Ecclesiae rebelles deferant.

(a) Clausula quae hic esset reponenda est isthaec: ~~quamque nostrae uti ejusdem fidei regulam agnoscimus~~; quamque nostrae uti ejusdem fidei regulam agnoscimus.

Clausulam imprimis totus contextus a primis apicibus exigere videtur. Per vocem uti aliquantulum limitatur locutionis significatio; post quam non-nisi judicium dogmaticum venire hic potest. Sed istud alia verba satis innuunt.

Liber II.

Diversos naturae humanae status, quod ad divinam gratiam attinet, ac praesertim infaustam naturae lapsae conditionem complectens.

Caput I.

In statu innocentiae primum hominem justitia originali, sanctitate, atque immortalitate instructum fuisse demonstratur: haec ornamenta non appendices naturae debitas, sed dona gratuita, et supernaturalia fuisse ostenditur: aliaque huc pertinentia breviter expenduntur.

I Quorum errores circa divinae Gratiae mysteria narravimus lib. superiore, eosdem in hoc, et subsequentibus libris refellemus; atque in Catholica dogmata praesertim mentis aciem intendentes, illa duntaxat e verisimilioribus Scholasticorum placitis attingemus, quae ad doctrinam Ecclesiae declarandam, aut etiam magis magisque stabiliendam opportuna videbuntur. Pelagium, si meministis, dium primum recensuimus, in quo Ecclesia animadvertit, cujusque plures sententias non solum homines peccatores, sed etiam Adamum innocentem spectantes anathemate confixit. Hunc pariter ante caeteros impugnaturi plura de innocentiae statu hoc capite disputabimus, ut contra [illegible] hominem constet quos, quantisque supernaturalis Divinae Gratiae muneribus a suo Creatore fuerit cumulatus. Ac ne quidquam nos imposterum vocum ambiguitas moretur, principio advertite, nomine *status naturae* hic significari eam constitutionem, seu modum, quo se habet, aut habere potuit, prout ad suum ultimum finem [illegible] legem Divinae Providentiae tota humana natura ordinata est, aut potuit ordinari. Quum autem homo aliter se habeat, quum tendit in finem, ad quem creatus fuit, atque aliter, quum jam est finem suum consequutus; hinc duplex status existit; *status* nempe *viae*, in quo progredimur ad terminum, et *status Patriae*, seu Beatorum, qui ad

2 terminum jam pervenerunt. Rursus status viæ in triplici classem, solet partiri; et alius naturæ puræ nuncupatur (qui numquam revera extitit, sed a plurib(us) possibilis tamen defenditur) in quo scilicet homo nasceretur omnibus facultatibus et perfectionibus sibi naturaliter debitis ornatus, gratia et peccato carens, ad finem supernaturalem non ordinatus, et obnoxius ægritudinibus, concupiscentiæ, morti, cæterisque infirmitatibus, quæ hominis naturam consequuntur. Alius dicitur naturæ integræ, in quo conderetur præter naturales perfectiones ejusmodi præsidio instructus, ut ab omnibus infirmitatibus, quibus nunc premitur, aut saltem a concupiscentiæ incommodis immunis redderetur. In hoc statu fuit Adam ante peccatum, sed simul etiam in statu innocentiæ, in quo a morte et quibuscunque miseriis immunis maxima tum naturalium, tum supernaturalium donorum copia repletus erat + atque ad Deum intuitive contemplandum ordinatus. Status denique naturæ lapsæ, in quo Adæ posteri justitia originali expoliati originis labe infecti, cæterisque omnibus incommodis quibus afflictamur, obnoxii nascuntur. Itaque de statu innocentiæ quidquam definiamus, de cæteris postea disceptaturi, videamus quid hæretici sentiant in hoc argumento.

3 II. Pelagianos in Adamo innocente nullum supernaturale donum, sed naturales duntaxat facultates agnovisse innuimus n.° 10. lib. superioris cap. primi. Eandem ipsi naturæ conditionem in statu innocentiæ ac illam, qua modo nos nasci videmus, docuerunt atque Adamum sive peccasset, sive Deo obtemperasset fuisse moriturum. Sociniani, qui omnium hæreticorum videntur sagacissimi, non verentur pene omnium fieri discipuli. Fatentur quidem isti Adamum sine corruptione peccati conditum fuisse; at eum sapientem, justum, sanctum fuisse negant. Quo semel jacto fundamento paratiores fiunt ad originis labem impugnandam, quam cum Pelagianis inficiantur.(a) Sed Lutheri et Calvini obliviscebar; nec tamen sunt prætereundi. Cum hi concederent per Adæ peccatum humanam naturam

vitiatam esse, donaque Adamo concessa perdidisse, (a) ut adstruerent naturales facultates penitus enervatas, et liberum maxime arbitrium omnino periisse, illud principii loco posuerunt, justitiam originalem naturæ Adami primitus conditæ debitam fuisse ac plane naturalem. En verba Lutheri commentarium scribentis in 3. genesis caput,, Statuimus justitiam non fuisse quoddam donum, quod ab extra accederet, separatum a natura hominis, sed fuisse vere naturalem; ut natura Adæ esset diligere Deum, credere Deo, agnoscere Deum. Hæc tam naturalia fuere in Adamo, quam naturale est quod oculi lumen recipiunt,, et infra,, porro, inquit hæc probant, originalem justitiam esse de natura hominis: ea autem per peccatum amissa, non mansisse integra naturalia, ut Scholastici delirant,, Quamvis Magistri verba emollire conatus est Calvinus, docuitque Divinæ justitiæ ac bonitati repugnare, primum hominem sine justitia originali ejus naturæ debita condere. Tandem Bajus, Jansenius, et Quesnellus hac in re consenserunt; originalem justitiam non ad dona supernaturalia, sed ad naturalem hominis constitutionem pertinere. Horum omnium portenta sequentibus rejiciemus.

Propositio I.

Firmiter tenendum est contra Pelagianos Hominem non esse initio conditum, qualis nunc nascitur, sed multo feliciorem.

Probatur. Quibus tum animi, tum corporis miseriis in hoc naturæ statu obnoxius homo sit, quisque experitur. Nascimur enim sine justitia, ob peccatum originale, ut paulo post evincetur, natura filii iræ, concupiscentiæ, ac carnis rebellioni, infirmitatibus, ignorantiæ, morti denique obnoxii; ut verissime illud protulerit Ecclesiasticus cap 40: grave jugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturæ[*]; et Apostolus Rom 7 exclamaverit ,, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus,,. Jam vero quis inficias iverit longe

[*] plurima inde labes enumerata.

(a) Lutherus econtrario voluit justitiam Adami non fuisse quoddam donum, quod ab extra accederet, separatum a natura hominis, sed fuisse vere naturalem. Calvinus putavit, divinæ justitiæ ac bonitati repugnare, hominem sine justitia originali hominem condere. Bajus denique contendebat integritatem, et immortalitatem Adamo innocenti concessam non esse dona supernaturalia, sed proprietates eidem debitas, ac naturales; nec sine justitia originali creari potuisse.

Prob. Primus homo fuit nobis multo felicior, si in statu innocentiæ cognitione rerum omnium, quoad ejusdem status conditionem pertinebant, fuerat repletus, si sensitivus illius appetitus rationi erat perfecte subjectus; si sanctitate, qua Deo carus erat et acceptus, ab initio exornatus; si demum ab ipsa moriendi necessitate immunis. Nos enim nascimur hisce omnibus bonis destituti. Atqui primus homo in statu innocentiæ omnibus his beneficiis a Deo cumulatus fuerat. Ergo

Minor ostenditur. Scientiae plenitudinem Adamo, illiusque uxori concessam describit Ecclesiasticus c. 17. v. 5. et seqq. Disciplina intellectus etc. usque ad enarrent opera ejus. Tum. Quamvis autem etc.

meliorem fuisse Adami conditionem, si manifeste ostendi potest, verum (cognitione) omnium, quae ad sui status perfectionem, et felicitatem pertinebant ab Optimo conditore fuisse repletum; appetitum sensitivum in eodem innocentiae statu perfecte rationi subditum, et nullis inordinatis concupiscentiae motibus quatereetur; sanctitate, qua Deo carus, et acceptus erat, instructum; ab ipsa denique mortis lege immunem? Atqui evidenter ostenditur his omnibus privilegiis, ac muneribus Adamum ante peccatum instructum fuisse.

Scientiae plenitudinem accepisse Adamum tradit Ecclesiasticus cap. 17. verum quidem naturalem v. 5.
„ Creavit ex ipso adjutorium simile sibi, consilium,
„ et linguam, et oculos, et aures, et cor dedit illis exco-
„ gitandi: et disciplina intellectus replevit illos„
supernaturalem vero v. 6. et seqq. „ Creavit illis scien-
„ tiam Spiritus, sensu implevit cor illorum, et mala, et
„ bona ostendit illis. Posuit oculum suum super corda
„ illorum, ostendere illis magnalia operum suorum
„ nomen sanctificationis collaudent, et gloriari in mira-
„ bilibus illius, ut magnalia enarrent operum ejus.
v. 6 „ addidit illis disciplinam, et legem vitae haereditavit illos
„ testamentum aeternum constituit cum illis, et justitiam,
„ et judicia sua ostendit illis... et dixit illis: attendi-
„ te ab iniquo, et mandavit illis unicuique de pro-
„ ximo suo„ Merito hinc S. Augustinus lib. 3 de
lib. arb. cap. 18. lib. 1 Retract. cap. 9. lib. 6 contra
Julianum c. 16. et in Enchiridio cap. 24. constanter
docet, ignorantiam quam patitur omnis homo ab exor-
dio nativitatis suae, et qua pro veris approbat falsa
ut erret invitus, non esse naturam instituti hominis
sed poenam damnati. Quamvis autem amplissima
ea scientia fuerit, sese tamen ad omnia porro
non extendisse, patet primo ex allato Eccles. textu
cor dedit excogitandi, ea scilicet, quae ignorabant;
2do ex eorum limitato intellectu; ac demum ex
serpentis deceptione. Ea potissimum ergo cognosce-
bant, quae ad animi tranquillitatem, ad tuendam amo-
bus.

bis, rebusq. noxiis vitad, ac valetudind, ad legē deinum naālem, et positiva Dei præcepta implenda erant opportuna.

Appetitus sensitivus in Adamo innocente perfecte rationi subditū ostendit Ecclesiastes cap. 7. v. 30. inquiens,, solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hoēd rectū,, Postulat ē completa rectitudo, ut sicut mens per gratiā Deo perfecte subdita est, ita etiam corpus inomnibus obtemperet menti. Sed clarius Genes. 2. hoc traditur, ubi de nostris parentibus dicitur: erant autem ambo nudi, et non erubescebant. Hujus rei causam assignant Patres docentes, ideo non erubuisse, quia carebant ante peccatū infami carnis rebellione ob quam post peccatū aperti sunt oculi eorū, ut erubescerent. Hunc locū exponens s. Aug. lib. 11. de Gen. ad litt. = Verū ē, inquit, omnino erant nuda corpora duorū hominū in Paradiso conversantiū, nec pudebat eos: quid ē puderet, quando nullā legē senserant in membris suis repugnantē legi mentis suæ, quæ illos pœna peccati post perpetratū secuta est = Profecto nemo ita cæcus fuerit, ut ante peccatū cæcos protoparentes nostros cæcos fuisse pronuntiet. Ut quid ergo aperti sunt oculi eorum culpa commissa, et ficus foliis membra texerunt? Nimirū, quia, ut idē advertit s. Doctor lib. 14. de Civit. Dei c. 17.,, exstitit in motu corporis quadā novitas impudens, unde esset indecens nuditas et fecit attentos, reddiditque confusos = infinitus sim, si oīa Aug. loca huc pertinentia velim afferre, quæ in libris contra Julianū, et alibi constanter propugnat concupiscentiā ad malū inclinantē, qualē experimur malū esse, et a peccato originē duxisse. Quod habet testimoniū lib. 2. de peccator. meritis et remissione nullo modo ē omittendū,, Quamvis corpus aāle gestarent, inquit de Adamo, et Eva, nihil inobediens in illo adversum se moveri sentiebant. Faciebat quippe hoc ordo justitiæ, ut quia eorū

aa

Apostolus Eph. 4. Renovamini spiritu mentis vestræ, et induite novū hominē, qui secundū Deū creatus ē in justitia et sanctitate veritatis. Hoc renovationis verbū pluribus in locis usurpat. Sed qui renovari jubetur in justitia et sanctitate fuit aliquando novus et conditus in justitia et sanctitate. Ergo in Adamo.

aā famulū corpus a Deo acceperat, sicut ipse Dnō suo, ita illi corpus obediret„. idē scribit S. Chrisost. Greg. Naz. Cyrill. Alex. aliosque habes apud Belarminū l. de gratia primi hōis cap. 2.

Adami sanctitas colligitur ex superius allato loco Ecclesiastis cap. 7 v. 3. solummodo hoc inveni, quod fecerit Deus hoē rectū. Rectitudo ē in Scripturæ phrasi sanctitatē significat, justitiā, gratiā sanctificantē significat ut psalm. 7. qui salvos facit rectos corde, psalm. 32 exultate justi in Dnō, rectos decet collaudātio. Job. 1. Vir erat in terra Hus nomine Job, et erat vir ille simplex, et rectus corde. idē tradunt Concilium etiā 2dū Arausicanum et Trid. illud ē can. 19. hæc habet = natura humana etiamsi in illa integritate, in qua condita ē permaneret nullo modo se ipsā, Creatore suo non adjuvante, servaret. Unde cū sine gratia Dei salutē non possit custodire, quā accepit, quomodo sine gratia Dei poterit reparare, quod perdidit = . illud vero sess. 5. in decreto de peccato originis = si quis, inquit, non confitetur, primū hoīē Adā, cum mandatū Dei in Paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatē et justitiā, in qua constitutus fuerat, amisisse .. anathema sit = Ante primi ergo transgressionē, justitia, et sanctitate ornatus erat. Clarissima etiā in hanc rē sunt Patrum testimonia. Irenæus lib. 3. contra hæreses Adamū ita loquentē inducit = eam, quā habui a Spiritu sanctitatis stolā amisi per inobedientiā = ita cap. 37. dixerat vero cap. 24 = quod perdideramus in Adā, in Christo Jesu recuperemus = S. Cyprianus serm. 3. de bono patientiæ: Adā, inquit, in mortē recidit, nec acceptā divinitus gratiā custode patientia servavit = . S. Chrisost. Hom. 16. in Gen. Dæmon, ait, magna usus ē machinatione ut hoīē gratia Dei privare posset. Demū S. Aug. lib. 14 de Civit. Dei c. 11. fecit Deus, inquit, hoīē rectū, ac per hoc voluntatis bonæ. Non ē rectus esset, bonā non habens voluntatē = . Atqui per bonā voluntatē intelligit gratiā. lib. ē de grā c. 21 = quasi vero, ait, aliud sit bona voluntas, quā Charitas, quā Scriptura nobis ce

clamat ex Deo, et a Patre datum, ut filii ejus essemus=.

Superest immortalitas. Hujus dogmatis veritas repetitur ex Scriptura. Liber enim Sap. cap. 2. dicitur, „Deus creavit hominem inexterminabilem. invidia autem Diaboli mors intravit in orbem terrarum=. Rom. 5. 12 = Per unum hominem mors intravit peccatum intravit in hunc mundum, et per peccatum mors. Et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt=. Nevedicas cum Pelagianis, de animae, non autem de corporis morte intelligendas scripturas. Nam corporis mortem minatus est Deus Adamo, illum ita de peccato reprehendens = quia Gen. 3. = quia comedisti de ligno... in sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, et in pulverem reverteris=. Hoc in Conciliis confirmatum legimus. Nam in Milevitano cap. 1. „Placuit, ut quicunque dicit, Adam primum hominem factum ita, ut sive peccaret, sive non peccaret, moreretur in corpore, hoc est de corpore exiret non peccati merito, sed necessitate naturae, anathema sit„. Concilium autem Arausicanum 2dum cap. 2. et Trident. de pecc. orig. can. 1. expresse declaraverunt per Adae peccatum, mortem in universum genus humanum transisse. Ex Patribus unum afferam Aug. qui lib. 13. de Civit. Dei cap. 23. de Adae corpore ait = animale fuisse dubium non est, de ligno vitae a mortis necessitate prohibebatur, nequaquam moriturum, nisi delinquendo corruisset„

Constat ergo Adamum, et Evam in statu innocentiae et scientia repletos fuisse, et justitia originali, cujus beneficio vires inferiores parti superiori, et pars superior Deo perfecte subdita erat, et gratia sanctificante ornatos, et immortales creatos fuisse. Quare concludam cum Aug. lib. 14. cap. 10 de Civit. = Quam felices erant primi homines, nullis agitabantur perturbationibus animorum, nullis corporum laedebantur incommodis. Quid timere vel dolere poterant in tantorum tanta affluentia bonorum; ubi nec mors metuebatur. nec ulla corporis mala valetudo, nec aberat quidquam quod bona voluntas adipisceretur, nec inerat

Juvenin. T. 3. instit. dissert. 5. q. 1. sacra, inde, jussu deletam fuisse vocem conditum, quam illius canonis editores primum inseruerant.

quod carnem, ammve h[?]s feliciter viventis offenderet. Amor erat imperturbatus in Deum, atque inter se ... ex hoc amore grande gaudium non desistente quod amabant ad fruendum.

Corrolarium. Ex iis, quæ de Adami sanctitate protulimus, colligitur, non ut aliqui putaverunt apud Thomam, prius in puris naturalibus conditum, postea vero divina gratia fuisse ornatum; sed probabilius in ipso ortu divinæ gratiæ muneribus fuisse cumulatum. Verba dicti Concilii Arausicani in [2] illa integritate, in qua [3] condita natura [1] fuit; et illa Trid. sanctitatem, et justitiam, in qua constitutus fuerat, et frequentes Augustini phrasis [?] Deum factus in bona voluntate, idest Charitate et gratia, sensu obvio intellecta, ut sunt [2] intelligenda, nisi gravis obstet ratio, significant Adæ creationem, et primam originem, atque ab ipso sui exordio hæc acquisivit.

A. Adde secundum corollarium desumptum ex primo quæsito post 5. pag.

Obj. 1. contra Protoparentum scientiam. Eva in statu innocentiæ eisdem cum Adamo prærogativis gaudebat, nec tamen structas sibi, et toti humano generi a Dæmone structas insidias & cognovit. Eva igitur et Adam ignorantiæ erant obnoxii.

Resp. dist. antec. insidias non cognovit, scilicet superbæ quadam de se præsumptione non advertit, conc. non cognovit, neque ignorantiæ defectu poterat advertere, nego antec. Quamvis non omniscii fuerint nostri progenitores, ita erant tamen instructi, ut in rebus ad sui status felicitatem pertinentibus non errarent invicti. Poterat ergo Eva, et facile proinde dolos seductionis detegere, imo vero detexisset, nisi, ut ait Aug. lib. II de Gen. ad lit. cap. 30, nisi jam jam inesset menti amor propriæ potestatis, et quædam de se superba præsumptio, quæ per illam tentationem fuerat convincenda, et humilianda. Adamum etiam in idem flagitium ruisse non proprio vitio ignorantiæ, sed immodico erga conjugem amore, eodem lib. cap. 42. ostendit s. D. exemplo Aaron et Salomonis, quorum ille ut populo satisfaceret idolum conflari, hic ut feminis quarum amore tenebatur, placeret, simulacra Deorum coli permisit.

Obji 2. Contra integritatis donum, seu virium inferiorum subjectionem. Primi parentes, inquit Pelagius, Augustino nihil contradicente, etiam in statu innocentiae liberos suscepissent. Ergo a concupiscentia non fuissent immunes.

R. concesso ante, d.quo consequens: non fuissent immunes a carnali concupiscentia, et libidine immunes, quia tamen nunquam rationis imperium praeveniret, aut excederet, omitto: non fuissent immunes a concupiscentia effrenata legi mentis repugnante nego consequentiam. S. Aug. qui hoc argumentum pluribus libris pertractavit, eo revocat Pelagianos, ut concedant saltem libidinem tyrannicam, et rationi adversantem ab innocentiae statu excludant; ~~quamvis ipse frequentissime in eam sententiam inclinet, et omnem omnino libidinem, etiam voluntati obtemperantem rejiciat~~. En minime, quomodo lib. 2. Operis imperfecti cap. 122. concludit; „aut ergo nulla ibi erat; aut voluntatem mentis nec praecedebat, nec excedebat„. Libro autem 4. contra Julianum, cap. 11. dumtaxat ne Pelagianus contristet, libidinem licet voluntatis imperio subditam a terrestri Paradiso se non rejicere affirmat, „Quis negat, inquit, futurum fuisse concubitum, etiamsi peccatum non praecessisset? Sed futurus erat fuerat, sicut aliis membris, ita etiam genitalibus voluntate motis, non libidine concitatis; aut certe etiam ipsa libidine, ut non nos de illa nimium contristemus, non qualis nunc est, sed ad nutum voluntatis serviente„ et cap. 14. „Remanet igitur, ut aut nulla ibi fuerit carnalis concupiscentia, sed ille fuerit vivendi modus, ut omnia necessaria congruis membrorum officiis sine ullius motu libidinis implerentur; aut ne nimium videamur offendere hos, qui voluptatem corporis quomodocunque defendunt, ita ibi credatur carnalium servicum fuisse libidinem, ut omni modo rationali subdita voluntati .. tanta adesset, ut nulla ex parte mentem de supernarum cogitationum delectatione deponeret, nullus supervacuus, sive importunus motus esset ex illa, nihil nisi quod prodesset, fieret per illam, nihil omnino fieret propter illam„ De hac ipsa re agit s. Doctor lib. 1. ad Bonifacium c. 17.

ubi

(1) 19. lib. 14 de Civit. c. 26 apud S. Thomam 1. p. q. 98 quod etiam vide, inquit: absit ut suspicemur non potuisse prolem fieri sine libidinis morbo; sed eo voluntatis nutu moverentur illa membra, quo cætera, et sine ardore, et illecebroso stimulo, cum tranquillitate ãa et corporis.

ubi quatuor innuit modos, quibus nuptiarum fecunditas haberi potuisset: quorum duos ~~primos~~ postremi sunt,, aut ad nutum voluntatis libido consurgeret, quando ẽẽ concubitu casta necessarium casta prudentia præsensisset; aut nulla omnino existente ibi libidine, ut cætera membra quæque ad opera sua, sic ad opus proprium etiam genitalia jussæ voluntatem sine ulla difficultate servissent,, Hunc duorum in Paradiso alterutrum extitisse contenderes, quoniam primos a Pelagianis quoque rejici sibi persuadebat, ita de his pergit Aug.,, Quando vero reliquarum quamlibet elegeritis, non est adversus vos ulla contentione laborandum. Vos si quartum nolueritis eligere, ubi est omnium obedientia membrorum, sine ulla libidine summa tranquillitas, quoniam jam vos eum fecit vestrarum disputationum impetus inimicos, illud vobis saltem placeat quod tertio loco posuimus,, Ex quibus habes non modo quid Pelagii objectioni reponas, sed etiam S. Doctorem censuisse nullam omnino in terrestri Paradiso futuram fuisse concupiscentiam; et illam quæ voluntati fuisset subjecta et obediens, tantum disputationis gratia admisisse. Hanc vero Augustini doctrinam alta mente reponas quoniam ad capitis seq. summam difficultatem dissipandam est maxime opportuna.

Dices primo cum eodem Pelagio. Eva fructum vetitum concupivit: porro concupiscentia hæc rationi erat adversa ergo in innocentiæ statu non solum aderat concupiscentia rationi serviens, sed etiam ipsam præveniens, eidemque repugnans.

R. dist. maj. Eva fructum vetitum concupivit, allicient primum indebita per scientiæ cupiditate, concedo maj. concupivit impellente prius ad illum gustandum appetitu sensitivo, nego maj. Causa, quæ Evam ad fructum vetitum gustandum impulit, ab ea quæ Angelos prævaricatores in orcum præcipites dedit, diversa non fuit. Nam quousque ratio Deo subjecta erat, vires quoque inferiores parebant superiori, seu menti perfectissime subditæ,, An forte inquit S. Aug. lib. 14. cap. 10 de Civit. Dei, <u>an forte qui erant prohibitum lignum ad vescendum contingere, sed mori metuebant ac per hoc et cupiditas et motus jam tunc illos</u>

tiles etiam in illo perturbabat loco? Absit ut hoc existimemus fuisse, ubi nullum erat omnino peccatum,, - Quandiu ergo peccatum aberat, et concupiscentia deerat. Adde textum in fine hujus paginæ

Dices 2do. Genesis 3. v. 6. legitur: Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis aspectuque delectabile; et tulit de fructu illius, et comedit. appetitus igitur sensitivus ad fructum vetitum degustandum Evam adduxit.

R. distinguo consequens; appetitus sensitivus ad gustandum fructum vetitum adduxit Evam, postquam desiderio scientiæ illum concupierat, concedo, secus nego. Quid mirum si violato præcepto per indebitæ scientiæ desiderium, et ipse appetitus sensitivus eo peccato suscitatus, imo subjectionis jugum excutiens Evam ad opere implendum, quod optaverat, impulerit; quod non solum concupiscentia sed mors ipsa per peccatum in mundum intraverit. Ceterum primam et potissimam rationem, qua fructus esum persuasit, non aliunde melius, quam ab ipsa protoparente cognoscere possumus. Sed eodem cap. v. 13. a Deo interrogata, quare hoc fecisti? respondit: serpens decepit me, et comedi: et serpens utique non fructus bonitatem, pulchritudinemque tentata proposuit, at boni malique scientiam. Hujus ergo desiderio factum est, ut fructum, quem non noxium, sed bonum, et pulchrum cognoscebat, decerperet, et gustaret. Hinc Eva ad Tim. 2. v. 14. seducta dicitur, et serpens ejusdem seductor Gen. 3. v. 14 verbis illis punitur: quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animalia, et bestias terræ. Totam difficultatem ad vivum resecat Aug. lib. 1. contra Jul. cap. 71. ,, Præcessit, inquit, mala voluntas, qua serpenti subdolo crederetur, et secuta est mala concupiscentia, qua cibo inhiaretur illicito. Non itaque illic qualiscunque cupiditas qualicunque reluctata est voluntati; sed ei potius depravatæ depravata servivit. ac per hoc quamvis jam mala utraque esset, tamen voluntas cupiditatem, non voluntatem cupiditas duxit: non præcessit voluntatem, non restitit voluntati=.

S. Aug. lib. 14. de Civ. c. 13. In occulto autem mali esse cœperunt, ut in apertam inobedientiam laberentur. Non enim ad malum opus perveniretur, nisi præcessisset mala voluntas. Porro malæ voluntatis initium quod potuit esse nisi superbia. Initium enim omnis peccati superbia est. Quid est autem superbia nisi perversæ celsitudinis appetitus? - Si voluntas in amore superioris immutabilis boni, a quo illustrabatur ut videret, et accendebatur ut amaret, stabilis permaneret, non inde ad sibi placendum averteretur, et ex hoc tenebresceret, et frigesceret, ut vel illa verum crederet dixisse serpentem, vel ille Dei mandato uxoris præponeret voluntatem. ... Diabolus hominem non cœpisset, nisi jam ille sibi ipsi placere cœpisset,,

Legatur cap. 13 lib. 14 de Civit. Dei. et S. Thom. 1 p. q.

Dices 2do. Adamum nimius conjugis amor in lapsum adduxit, ut non multo ante dictum e; sed amor hic ab effreni concupiscentia diversus non e: ergo etc.

R. conc. majore nego minorem. Non omnis vitiosus vel sui vel alterius amor ab appetitu sensitivo originem ducit. Secus effreni concupiscentiae Angeli quoque erant subjiciendi; quos partim sui, partim autem ni Luciferi amore atque intuitu praevaricatores esse Patres docent.

Obji. 3. contra sanctitatem Adae. Apost. 1a ad Cor. c. 15. v. 45. ait: Factus e primus homo in animam viventem, novissimus Adam in spiritum vivificantem. Adam ergo sine gratia, Christus vero in justitia et sanctitate creatus e.

R. n. cons. Apostolus hic, quoniam de resurrectione loquitur, non statum Christi cum gratia Adami confert, sed corpus hoc nostrum adhuc et potus indigum cum corpore Christi glorioso, jam neque fami neque siti obnoxio, ut evincat prius ee debere corpus animale, deinde vero corpus spirituale; et nos, qui portavimus imaginem hominis terreni, portaturos imaginem hominis caelestis, dum resurgent mortui incorrupti, et corruptibile hoc induat incorruptionem, et mortale hoc induat immortalitatem. Ita se ipsum explicat Apostolus, et Apostolum Aug. lib. 13 de Civ. c. 23. In eo ergo, inquit Aug. quod scriptum e: factus e primus homo in animam viventem, voluit illud intelligi corpus hominis animale. Spirituale am quodammodo intelligendum esse ostendit, addendo: novissimus autem Adam in spiritum vivificantem; procul dubio Christum significans, qui jam ex mortuis ita resurrexit, ut mori omnino deinceps non possit"

Obji. 4. contra aliam Adami inn. praerogativam, quae e immortalitas, contra quam ita argumentatur Joanne: Gen. 3 dum Adamo dicitur in sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es, mors tanquam terminus ponitur, quae eodem cap. commemoratur, non tanquam admissi sceleris poena indicatur. Quod evincit particula donec, quae terminum significat. Ergo ex eo loco protoparentum immortalitas colligi ne

R. nego ant. Particulā donec terminū significare non negamus, atque idcirco pœnas ea in cap. indicatas usque ad mortem duraturas fuisse concedimus. Sed terminus ipse, nimirū ipsa mors illis pœnis accenseri debet. Dictū ē erat illi a Dño cap. 2. in quacunque die comederis morte morieris. Mors igitur et terminus pœnarū, et esse, et ipsa pœna sufficienter innuitur. Hinc particulā donec in hoc testimonio tantundē significat, quantū particula usque ad Phil. 2: Christus humiliavit semetipsū factus obediens usque ad mortē

Dices 1.º cū Pelagio. Verba illa Gen. 2. in quacunque die comederis, morte morieris de morte animæ non corporis sunt intelligenda. Nā ipsa die, qua vetitū pomū comedit Adamus, revera mortuus non est, quū annos circiter 930. supervixerit

R. neg. ant. Negandi rationē adduximus in conclusionis nostræ argumentis. Ut confirmationi antecedentis respondeas, adverte, verba illa morte morieris non mortē subitam et præsentē, sed mortis quando demum cunque subeundæ debitū, ac necessitatem indicare. Ita Apostolus etiā ad Romanos cap. v. v. 12. ait: in omnes hoēs mors pertransiit; neque tñ actualem interitū, sed ejus duntaxat debitū, in omnes, ideoque etiā in adhuc viventes transiisse voluit. Adde, mortē statim post culpā cœpisse in hoēs debaccari tum ob quotidianæ corruptionis defectū, qui ex Greg. M. est quædā prolixitas mortis; tū quia prolata sententia, reus, qui in carcerē obtruditur, jā in mortuis degit, ut ait Estius.

Dices 2do cū eodē Pelagio. Textus Apostoli ad Corinth. cap. 15. sicut in Adā omnes moriuntur, ita in Christo oēs vivificabuntur, de morte corporis intelligi non potest. Secus enim uti per Christū, ejusq. gratiā non omnes vivificantur, ita etiā non omnes morerentur. Ergo etc.

R. nego ant. In hoc ē Apostoli testimonio vivificari idem ē, atque ē mortuis suscitari: proxime ēm præcedunt hæc alia verba, Per hoēm mors, et per hominē resur-

Cap. 13. continuo nudi desivimus esse. In quē locū S. Thomas in 2do sent. dist. 19. in fine a. 5. = vel hoc dicitur propter brevitatē vitæ (quod ē parvū est, quasi nihil esse videtur, vel quia dies ad vitā determinati a Deo, continue labuntur=

resurrectio mortuorum. Uti haec igitur, ita et illa ad eandem hanc pertinent. Sed si Pelagii argumentum obtineat, de morte quidem animae verba Apostoli intelligi potuerunt, quum divina gratia per Christum non omnes actu vivificantur. Quod si de sola electorum vivificatione sermonem hic esse quis contendat, verba Ap. ita erunt intelligenda: Sicut quotquot moriuntur, in Adam omnes moriuntur, ita quotquot vivificantur, in Christo omnes vivificantur. uti interpretatur Aug. l. 1. de pecc. mer. c.

Propositio II.

Constanter asserendum est contra Recentiores, justitiam originalem, sanctitatem, et immortalitatem non fuisse Adamo debita, et naturalia, sed dona gratuita, et supernaturalia.

Probatur, et simul exponitur prima pars doctrinae Angelici Praeceptoris. Hic s. Doctor Q. 4. de malo a. 1. considerandum, inquit, quod primo homini in sua institutione datum fuerat divinitus quoddam supernaturale donum, scilicet originalis justitia, per quam ratio subderetur Deo, et inferiores vires rationi, et corpus animae. 1. p. q. 97. a. 1. inerat animae vis quaedam supernaturaliter divinitus data, per quam poterat corpus ab omni corruptione praeservare, quamdiu ipsa Deo subjecta mansisset. 1. 2. q. 100. ar. 1. radix originalis justitiae consistit in subjectione supernaturali rationis sub Deum, quae est per gratiam gratum facientem. Clarissime vero praemiserat istud etiam tradiderat 1. p. q. 95. ar. 1. Manifestum est autem quod illa subjectio corporis ad animam, et inferiorum virium ad rationem non erat naturalis, alioquin post peccatum mansisset, cum etiam in Daemonibus data naturalia post peccatum permanserint. Unde manifestum est, quod illa prima subjectio, qua ratio Deo subdebatur non erat solum naturalis sed etiam supernaturale donum gratiae. Praeiverat Aug. qui corporis subjectionem, et famulatum animae praestitum, in quo summopere justitia originalis eluxerit, divinae gratiae constanter attribuit, praesertim vero lib. 4. contra Julianum cap. 16. „ Gratia Dei magna ibi erat, inquit, ubi terrenum et animale corpus bestialem

dinem non habebat. Qui igitur ergo vestitus gratiæ non habebat in nudo corpore, quod puderet, spoliatus gratia sensit, quod operire deberet = Ratione etiam suffragatur. Appetitus est sensitivus indole quadam sua fertur in sensibilia, inter quæ sunt permulta rectæ rationi contraria. Hinc pugna inter rationem et appetitum sensitivum oriatur necesse est. Immunitas igitur ab hac pugna non est huic naturæ debita, sed gratuitum Dei beneficium.

Probatur 2do quoad sanctitatem, quæ juxta nonnullos verisimiliter in Adamo erat ipsa originalis justitia. S. Cyrillus lib. 1mo in Joan. cap. 9. de Adami inquit sanctitate = Participatione luminis splendet super naturam suam glorificantis Dei gratia, et variis donorum argumentis ascendens = et infra = Misericors est vere Deus et, qui creaturam parvam atque abjectam ratione naturæ, magnam, atque mirabilem sua efficit bonitate = et cap. 15 = Creatura cum serva sit, natura solum, et voluntate Patris ad supernaturalia vocatur, non debito naturæ = Accedit s. Ambrosius, Aug. aliique plurimi: silli præsertim, qui [a] Parabolam. Profecto cum gratiæ sanctificantis sit hominem constituere Filium Dei adoptivum, et templum Spiritus S. quæ præter omnem naturæ exigentiam, et debitum per singulare Dei beneficium conceduntur; rectissime asseritur, Adamum innocentem sanctitate omnino gratuita, et supernaturali fuisse donatum; ~~in quo s. Thomas 1. p. q. 95. a. 1. et 3. ostendit, omnes virtutes, et ipsum Spiritum S. sicut in ceteris justis inhabitasse.~~

Probatur 3.o quoad immortalitatem. Natura humana sibi relicta corruptionis, et interitus causam, atque principium in se continet, ut evidens ratio probat, et aperte tradit Scriptura ~~ubi Gen. 3. a. Pulvis es, et in pulverem reverteris,~~ ubi Ecclesiastici 40 omnia quæ de terra sunt, in terram convertentur. Igitur si Adam de limo terræ formatus a moriendi necessitate Domino præcepto obtemperans erat immunis, id peculiari Dei beneficio, non ejusdem conditioni aut naturali exigentiæ vertendum est. Hinc s. Cyrillus lib. de Spiritu S. ad Amphilochium cap. 1. in Joan. c. 15.

[a] S. Basil. lib. de Spiritu S. ad Amphilochium c. 16. Sanctificatio non est absque Spiritu: non enim natura sanctæ sunt Cælorum virtutes, sed juxta proportionem eminentiæ inter ipsas sanctificationis mensuram a Spiritu S. habent„ S. Aug. pluribus capp. de corr. et gratia Adami gratiam extollit. Et 12. de Civit. c. 9. de Angelis: simul in eis condens naturam et largiens gratiam. Quare s. Hier. in c. 3. Osee Dæmones qui lapsi sunt a propria dignitate et nihil antiquæ gratiæ possidentes, aridi sunt, et veteri siccitate marcentes

Rationale animal homo, inquit, a Deo productus, quia natura sua incorruptibiles, et perpetuus esse potuit spiritu vitæ signatus immortalitatis bonum supernaturale suæ consequutus est =. Et s. Aug. lib. 6 de Gen. ad litt. cap. 25 = mortalis ergo erat conditione corporis, immortalis autem beneficio conditoris = idem docet lib. de pecc. merit. et remiss. cap. 3. et 4. idem ejus interpres fidelissimus s. Thomas in 2. sent. dist. 19. q. 1. a. 4. inquiens = immortalitas, et impassibilitas, quas homo habuit in primo statu, non inerat sibi ex principiis naturæ, sed ex beneficio Conditoris =. Sed quid tandiu immoramur? dum

Probatur tota propositio ex Ecclesiæ dogmatico judicio, in quo proscriptæ fuerunt tres præsertim Baji enuntiationes, quæ tres nostræ assertionis partes singillatim impetebant. inter Bajanas propos. a Pio V Greg. XIII. et Urbano VIII. confixas, hæc fuit 21 = Humanæ naturæ sublimatio, et exaltatio in consortium divinæ naturæ debita fuit integritati primæ conditionis, et proinde naturalis dicenda est, non supernaturalis =, ordine 26 sexta hæc altera = integritas primæ creationis non fuit indebita naturæ humanæ exaltatio, sed naturalis ejus conditio =, ac tandem 78. = immortalitas primi hominis non erat gratiæ beneficium, sed naturalis conditio.

Obji. Apostolus ad Rom. 11. veram et accuratam Gratiæ notionem tradens illi opponit dumtaxat meritum quod ex operibus enascatur, non id naturæ exigentiam. Ejus verba sunt. si autem gratia, jam non ex operibus alioquin gratia jam non est gratia. Ergo justitia originalis Adami, sanctitas et immortalitas licet gratia nominari possit, quatenus nullis præcedentibus meritis reddita fuit; non hinc tamen infertur, ejusmodi munera creaturæ rationalis conditionem excedere, supernaturalia fuisse, atque innocentis naturæ, ejusque integritati revera indebita. Hoc vero argumentum majorem vim ac firmitatem accipit ex D. Aug. auctoritate, qui frequenter naturalia appellat dona omnia, gratiæ etiam stricte, quæ scholastici supernaturalia esse contendunt. Sane lib. de spiritu et litt. cap. 27. de gratia loquens ait Hoc id agit spiritus gratiæ, ut imaginem Dei, in qua

naturaliter facti sumus, restauret in nobis = et lib. 4 contra Julian. = Neque gratia Dei per Jesum Christum D. N. lapidibus, aut lignis aut pecoribus praestatur, sed hominibus, quia imago Dei est, meretur hanc gratiam = Ergo Divina gratia ex Aug. sententia Dei imagini, quae naturaliter inest in homine, debetur, eique juxta naturalem ejus exigentiam tribuitur.

R. negando cons. Nam Apostolus ibi meminit, et manifeste excludit a gratiae notione solum debitum morale, seu meritum ex bonis operibus ortum, quia ita scopus poscebat, quem sibi praestituerat. Debitum autem physicum, seu naturae exigentiam non expresse quidem rejicit, at neque admittit. Immo quum ea, quae rerum naturae debentur, ut in propria specie integra sint, et perfectae, magis debitae, et aliquo sensu strictiora, quam ea, quae operibus debentur; neutrum debitum, seu quod operibus rependitur, et morale dicitur, seu quod ipsa natura exigit, et physicum in schola nuncupatur, in gratiae notione locum habere potest. Hinc Ecclesia, quam qui audire nolit, habendus est ut ethnicus, et publicanus, Magistra veritatis, et legitima Scripturarum interpres a gratia utrumque debitum excludit, ut ex Baji articulis ab ipsa proscriptis aperte constat.

Antequam Augustini testimonia exponamus praemittimus celeberrimam Angelici D. regulam, tanquam certam et indubitatam, quae in omni quidem Theologiae parte, sed praesertim quum de gratia contra Jansenianos instituitur disceptatio, est attendenda. Quodlib. ergo 9. a. 16. S. Thomas ut firmum statuit, et Theologos docet, = magis standum esse auctoritati Papae, ad quem pertinet determinare de fide quam quorumlibet sapientum in Scripturis = Praeterea 2. 2. q. 11. a. 2. ad 3. affirmat = Haereticum esse repugnare decretis ab Ecclesia determinatis, cujus auctoritas principaliter residet in Summo Pontifice, contra cujus auctoritatem nec Hieronymus, nec Aug. nec aliquis Sanctorum suam sententiam defendit =.

Respone eodem sensu ab Aug. et aliis Patribus dictum fuisse oportuisse debuisse [illegible] Filium Dei [illegible]. Aug. illud Apostoli Gentes quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt interpretatur, ut concedunt adversarii, de Gentibus facientibus viribus gratiae [illegible] naturaliter accepit [illegible].

In 2. accipitur meritum largissimo sensu, quatenus homo rationalis aptus est cui detur. Ita Apostolus dicitur misericordiam consecutus quia ignorans fecerat. Quid quod ab Ecclesia canitur O felix culpa quae talem ac tantum meruit habere Redemptorem! Vulgo dicimus illum mereri aliquam dignitatem, cui consona est, ut Plebani bene canenti, Concionatoris sonore loquenti. Sed contextus diflat objectionem

Imo vero, quoniam Aug. præsertim auctoritate abutebantur veritatis inimici, ut Ecclesiæ sanctiones eluderent, hanc propositionem Alexander 7mus damnavit = Ubi quis invenerit doctrinam clare in Augustino damnatam fundatam, illam absolute tenere potest ac docere non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam = Quid plura? Augustinus, quem se unice sectari glorantur janseniani, cujusq. doctrinas in sensus alienissimos detorquent, quam ei auctoritatem, et infallibilitatem tribuunt, a se ipse longe repellit. Neminem velim (erigant aures janseniani, et quem sibi Magistrum jactant Augustinum audiant ita lib. de dono persever. cap. 21 eos admonentem) neminem velim sic amplecti omnia mea, ut me sequatur, nisi in iis, in quibus opuscula mea retractanda suscepi, ut nec ipsum in omnibus me secutum fuisse demonstrem =. Desinant ergo hæretici contra Ecclesiæ decreta nomen Augustinum objicere, et juxta Ecclesiæ sensum, cujus ipse obsequentissimus filius, subobscuras sententias interpretemur.

R. directe primum S. D. testimonium omne ne ad verecundum adduci. Imaginem Dei ita naturaliter homini inhærere, ut fœdari quidem at deleri non potuerit peccato Adæ omnes unanimiter fatemur. Contrarium aliquando scribere visus lib. 6. de Gen. ad lit. Aug. scribens, Adam imaginem Dei perdidisse peccato. Sed lib. 2. retract. c. 24 monet non sic accipiendum esse, tamquam in eo nulla remanserit, sed quod tam deformis remanserit, ut reformatione opus haberet. Objecto 2, intactam restaurationem ait spiritu gratiæ hanc naturalem imaginem, cui doctrinæ quis umquam refragatur? Ceterum si quandoque Aug. aut alius quispiam dona innocenti Adamo collata naturalia appellavit, non continuo nobiscum pugnat; intendit enim naturale dicitur, non quod ipsi naturæ necessario convenit, sed quod ab initio suæ existentiæ ipsi adhæret. Hoc sensu Apostolus dixit eramus natura filii iræ, nos ab ipsa nativitate originis labe maculatos significans. Aliquando naturale dicitur illud, quod etiamsi naturæ nullo modo debeatur, ejus tamen ...

Rom. 8. Quos præscivit, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui; et alibi, sicut portavimus imaginem cœlestis terreni, portemus et imaginem cœlestis. Itaque aut duplex imago altera naturalis altera supernaturalis est distinguenda, ut passim docemus, aut dicendum per gratiam ipsi naturali imagini accedere quamdam ineffabilem nobilitatem, et perfectionem. Nam ut ait Aug. Vita est anima animæ. Hæc perfectio seu imago supernaturalis, qua consortes, et participes sumus Divinæ naturæ omnino per peccatum deperit. Rursus ipsa imago naturalis per peccatum quasi sorde quadam fœdata est, qua per gratiam deleta imago reformatur, seu restauratur.

est, utpote quæ ab eâ inchoatur, exornatur, et perficitur. Utroque sensu Cælestinus ad Episcopos Galliæ dicere potuit in prævaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem et innocentiam perdidisse; et ipse Augustinus, Adam amisisse posse naturæ, et possibilitatem naturalem. Ex his facile ad alterum Aug. testimonium respondebis. Dicendo enim J. C. gratiam non lapidibus, aut lignis, aut pecoribus dari, sed hominem qui ad imaginem Dei factus est eam mereri non aliud docuit, quam lapides, et ligna utpote res insensatas[+] gratiæ Dei, et J. C. esse recipiendæ incapacia; consentaneam autem, et maxime appositam esse hominibus qui ad imaginem Dei creati ratione, et libertate pollent. Alia plura Adversariorum objectamenta, quibus hanc propositionem impetere solent, capite sequenti referemus, ac refellemus. interim nota, quod sequitur X.

[+] brutas animantes ratione carentes

Quæres primo num Adamus in statu innocentiæ præter gratiam sanctificantem, quam ipsi vindicavimus, gratia etiam actuali, et cæterarum virtutum habitibus fuerit donatus.

R. ita quidem pro certo habendum esse. Quum enim gratiam sanctificantem tanquam matronam, et reginam comitentur cæteræ gratiæ actuales, et supernaturales virtutes cum Theologicæ, tum morales; his omnibus a Deo instructum Adamum fuisse recte colligimus. De gratia actuali innumera Aug. loca possent afferri illud duntaxat adducam, quod epist. 106. ad Paulinum expressit, et Concilium Arausicanum in canonem 19. inseruit: Natura humana si in illa integritate, in qua condita est permaneret; nullo modo se ipsam, creatore suo non adjuvante servaret=. Sed quum celeberrimum sit, quod lib. 14 de Civ. Dei c. 13 exaravit, prætermittere illud non possum =Si voluntas (Adami) inquit, in amore superioris boni, a quo illustrabatur, ut videret, et accendebatur, ut amaret, stabilis permaneret, nullo non inde ad sibi placendum averteretur, et ex hoc tenebresceret, et frigesceret= Quæ illustratio menti, ut videret, pergit Jans. de Gratia primi hominis cap. 12. et accensio voluntatis ut amaret, ita efficaciter verissimum, et propriissimum divinæ gratiæ adjutorium, secum ferunt, ut pro vera gratia

X. Scholion. Adami immortalitatem non naturale donum, at vero supernaturale fuisse, planius fiet, si duo ex D. Thoma excerpta diligenter attendantur. Primum est 1. p. q. 97. a. 1. c, ubi: =Dicitur aliquid incorruptibile, inquit, ex parte causæ efficientis, et hoc modo homo in statu innocentiæ fuisset incorruptibilis, et immortalis... Non corpus ejus erat indissolubile per aliquem immortalitatis vigorem in eo existentem, sed inerat animæ vis quædam supernaturaliter divinitus data, per quam poterat corpus ab omni corruptione præservare, quamdiu ipsa Deo subjecta mansisset= En causam efficientem immortalitatis per donum supernaturale animæ impressum. Sed nonne Adam consecuturus erat immortalitatem beneficio ligni vitæ, cui bene multi vim hanc ipsi naturaliter insitam fuisse docent? ita profecto? Quomodo ergo immortalitas hæc supernaturalis fuisset? Audi Angelicum omnia explanantem eadem q. a. 4. =Dicendum, inquit, quod lignum vitæ quodammodo immortalitatem causabat, non autem simpliciter. Duo, pergit ipse, duo remedia ad conservationem vitæ habebat homo in primo statu, contra duos defectus. Primus defectus est deperditio humidi per actionem caloris naturalis. et contra hunc defectum subveniebatur homini per esum aliorum lignorum Paradisi, sicut et nunc subvenitur nobis per cibos, quos sumimus. Secundus vero defectus est, quia illud, quod generatur ex aliquo extraneo, adjunctum ei, quod prius erat humido, præexistenti imminuit virtutem activam speciei; sicut aqua adjuncta vino, primo quidem convertitur in saporem vini. sed secundum quod magis, et magis additur, diminuit vini fortitudinem et tandem vinum fit aquosum. Sic igitur videmus, quod in principio virtus activa speciei est adeo fortis, quod potest convertere de alimento non solum quod sufficit ad restaurationem deperditi, sed etiam quod sufficit ad augmentum, postmodum vero quod aggeneratur, non sufficit ad augmentum, sed solum ad restaurationem deperditi, tandem vero in statu senectutis nec ad hoc sufficit: unde sequitur decrementum, et finaliter dissolutio corporis. Et contra hunc defectum subveniebat homini per lignum vitæ. Habebat enim virtutem fortifican-

si virtutem speciei contra debilitatẽ provenientẽ ex admixtione extranei. Unde Aug. dixit 14. de Civit. (cap. 26.) quod cibus aderat hoĩ ne esuriret, potus ne sitiret, et lignũ vitæ ne senectus eum dissolveret. Non tamen simpliciter immortalitatẽ causabat. quia neque virtus, quæ inerat aĩæ ad conservandũ corpus, causabatur ex ligno vitæ. neque etiam poterat immortalitatis dispositionẽ corpori præstare, ut nunquã dissolvi posset: quod ex hoc patet, quia virtus cujuscunq. corporis ẽ finita. Unde non poterat virtus ligni vitæ ad hoc se extendere, ut daret corpori virtutẽ durandi tempore infinito, sed usque ad determinatũ tempus: quo finito vel hoõ translatus fuisset ad spiritualẽ vitã, vel indiguisset iterũ sumere de ligno vitæ = quousque nimirũ Deo placuisset illud sine morte in Cœlũ transferre. Ex qua Angelici doctrina perspicis, primi hoĩs aĩæ inditã fuisse supernãlẽ virtutẽ, qua corpus a morte in æternũ tueretur, lignũ autem vitæ adminiculũ quoddã fuisse, quo illud sanissimũ conservaret toto eo tempore, quo in terris erat moraturus.

lapsi hõis evidentius et efficacius testimoniũ ex Augustino proferre nequeamus =. De gratia, quæ ad perseverandũ concéditur, ærumna ẽ quæstio, num Adamo fuerit necessaria, de quo alibi nobis erit disceptandi locus interim audiat Angelicus Præceptor ita de Adami perseverantia 1. p. q. 95. a. 3. ad 4. disserens = Perseverantia dupliciter sumitur. Uno modo prout ẽ quædã virtus, et sic significat quendã habitũ, quo quis eligit perseverare in bono, et sic Adã perseverantiã habuit. Alio modo prout ẽ circumstantia virtutis; et sic significat continuationẽ quamdã virtutis, absque interruptione: et hoc modo Adam perseverantiam non habuit =. Eodẽ loco Angelicus Præceptor de aliis virtutibus Adami disputans, aliqua ratione omnibus ornatũ fuisse defendit. „ Virtutes, inquit nihil aliud sunt, quã perfectiones quædã, quibus ratio ordinatur in Deum, ~~et vires inferiores ad vires rationi~~ et inferiores vires disponuntur secundũ regulã rationis. Rectitudo primi status exigebat, ut hoõ aliqualiter omnes virtutes haberet. Sed virtutũ quædã sunt, quæ nullã imperfectionẽ important, ut Caritas et Justitia, et hujusmodi virtutes fuerunt in statu innocentiæ simpliciter et quantũ ad habitũ, et quantũ ad actũ. Quædã vero sunt quæ imperfectione important vel ex parte actus, vel ex parte materiæ. Et si hujusm. imperfectio non repugnat perfectioni primi status, nihilominus hujusmodi virtutes poterant esse, sicut fides, quæ ẽ eorũ quæ non videntur, et spes quæ ẽ eorũ quæ non habentur. Si vero imperfectio, quæ ẽ de ratione virtutis alicujus, repugnat perfectioni primi status, poterat hujusmodi virtus ibi esse secundũ habitũ, et non secũ actum ut patet de pœnitentia, quæ ẽ dolor de peccato commisso, et de misericordia, quæ ẽ dolor de miseria aliena. Hujusmodi virtutes erant in primo hoĩe, ~~et~~ secũ habitũ et nõ secũ actũ = Vere Angelica perspicacitatis hanc dixeris doctrinã. Eam ex Aug. quẽ etiã ibidẽ commemorat expiscatus fuerat. Hic egregius dĩnæ Gratiæ vindex l. de Civ. 14. c. 26. de Adamo innocente dixerat: Gaudiũ verũ perpetuabatur ex Deo, in quẽ flagrabat Charitas

ex corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta= et lib. 11. de Gen. ad lit. c. 18. = spe gaudebat, propter præmium futuræ commutationis=, ac demum in serm. ad Cathec. contra judæos, Pagan., et Arianos c. 11= Princeps vitiorum vicit Adam de luto terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compositum, claritate circumdatum=.

Quæres 2do quanto tempore Protoparentes nostri in tam felicissimo innocentiæ statu permanserint?

R. nonnullos intra tam paucas horas innocentiæ statum contraxisse, ut uno, eodemq. die Adamum, et Evam conditos fuisse, præcepti transgressionem, et eorum a Paradiso ejectionem contigisse existiment. Alii ad 8. dies protrahunt innocentiæ tranquillitatem, ajuntque Adamum eodem die non ejusdem, at sequentis hebdomadæ quo creatus est lapsum fuisse. Sunt qui 40 dies, alii 33. annos Paradisum inhabitasse affirmant. Primam sententiam, teste Cornelio a Lapide, communiter Patres tuentur, ut Irenæus, Cyr. Cyp. Epiph. Ephrem, et alii, qui asserunt 6. horas tantum in Paradiso commoratum esse Adamum, ita ut eadem hebdomadæ die, et hora, scilicet feria sexta, et hora tertia pomeridiana, qua Christus pro omnium salute in cruce expiravit, Adam peccaverit. Huic sententiæ quod horam spectat, scripturæ series favere videtur: nam cap. 3. refertur, Adam post peccatum interrogatum fuisse a Dño, et redargutum, quum post meridiem ad auram Dñus in Paradiso deambularet. Qui vero ad diem 8vum delictum Adæ differunt, innituntur potissimum s. Gregorii testim. qui lib. 4. Dial. c. 1. ait= in paradiso assueverat homo verbis Dei perfrui, beatorum Angelorum spiritibus cordis munditia, et celsitudine visionis interesse= Ceteræ duæ communi consensione rejiciuntur.

Quæres 3.o Quale fuerit primum primorum hominum peccatum? et qualis vetita arbor, cujusve speciei

R. In quo primum eorum peccatum sit reponendum diversæ inter ipsos antiquos Patres fuisse videntur opiniones. Illud inter eos satis concors, Adamum, et Evam non uno, sed multiplici peccato sese obstrinxisse. Eva

quidē fuit superba Dei scientiā affectans; inobediens, dnūm præceptū transgressa, curiosa fructum vetitum contemplans; quodā sensu impœnitens malitiam propriā et culpam excusans; scandalosa viro suo vetiti pomi esum suadens, eumque in perniciem trahens. Adā vero peccavit etiā amore inordinato in mulierē, eo iniquior quo sapientior et fortior. S. Aug. Enchiridii cap. 45 ~~inde~~ Adami peccato ita disserit = Quamvis in illo peccato uno, quod per unū hūē intravit in mundū, et in omnes homines pertransiit... possint intelligi plura peccata, si unum ipsū in sua quasi membra singula dividat. Nā et superbia est illic, quia homo in sua potius esse, quam in Dei potestate dilexit; et sacrilegiū, quia Deo non credidit; et homicidiū, quia se præcipitavit in mortē; et fornicatio spiritalis, quia integritas mentis humanæ serpentina suasione corrupta est, et furtū quia cibus prohibitus usurpatus est, et avaritia, quia plusquā illi sufficere debuit, appetivit et si quid aliud in hoc uno admisso diligenti consideratione inveniri potest = Horum oīū peccatorū initiū fuisse superbiā ~~apeute~~ nō obscure colligitur ex 10. Ecclesiastici, ubi docemur = initiū superbiæ hominis apostatare a Deo, quoniā ab eo qui fecit eū, recessit cor ejus ~~quod~~ quoniam: initiū omnis peccati ē superbia. Quare s. Chrysost. hom. 16. in Gen. de Eva dixit = Ut divinitatē mente sua imaginata ē ad eā properavit =, et s. Aug. lib. 14. de Civ. cap. 13 de utroque = in occulto, inquit, mali esse cœperunt, ut in apertā inobedientiā laberentur. Non ē ad malū opus perveniretur, nisi præcessisset mala voluntas. Porro malæ voluntatis initiū quid potuit esse, nisi superbia: initiū enim omnis peccati superbia. Quid ē autem superbia, nisi perversæ celsitudinis appetitus. Itaque præcessit serpentis interrogatio, inde Evæ simoni expulsio, postea suggestio, et divinitatis promissio. Tum mulier cœpit Dei similitudinē appetere, superbire, averti a Deo, in pœnā præsumptionis decipi

fructũ comedere, marito exhibere. Hinc bellè Patres inter se conciliantur, quorũ alii infidelitatẽ primum peccatum, alii inobedientiã, alii inanem gloriã. Nam infidelitas in sermone serpentis nequaquã moriemini, inobedientia in esu fructus, superbia radix omniũ malorũ est. A.

Quæres 4to. quid de Adami salute sentiendũ sit?

R. Adamũ per pœnitentiã salutẽ consequutum ẽẽ. Nam Sap. 10 dicitur = Hæc illũ, qui primus formatus est a Deo Pater orbis terrarum custodivit, et eduxit illũ a delicto suo = id ipsũ sentiunt Patres unanimiter, quorũ testimonia Belarminus, Pererius, Alexander, aliiq. collegerunt. Adde litanias Ecclesiæ s. Mariæ majoris Romæ, in quibus legitur = s. Adam ora pro nobis. Tatianus omniũ primus circa annũ Christi 172. Adami salutẽ in dubiũ revocare ausus est. Verum s. Irenæus pluribus adductis argumentis lib. 3° contra ipsũ exarato cap. 34. strenue confutavit illum. Primũ argumentũ ẽ, quod Tatiani sententia nova est, et primis parentibus injuriosa; 2dũ, quia Deus Adamo, et Evæ non maledixit, sicut serpenti; imo salutis spem dedit promissione Salvatoris, per quem mulier Ecclesia et Deipara typus serpentis caput erat contritura. 3tiũ quia Diabolus gloriari potuisset, se a Christo non fuisse perfecte devictũ, si primi parentes durã ejus servitutem adhuc servirent. 4tum quia Adã, et Eva Christi et Ecclesiæ typũ gerebant. 5tũ quia ab iis quũ Abel sacrificiorũ rationẽ, Deique cultum edoctus sit, recte arguitur, eos pœnitentiã egisse, et peccatum expiasse. 6tũ, quia Adamum et Evam una cũ Christo a mortuis surrexisse Patres aliqui tradiderunt.

Quæres tandẽ utrum Paradisus terrestris etiamnum existat, aut ubi plantatus fuerat?

R. implicatissimum ẽẽ inter Scriptores utramque quæstionem partem. Ad primã quidẽ quod attinet pluribus affirmantibus plures negantes opponuntur.

R. ad alterã diã quidẽ a Scriptura lignũ scientiæ boni et mali arborẽ, de qua edere vetabantur protoplasti, sed incertũ in pomis esse quare ita fuerit nuncupata. Alii ẽ censent per ironiã ita dictã a Mose, quia mendax Dæmon scientiã non communẽ et vulgarẽ sed excellentissimã, et divinæ similẽ edentibus promisit. Quare Adamũ irridens Dominus ai: Ecce Adã, quasi unus ex nobis factus sciens bonũ et malũ. S. Thomas 1. p. q. 102. a. 1. ad 4. = Similiter, inquit, etiã lignũ scientiæ boni et boni mali, materialis arbor fuit, sic nominata propter eventũ futurũ, quia post ejus esũ homo per experimentũ pœnæ didicit, quid interesset inter obedientiæ bonũ, et inobedientiæ malũ; et tñ spiritualiter potuit significare lib arb ut quidã dicunt = Josephus in suis antiquit. censet, illi arbori intelligentiæ virtutẽ quamdã infuisse, quod ab aliis repellitur. Secundo magis incertũ ẽ cujusnã speciei arbor hæc fuerit, ficusne, an cerasus, an malus ~~seu pomus~~. an alterius generis alia. Pro malo stare videtur communior sententia, quæ illud Cant. 8. v. 5 in patrociniũ vocare solet = sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta ẽ mater tua, ibi violata ẽ genitrix tua = ; sed hæ quoque malũ illã ab omnibus nostris seu cytreis, seu aureis, seu cydoniis, seu punicis, seu persicis diversã fuisse facile concedunt. At in eo [illegible] nomine mali significari crucẽ tradunt communiter PP., inquit a Lapide. sed ut advertit s. [illegible] ad arborẽ vetitã hic alluditur. ipse lignũ hunc noto et damnavit ligni et solveret. et qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. (malus est etiã arbor navis)

Qui affirmantem sententiam amplectuntur, his innituntur argumentis. Primo s. Irenæus lib. 1. contra hæreses
mortuus iren. 202. docet, Enoch, et Eliam in Paradisum, a quo Adam inobediens ejectus fuit, translatos esse, additque se a quibusdam Asiæ Presbiteris, Apostolorum discipulis id accepisse. Secundo illuc translatum translatum fuisse Enoch, raptum Paulum, et illum locum a Christo promissum latroni asserit s. Athanasius in opere de decretis Nicænæ Synodi n.o 610. idem de Enoch, et Elia sentit s. Hieronym. epist. modo 38. ad Pamachium adversus errores Joannis Hierosolimitani. Tertio præter hos, alios quoque Patres, imo fere omnes antiquos scriptores etiamnum Paradisum terrestrem extare affirmantes invenimus. Sed his contrariæ sententiæ Patroni non moventur, singulisque respondent ac præsertim argumento ex eorum Asiæ Presbiterorum, a quibus se Irenæus accepisse tradit, auctoritate deprompto, quos aliarum ineptiarum accusant. Quare quum tot viatores mercatoresque, totam terram cognitam lustraverint, nec umquam Paradisi hujus vel aliquod vestigium invenerint quum vis aquarum diluvii integro anno euntium et redeuntium continua inundatione fere totam orbis superficiem adeo dimoverit, ut non solum arbores, domos, et urbes sed etiam colles subverterit, fidem superare affirmant, a tanta Diluvii inundatione illum locum, qui pro solo innocentiæ statu constitutus fuerat, immunem mansisse. Recentiorumne igitur negantium, an veterum affirmantium sententia sit amplectenda, ægre admodum definies.

De Paradisi autem situ præclare Theodoret. q. 19 in Gen. scripsit = Deum ignotos fecisse meatus fluminum Paradisi ut amputaret superfluam hominum curiositatem = Atque sapienter de eo senserunt Tertullianus, et Aug. ille in Apologetico cap. 47. ait = Paradisum terrestrem esse locum divinæ amœnitatis a notitia orbis communis segregatum = Hipponensis vero lib. 8. de Gen. ad lit. c. 7. = paradisi terrestris locum esse inquit a cognitione hominum remotissimum = His tamen hominum curiositas oppressa non fuit; ut imo adeo vagata est, ut teste Alphonso Tostato, nulla sit in orbe terrarum pars, imo vero nec extra,

in qua curiosus aliquis Paradisum terrestrem non collocaverit. Non defuit, qui supra terram, qui in media aeris regione, in tertio, in quarto Caelo, in monte quodam Lunae vicino, in Caelo Lunae, in ipso corpore Lunae illum constituerint. Sed hujusmodi fabulae Poetas, non Theologos moventur. Nos SS. PP. vestigiis insistentes, quorum plures affert Natalis Alexander, in plaga terrestri orientali Paradisum fuisse asserimus. Quod enim in vulgata nostra legimus Gen. 2. 8. = plantaverat Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio = apud 70. habetur = plantavit Dominus Deus Paradisum in Eden ad Orientem = scilicet ad plagam orientalem. Vox hebrea עדן, Heden, non modo locum deliciarum, et voluptatis, sed etiam Eden Orientis provinciam significare potest. Littera autem servilis ב, B. quae illi hoc in loco praefigitur, saepe particulam in ablativum regentem exprimit. Hinc 70 legerunt, non paradisum voluptatis, sed Paradisum in Eden. Praeterea in ipsa nostra vulgata Gen. 4. v. 16. dicitur de Caino = egressusque Cain a facie Domini habitavit profugus in terra ad orientem plagam Eden =; quod argumento est non procul inde fuisse Paradisum, a quo Pater ejus fuerat expulsus. Hinc ortum fuisse antiquum Christianorum morem orandi Orientem versus, et Ecclesias ita aedificandi, ut illuc respicerent, testes sunt Cyrillus Hierosolim. Basilius, Greg. Niss. et Damascenus. Sed in quanam demum Orientis parte constitus erat? ubinam illa Eden orientalis Provincia? Eruditissimus Calmetus, iterum plures Eruditorum hunc invenies opiniones. Ut ceteras omittam Malvenda in India Orientali, Clericus in Syria, Grotius in Babilonia, Huetius inter Euphratem, et Tygrim, Calmetus ad scaturigines Tigris et Euphratis; Sabinus denique, cui subscribo libenter, supra montes, seu inter Armeniae montes, ubi arca conquievit, Paradisum locavit. Ex iis Caracteribus, quos recensuit Moyses, Paradisi locum divinare debemus. Ibi vero Gen. 2. v. 10. dicitur = Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis (hebraice de Eden) ad irrigandum Paradisum, qui inde dividitur in quatuor capita: nomen uni Phison, ipse est, qui circuit omnem terram Hevilath,

lath, ubi nascitur aurum, et aurum terrae illius optimum est. nomen fluvii secundi Geon... tertii Tigris; fluvius autem quartus ipse est Euphrates. Sed haec regio est inter Armeniae montes, ex quorum radicibus fluunt quatuor illa flumina. Nam phison, seu phasis, non secus atque Araxes, qui a rapido cursu Gehon dictus est, idest sonans, oritur ex Armeniae montibus. Tigris, et Euphrates etiam ex Armeniae montibus fluunt. Non procul Cholchides auro ditissima inveniuntur quae ab Hevilath non distingui concedit etiam Calmet. Ergo summa probabilitate ducti asserimus, inter Armeniae montes, antequam haec quattuor flumina dividantur, terram Eden inveniri, ubi Dominus plantaverat terrestrem Paradisum.

At quorsum haec? Judei cum Babilone essent captivi et praesentium aerumnarum pondere gravati suae dulcissimae Patriae recordarentur, et primaevae felicitatis totius in planctus et ululatus erumpebant. Super flumina Babilonis illic sedimus, et flevimus cum recordaremur Sion. Nobis quoque amara admodum est illius felicissimi status recordatio, a quo, per inobedientiam exciderunt Patres nostri, totum secum genus humanum in tot tantasque calamitates trahentes. At non minus utilis quam amara recordatio haec, quum et gravitatem peccati ob oculos nobis objiciat, et benignitatem Salvatoris nostri J. C., qui dedit semetipsum pro nobis, maxime commendet. Si enim unius delicto mors regnavit per unum, + multo magis abundantiam gratiae et donationis, et justitiae accipientes in vita regnabunt per unum J. Christum.

+ per quod e Paradiso ejecti fuerunt...

Caput II.

Status naturæ puræ neque omnipotentiæ Dei, neque ejus Sapientiæ, Bonitati, aut Providentiæ repugnat, sed undique possibilis esse Defenditur.

III. Quod hoc capite sumus ostensuri, superioris 4
consectarium dicet forte quispiam. Si enim præcellentissima ornamenta, per quæ ad supernam beatitatem ordinatus fuerat primus homo, atque omnibus hujusce vitæ incomodis, et infirmitatibus factus erat immunis, dona fuerunt omnino gratuita et supernaturalia, legitima consecutione infertur, statum naturæ puræ, in quo hujusmodi gratiæ beneficiis homo instructus non esset, vere possibilem esse, quod nemo ad ea quæ sibi indebita, et supra ejus naturam posita sunt, jus aliquod prætendere possit. Hic quidem recte argumentatur; at non omnes ita ratiocinantur: imo tanta argumentorum copia hoc assertum impugnare solent, atque oppositum stabilire conantur,(a) ut ad hanc difficultatem rectius discutiendam nova et integra disceptatione opus esse videatur. Etsi viri qui post illustratam a doctissimo Petavio dogmaticam Theologiam, ejus Viri secuti vestigia abiit, quæstionibus, quas de possibili dicere solemus, quasque tanta contentione neglectis aliis utilissimis non pauci agitarunt, valde abhorreant; præsens tamen argumentum(b) illud habet utilitatis, quod maxime inservit illis revincendis, qui facti hæreseon Magistri, magnam operam posuerunt, ut naturæ puræ possibilitatem, tamquam suis erroribus maxime adversantem, penitus everterent. Nolim hic Catholicos tamen cum hæreticis permisceatis. Nam præter eos, quos cap. superiore no 2 recensuimus, plures etiam inter Catholicos possibilem esse puram naturam inficiantur. Nonnulli enim sunt, qui divinam omnipotentiam a ceteris ejus perfectionibus secernentes affirmant, statum naturæ puræ divinæ quidem omnipotentiæ haudquaquam repugnare, pugnare tamen cum divina Sapientia, Bonitate, ac Providentia; quod homo ad supernaturalem beatitudinem 3.

(a) Viri doctissimi (b) iccirco pertractant, quod maxime inservit etc.

exigat ordinari. Atque hi detractis verbotenus involucris asserunt reipsa primum hominem in statu naturae purae condi non potuisse. Alii vero quamvis concedant potuisse hominem a Deo creari, infirmitatibus, nescitique obnoxium, ajunt tamen divinam sanctitatem haud decere, eundem creare cum effreni concupiscentia, quam plane naturae hominis repugnare, quodque humanam voluntatem in moralem quandam peccandi necessitatem hinc conjici putent. Ut res luculentior fiat, quid naturae purae vocabulo significent Theologi, diligenter advertendum.

6 IV. Natura pura, seu naturae purae status is a Theologis dicitur, in quo constitutus homo eas tantum haberet perfectiones, quas ejus natura exigit; easque imperfectiones quae ex natura ipsius consequuntur. Hinc primo nullum in eo peccatum supponitur, ac consequenter nulla poena nullum insuper gratiae supernaturalis donum. 2 in eo statu non ordinaretur homo ad finem et beatitudinem supernaturalem, quae ex intuitiva Dei visione existit, quia ad hunc finem consequendum gratia supernaturalis requiritur; ordinaretur ergo ad Deum, ut auctor est naturae, abstractive cognoscendum, et amandum. 3tio status naturae purae omnibus nostri status vicissitudinibus, aerumnis, aegritudinibus, ac morti ipsi obnoxius foret, quae tamen non essent peccati poena, ut modo sunt, sed humanae naturae necessaria quaedam consectaria. 4to ignorantia et error in eo statu etiam locum haberent. Cum enim scientia studio ac labore esset comparanda, multa homo ignoraret, et in aliquibus deciperetur. Demum putant multi etiam concupiscentiam rationi perduellem in eo statu futuram. Cum enim homo duabus partibus sibi ipsis contrariis constet, spiritu nempe et corpore; appetitibus, et affectibus contrariis etiam subjectum ipsum futurum consequenter videtur. Addunt tamen aliqui non defutura etiam in eo statu fuisse quaedam auxilia ordinis mere naturalis quibus posset homo, si vellet, concupiscentiam in officio

7. continere. Postquam ita statum naturae purae descripsit P. Gazaniga Diss. 3 cap. 1 de Gratia, affirmat, hujusce communiter sentire Thomistas non minus quam Molinistas

+ naturae statum esse possibilem

imo communem fere scholasticorum hanc sententiam fuisse, quam Bajus ad illam oppugnandam surrexit, cujus opinationem tribus integris libris confirmare conatus è Jansenius; postea vero Henricum Noris, Fulgentium Bellelli, ac demum omnes recentiores Augustinianæ scholæ Theologos ad hanc naturam puram expugnandam, si fieri posset, manibus pedibusque descendisse in tantum virorum conflictu, in quo Augustinenses adversus Molinistas, et secum ipsis digladiantur Thomistæ, ne otiosi spectatores nos esse videamur, ita statuimus.

Propositio I.

Possibilis è status naturæ puræ, in quo ~~ad supernaturalem beatitudinem~~ [ad] intuitivam Dei visionem homo elevatus non sit. (a)

Probatur primo ex propositione 2da cap. sup. Justitia originalis, et sanctitas primi hominis dona fuerunt omnino gratuita et supernaturalia, quæ illi denegari poterant, quin ulla divinæ Sapientiæ, Bonitati, aut Providentiæ irrogaretur injuria: sed hujusmodi donis ipsi denegatis, Adam mansisset in puris naturalibus, nullo modo ad supernaturalem beatitudinem elevatus. Ergo hujusmodi status possibilis è. Secundo ostenditur autoritate SS. Aug. et Thomæ. Ille contra Maximinum lib. 2. ~~alias 3.~~ cap. 15: Homo, inquit, ad Dei similitudinem factus è: tamen quia non est ejusdem ejusdemque substantiæ (cum Deo), non è verus Filius; et ideo fit gratia filius, quia non è natura. Angelicus autem q. 4. de malo ar. 1. carentia divinæ visionis, ait, dupliciter competit alicui. Uno modo sic, quod non habeat in se, unde possit ad divinam visionem pervenire; et sic carentia visionis competeret ei, qui in solis naturalibus esset etiam absque peccato: sic enim carentia divinæ visionis non esset pœna, sed defectus consequens omnem naturam creaturam creatam: quia nulla creatura ex suis naturalibus potest pervenire ad visionem divinam. Alio modo potest alicui competere carentia divinæ visionis hoc modo ut habeat ex se aliquid ex quo debeat ei quod careat, et sic carentia visionis divinæ è pœna et ori-

(a) et gratia supernaturali sit destitutus.

(a) 55. Deus non potuisset ab initio talem creare hominem qualis nunc nascitur, id est sine justitia naturali, ut ajebat prop. 7.

originalis et actualis peccati=. Sed res omnino conficitur per Baji sententiarum proscriptionem a Pio V. peractam, atque a Greg. XIII et Urbano VIII. confirmatam. inter alias enim ejus propositiones confixas ea fuit ordine 21. ut ante diximus= Humanæ naturæ sublimatio, et exaltatio in consortium divinæ naturæ debita fuit integritati primæ conditionis, et proinde naturalis dicenda est, non supernaturalis; et (x) 79= Falsa est Doctorum sententia, primum hominem potuisse a Deo creari, et institui sine justitia naturali= scilicet habituali, ut docebat Bajus. Hæ sane Baji enuntiationes essent verissimæ, si humanæ naturæ exaltatio ad supernaturalem beatitatem, et intuitivam Dei visionem ita deberetur, ut sine illa hominem condi repugnaverit. Ergo quum illæ proscriptæ sint in proprio verborum sensu ab Assertore intento; rectissime colligimus, hujusmodi naturæ statum non repugnare.

Obji. primo. Licet creatio, et conservatio non sit donum supernaturale, et liberum arbitrium ab hominis natura exigatur; tamen a Patribus hujusmodi beneficia gratiæ nominantur. Ergo licet hominis elevatio ad supernaturalem beatitatem, seu intuitivam D. visionem gratia nuncupetur, tamen non hinc colligitur beneficium hoc donum esse gratis naturæ hominis superadditum, aut eidem non deberi. Antecedens probatur. S. Aug. epist. 9. ad Innocentium cum PP. conciliis Milevitani scribit= quadam non improbanda ratione dici gratiam qua creati sumus=; et S. Hier. epist. 1. ad Cyprianum docet= gratiæ Dei esse, quod creatus est, et illius misericordiæ, quod subsistit=. et S. Anselm. lib. de concord. Prædest. cap. 3. = omnis, inquit, creatura gratia existit, quoniam gratis facta est=: Bernardus tandem lib. de gratia et lib. arb. cap. 3 = liberum arbitrium inquit, ut esset creans gratia fecit=.

R. Distinguo antecedens: hujusmodi beneficia gratiæ nominantur sensu quodam latiore, et improprie concedo; sensu stricto prout excludit omne debitum, nego antecedens. Allata testimonia quo sensu a PP. fuerint prolata, res ipsa, quam agunt, satis ostendit. Posteriore sensu Adami exaltationem ad supernaturalem beatitudinem, ceteraque ipsi collata gratiæ

ēē accipiendas, et subjecta materia evincit, et Ecclesiæ sanctiones persuadent. Quare Aug. Pelagianos fraudulenta gratiæ usurpatione Catholicos fallere volentes, epist. 105. ita redarguit = Absistatur a Christianorum cordibus ista fallacia. Nam omnino non istam gratiam commendat Apostoli, qua creati sumus, ut homines essemus, sed qua justificati sumus ut justi essemus =. Bernardus quoq. eodem capite, quo sensu minus proprie lib. arb. gratiæ attribuit, accuratius loquens, et triplicem libertatem a necessitate, a peccato, et a miseria distinguens = dicatur, inquit, prima libertas naturæ, secunda gratiæ, tertia vitæ vel gloriæ =.

Objic. 2do cum Jansenio. Homo in eo statu creari non potuit, in quo finem suum, videlicet beatitudinem consequi non potuisset. Hujusmodi est status, in quo non fuisset ad supernam Dei visionem evectus sibi comparandam. Præter enim intuitivam Dei visionem nulla perfecta beatitudo, nullus ultimus hñis finis potest excogitari.

R. conc. maj. nego minorem. Ad probationem adductam d.o, Hominis in puris naturalibus conditi finem ultimum, et beatitudinem non fuisse reponendam in visione Dei intuitiva, indeque orta voluptate, et gaudio. Hæc est beatitudo supernaturalis. Sed ipsi naturalis tantum deberetur, quæ in abstractiva Dei contemplatione, et huic consentaneo amore ac fruitione consisteret: quam licet in hac vita perfecte consequi forte non posset, quandiu morbis corporis, et animi perturbationibus obnoxius esset, nihil tamen prohibet, quominus in altera vita ad eam posset pervenire.

Urgebis 1. Visio Dei intuitiva ē bonum, quod naturaliter appetit homo: sed quod naturaliter appetimus ē finis noster naturalis et necessario proponendus. Ergo. Majorem confirmat Jans. pluribus Aug. testimoniis, præsertim vero ex lib. 1. Confess. c. 1. ubi ait s. Pater = Quia fecisti nos ad te, et inquietum ē cor nostrum, donec requiescat in te =.

R. dist. majorem. Visio Dei intuitiva ē bonum, quod naturaliter appetit, seu appeteret homo in quocunque statu cō-

Si beatitudo posita in intuitiva Dei visione ē finis ad quem necessario fuerit homo ordinandus, seclusa etiam revelatione cognitus ēēt hominibus. Homo ē naturaliter tendere semper debet in finem suum, atque ad illum suas omnes actiones referre, quod facere nequit, nisi illum cognoscat. Atqui nemo unus vel Philosophorum gentilium hunc finem esse hominis cognovit. Ergo. Si percurratur Ambrosius lib. 2. de offic. Clem. Alex. lib. 2. Strom. et Aug. lib. 10. de Civit. et tract. de Epicureis, et Stoicis, 280 et amplius opiniones invenient, Philosophorum circa summum bonum, et beatitudinem, quin ullus pertigerit ad veram hujusmodi beatitudinem, verositatem in claram divinæ essentiæ visionem

Equidem depravatum ōbumen rationis per Adæ peccatum. Sed facultates naturales permansere intellectus, voluntas, libertas. Plures veritates non parum abstrusas cognoverunt Philosophi, nobilissima præcepta morum tradiderunt. Ergo facile potuissent saltem ultimum finem cognoscere; qui debet apertior esse, quam cetera morum leges quæ ipsum. hanc illud dirigantur.

deretur, nego m. appetit homo in statu præsenti, in quo conditus est, subd. appetit lumine fidei et gratiæ prævenientis, concedo; appetit appetitu innato, et absque ullo fidei lumine aut gratia, nego majorem. Beatitudo, quam homo naturaliter appetit, est bonum generatim inspectum, quam, ut ait S. Aug. lib. 13. de Trin. c. 3. etsi nemo velit esse miser, sed nec velle possit. At quum bonum illud, prout gratuito Dei beneficio nobis destinatum est, in visione Dei beatifica positum sit, quoniam citra revelationem cognosci non potest, neque appeti potest nisi ab iis, quos fide et gratia sua Deus prævenit. Hæc doctrina est D. Thomæ in 4. Sent. d. 49. q. 1. a. 3. ad 3. = Quod iis, inquit ille, ex naturali inclinatione voluntas habet, ut in beatitudinem feratur secundum communem rationem; sed quod feratur in beatitudinem talem; hoc non est ex inclinatione naturæ, sed per discretionem rationis, quæ adinvenit in hoc vel illo summum bonum hominis consistere = Quare pia, quæ ex Aug. proferuntur ad Deum videndum, suspiria, non innata sed ex Dei gratia profecta sunt desideria. Certum ne de voce tricemur, desideria illa esse congenita eo sensu dici utcumque possent, quo gratitudinem ergo determinatum benefactorem nobis innatam dicere solemus. Beatitudinem nempe generatim cum natura hausimus, quod vero ea nunc vel illud potius hominem prosequatur, non a natura, sed aliunde etiam ortum habet.

1 Urgebis 2. Aug. lib. 8 de civ. cap. 8. etsi de Platonicis fide utique dectibus ait = Non dixerunt beatum esse hominem fruentem corpore, vel fruentem animo, sed fruentem Deo, non sicut corpore, vel seipso animus, sed aut sicut amico amicus; sed sicut luce oculus = Visio igitur beatifica Dei etiam citra fidei lumen cognosci et appeti potest.

R. Quod affirmat Aug. de Platonicis, illud unice demonstrare, sicut oculus nunquam finem suum attingere potest, nisi in objecta luce per lucem defigatur, sine qua inutilis est, quum ad hanc contemplandam conditus sit; ita ex Platonicorum sententia hominem nullare beari posse, nisi in Deo conquiescat, ejusque perfectionum contemplatione fruatur.

lumen mentium esse dixerunt ad discernenda omnia, eumdemque ipsum Deum, a quo facta sunt omnia. lib. 8. c. 7. loquens de eorum Dialectica discernente inter ideas, quæ a sensibus hauriuntur, ab iis, quæ mente formantur. S. Thomas l. 3. con. gent. c. 62. „Per hoc, inquit, excluditur error Platonicorum, qui dicebant, animas separatas postquam felicitatem ultimam adeptæ fuissent, iterum ad corpora incipere velle redire, et finita felicitate illius vitæ iterum miseriis hujus vitæ involvi„

Quod si qui visionem ipsam Dei beatificam, et intuitivam desideravrunt, nullus dubito hujus beatitudinis ideam ex Moisis libris, et Hebraeorum commercio sibi eas comparasse. Vel ipsum S. Platonem seu per se legendo, seu potius interpretum auxilio plura didicisse ex Pentateuco, ex eoque plures sententias decerptas suis libris inseruisse aperte ostendit Aug. de civ. lib. 8 c. 11.

Urgebis 3.º Si homo nullam haberet naturalem propensionem ad visionem intuitivam, Aug. non potuisset ita Julianum arguere, ~~quod Deum impium, et injustum fecerit, dum innocentem ejus imaginem a Caelorum regno excludit. At~~ lib. 1. contra eundem c. 5.º: quaero, inquit, qua causa innocens imago Dei vita privatione puniretur, si nullum peccatum ex humana propagatione contrahitur? Adde quod advertit Jans. Beatitudo illa naturalis Dei visione carens, quae pro statu naturae purae fingitur, esset cruciatibus plena. Qui enim fieri posset, ut anima hac cogitatione non discruciaretur, in se ad veram beatitatem, qua retecta facie Dei bonitas conspicitur, atque huic visioni pari amore diligitur, nullo unquam tempore perventuram?

R. nego Majorem. Julianus parvulos, quos ad beatitudinem supernaturalem conditos fatebatur, non a vita aeterna, sed a regno Caelorum, quod ab illa inepte distinxerat, excludebat. Itaque Aug. quum multis antea argumentis arbitrarium illam distinctionem removisset, merito rursus illud intulit, parvulis sine baptismo decedentibus, si absque peccato ut primus homo nati sunt quemadmodum vitam aeternam, ita regnum Caelorum deberi; injustum proinde Deum, si vita aeterna donatos Caelo expelleret. V. l. 1. c. 5. operis imperf. Ut Jansenii additamentum dissolvas, ajo, homines ad naturalem duntaxat beatitatem admissos, quum Deum ut auctorem supernaturalem non cognoscerent, nec beatitudinem illam, quae ex intimo Dei conspectu profluit, quoque omnino vero illos latuit,

ibi Aug. nonnulli putaverunt Platonem quando pervenit in Egyptum, Jeremiam audisse prophetam, vel scripturas propheticas in eadem peregrinatione legisse, quorum quidem opinionem in quibusdam libris meis posui. Sed diligenter supputata temporum ratione sententiam hic mutavit. Subinde asserit forte quia ingenii erat acerrimi didicisse per interpretem, quid continerent Hebr. Biblia; idque probat vero, quod in suo Timaeo inseruisse videtur mutatis verbis hoc Genesis initium: in principio Deus creavit caelum et terram, dicendo Deum condidisse in caelum et terram, quum igni Caeli locum tribuat; item illud, Spiritus Dei ferebatur super aquas; necnon illud Exodi praesertim Ego sum qui sum, Qui est misit me ad vos.

Platonem plura ex sacris libris hausisse, et transcripsisse auctor est Justinus Martyr in orat. paraenet. ad gentes, Origenes contra Celsum l. 6. Clemens Alex. lib. 1. Strom. Euseb. l. 11. de praepar. Evang. Ambros. serm. 18 in psal. 118.

Fortasse Plato illud legerat Num. 12. Ore ad os loquor ei (Moysi), et palam. Quod innuit, item Exod. 33 loquebatur Dominus ad Moysem facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Adde librum Job [illegible] et.

Lib. 1. contra Julian. c. 4.º Sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem ejus qui de Caelo est. Per peccatum deturpata etiam quoad naturalem splendorem, quum sit ordinata etiam naturaliter in suum Auctorem, et ita ad aliquam beatitudinem. Ergo Julianus peccabat supposita revelatione unius supernaturalis beatitudinis, in quam commutata est naturalis, quae saltem illi obvenire debet secluso peccato; peccabat contra rationem illis negando visionem intuitivam, et consequenter omnem beatitudinem. Vim facit Aug. in imagine Dei, in qua fundatur titulus alicujus beatitudinis ponendae in cognitione aut visione Dei, qua carent bruta ratione libertate, imagine Dei carentia.

perspectam haberent, omni prorsus solicitudine, ejusque consequendæ desiderio carituros. Profecto si Jansenii argumentum obtinet, etiam in hac Providentia, qua fruimur, omnes beatos æternum miseros pronuntiabimus ob eam cogitationem, quod vel ad comprehensivam Dei visionem non pervenerint, vel ad supremum beatitudinis gradum (qui tamen nec unquam concipi potest) non pertigerint, aut ad eum saltem, quo et alios pervenisse, et se ipsos pervenire potuisse non ignorant. Quemadmodum de vulgo hominis tranquillitas nihil turbatur, quod ad regiam dignitatem, vel supremos Magistratus, quas consequi nulla se via posse intelligit, non pertingat, ita profecto homines in puræ naturæ statu constituti nullo unquam amplioris fortunæ desiderio tenerentur.

Obj: 3tio. In eo statu, in quo natura humana ad supernaturalem beatitudinem exaltata non esset, homo non posset diligere Deum. Dei enim amor, sine gratia, quam eo statu careret, haberi nequit. Sed repugnat hominem nulla sua culpa ad eas angustias redigi, inter quas Creatorem suum, et summum bonum diligere nequeat. Hic ergo status commentitius, non possibilis est.

R. D. M. homo non posset amore, nec naturali nec supernaturali amore diligere Deum, concedo majorem; non posset amore naturali diligere Deum, nego majorem. Sic distinguo etiam minorem. Nempe ut beatitudinem, ita etiam amorem in naturalem, et supernaturalem partiri debemus. Ille non alius iste homini in puris naturalibus condito possibilis est. Nec illa Jansenii querela nos quidquam moratur, dum eam illam amoris erga Deum naturalis et supernaturalis distinctionem, Philosophorum commentum, cujus ne vestigium quidem in sacris litteris, Conciliis, ac Patribus reperiatur. Quod enim pro duplici illo amore illustrius testimonium desiderari potest, quam illud gentium Apostoli Rom. 2. 14. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt? Porro quæ lex a natura animis nostris magis impressa, quam supremi conditoris amor? Tridentinum quoque sess. 6. can. 3. damnat eos, qui sine præveniente Spiritus S. inspiratione volunt hominem diligere posse

[Marginal note:] S. Aug. docet Angelos per se fieri meliores non potuisse. Ergo nec homo in statu puræ, sed ibi loquitur de statu elevato. Homo in statu puræ auxilio naturali fieret melior in eod. ord.

[Marginal note:] Bai 26 prop. damn. cum Pelagio sentiunt, qui textum Apostoli ad Rom. 2. Gentes etc. ut ita intelligant De Gentibus fidei gratiam non habentibus.

sicut oportet, ut ei justificationis grāe conferatur. ergo aliter diligere posse fatetur. Denique s. Thomas quodlib. 1. ar. 8. ad 1. =Diligere Deū, inquit, prout ē principiū totius esse, ad naturalē dilectionē pertinet; sed diligere Deū prout ē objectū beatitudinis, est gratuitæ dilectionis, in qua meritū consistit=. Sed adhuc clarius in corpore, ubi distinguens statū realem, in quo conditus fuit Adā, a statu naturæ puræ, in quo condi potuit, et de hoc altero manifestū ait =Diligere Deū super oīa plusquā seipsū ē naturale non solū Angelo, et homini, sed etiā cuilibet creaturæ, secundū quod potest amare aut sensibiliter, aut naturaliter=. Totus art. ōnō legendus ē.

Sed qui Beatissimi Petri in Romana sede successorū toties sequi se profitetur, cur Summ. Romanæ Ecclesiæ Pontificū Pii V. ~~Urbani VIII~~. Gregor. XIII. auctoritatē tam parvi facit, ut eam ad duplicē illū amorē distinguendū non sufficere putet, dū illas Baji prop. proscribunt, 32. = Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicet, quo Deus amatur ut auctor naturæ, et gratuiti quo Deus amatur, ut beatificator, vana ē et commentitia, ad illudendū sacris literis, et plurimis veterū testimoniis excogitata = et 36. = Amor naturalis, qui ex viribus naturæ exoritur, ex sola Philosophia per elationē præsumptionis humanæ cum injuria Crucis Christi defenditur a nonnullis Doctoribus =

Urgelis. Constans Aug. doctrina ē, oēm amorē creaturæ rationalis esse vel charitatē, vel cupiditatē. Per charitatē intelligit amorē Dei propter se, qui gratia Spiritus efficitur. Omnis igitur amor creaturæ rationalis, vel ē charitas viribus gratiæ eliciata, vel cupiditas. In hoc naturæ puræ statu nulla esset gratia; ergo neque ulla charitas, sed tantū cupiditas.

R. negando minorē Aug. ē nomine Charitatis generatim designat amorē boni, atque honesti, et cujuslibet virtutis amorē: nihil amplius igitur docet, atque oēm amorē creaturæ rationalis, vel bonū esse vel malū, quo spectat illud, quod lib. 2. de pecc. meritis et remiss. cap. 18 affirmat s. Doctor. Voluntas mediā si potest in medio quodā ita consistere

A. Quis enim ignorat, Scripturam, Concilia, et Patres humanæ naturæ vires spectare, quales nunc sunt, non autem quales in aliarū rerū constitutione esse potuissent? Quamvis homo in hoc naturæ statu, in quo per originis labē sauciatus ē, ac debilitatus Deū super omnia diligere sine gratia non possit, quod tamen doctissimi viri quoque negant, quum sermo ē de amore puro naturali; non inde arguitur, id neque in naturæ puræ conditione præstare potuisse. Enimvero, ut cetera prætermittam argumenta, s. Thomas quodlibeto 1. a. 8. a reali ad statum possibilē gradū faciens nullus dubitat affirmare, naturalem Dei amorē solis naturæ viribus haberi posse. „ Quia possibile fuit (inquit in o art.) Deo, ut hominē faceret in puris naturalibus; utile est considerare ad quantū se dilectio naturalis extendere possit „ Et rejecta illorū sententia, qui dicebant, hujusmodi statu Deū amore concupiscentiæ, non amicitiæ diligi posse, ita pergit „ Dicendum ē ergo, quod diligere Deū super omnia, plusquā se ipsū, est naturale non solū Angelo et homini, sed etiam cuilibet creaturæ, secundū quod potest amare, aut sensibiliter, aut naturaliter „ et ad primū dicendū, ait, quod diligere Deū prout est principium totius esse, ad naturalē dilectionem pertinet „

Serm. 349. Licita ē humana caritas, qua uxor diligitur... Licitā ergo charitatē habete humanam ~~sicut dixi~~ sed sicut dixi licitae. Sicut vobis humana caritate diligere conjuges, diligere filios, dil. amicos vestros, dil. cives vestros... Sed videtis istā Charitatem esse posse et impiorū, idest paganorum, judæorū, Hæreticorū. Quis enim eorū non amat uxorē, filios, fratres, vicinos etc. Hæc ergo humana est „

in psalm. 136. ipsa est Caritas, quæ dicitur et voluntas bona. lib. 2. contra 2. epist. Pelag. c. 9. Quid est boni cupiditas, nisi Caritas?
lib. 8. de Trin. c. 10. Quid est dilectio vel caritas, quam tantopere Scriptura divina laudat et commendat, nisi amor boni?

Serm. 349. Si igne Cæli non accenderis, ignem time Gehennarum.. si non amas esse in regno, time esse in camino ignis ardentis, inextinguibilis, sempiterni. Vincat in te prius timor, et erit amor. Timor Pedagogus sit, non ipse in te remaneat, sed te ad Caritatem, quasi ad magistrum perducat.;

Solum post 25. secula legem, et cæremonias dedit suo populo, et nulli alteri nationi; si non nisi post 40. seculorum cursum venit illuminare suo exemplo et doctrina Christus mundum; si tot hominibus post peccatum nullum pœnitentiæ locum dedit; Angelis nullum spatium pœnitentiæ, cur etc. in ipsa natura elevata, et gratia adjuta sine meritis Christi potest pro ullo peccato satisfieri. Hanc incarnationem tum liberrime decrevit. Sine satisfactione per liberam condonationem poterat salvari mundus: poterat exigere simplicem conditionem mæroris, et tristitiæ, ut quandoque agunt pientissimi Principes etc.

Actum naturalis appetere reassumptionem corporum asserunt plures eius interpretes, ut a Lapide, et Tirinum Phi et Mogharo, qui brevem habet caput. [illegible] naturali corporum resurrectionem. Etiam a Lapide illam naturalem quodammodo dixit quo [illegible] salutis tum quia eum exigit [illegible] naturalem id eam vocat, quia a solo Deo effici sit

ut nec bona, nec mala sit =. Augustini legitimi interpretes sunt laudati Summi Pontifices proscribentes eam Baii prop. 38. omnis amor creaturæ rationalis aut vitiosa est cupiditas vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, quæ a Joanne prohibetur, aut laudabilis Charitas, qua per Spiritum S. in corde diffusa Deus amatur. Accedit, quod Aug. loquatur de præsenti naturæ statu elevato, adeoque de amore infuso per ~~Spiritum S. et vitæ æternæ meritoria~~

Urgebis 2. ineptus est ille amor ad obtinendam quamcunque beatitudinem, quia per illum homo a peccato resurgere non posset, quod sine amore supernaturali, aut saltem sine Christi gratia, fieri nequit.

Resp. illum amorem sufficientissimum fore ad naturalem felicitatem consequendam, totiusque legis naturalis præcepta adimplenda. Quamvis autem a peccato forte per illum amorem surgere non posset, non bene recte infertur aut amorem illum vanum esse et Theorum inventum, aut statum illum repugnare. An non enim in statu etiam, in quo vivimus, fieri illud poterat, ut dimissa nobis originali culpa nullus deinceps capiendæ veniæ locus daretur? Profecto, inquit Aug. „ si quidem in melius hominum reformationem nullam prorsus esse voluisset sicut impiorum nulla est Angelorum, nonne merito fieret ut naturam, quæ Deum deseruit, avidius in æternum desereret ab eo, et pro suo merito pœnam penderet sempiternam?„ Sed naturæ hujus status circumstantiæ, et adjuncta omnia, quoniam eorum nonnulla sola, ac libera Dei naturæ auctoris voluntate nituntur, nec inquiri, nec definiri possunt.

Propositio II.

Neque is naturæ puræ status ulla aliqua Dei perfectione, aut secum ipse pugnat, in quo homo, licet a peccato immunis, ignorationis, concupiscentiæ, mortis denique incommodis obnoxius esset

Probatur prima, et 2da pars, quoad ignorationem scilicet et concupiscentiam, et quoniam eius Augustini discipulis nobis res potissimum. Augustini primum auctoritate; itaque Hipponensis lib. 3. de lib. arb. cap. 20. Manichæos contendentes ignorantiam, et rerum vivendi difficultatem, quæ concupiscentiam quoque includit, a bono principio non

oriri non potuisse, admittendumque idcirco principium malum, unde ista proficiscantur, ita refellit,, Si ergo, inquit, altera (anima) talis esse cœpit, non solum ante peccatum, sed ante omnem vitam suam, qualis post vitam culpabilem alia facta est, non parvum bonum habet, unde conditori suo gratias agat: quia ipse ortus ejus et inchoatio quovis perfecto corpore est melior. Non enim mediocria bona sunt, non solum quod anima est, quæ natura jam omne corpus præcedit; sed etiam quod facultatem habet, ut adjuvante creatore se ipsam excolat, et pio studio possit omnes aquirere, et capere virtutes, per quas et a difficultate cruciante, et ab ignorantia cæcante liberetur. Quod si ita est, non erit nascentibus animis ignorantia et difficultas supplicium peccati, sed proficiendi admonitio, et perfectionis exordium. Non enim ante omne meritum boni operis parum est accepisse naturale judicium, quo sapientiam præponat errori, et quietem difficultati, ut ad hæc non nascendo, sed studendo perveniat=; et cap. 22. Ignorantia, et difficultas si naturalis est; inde incipit anima proficere; et ad cognitionem et requiem, donec in ea perficiatur promoveri,, Quam doctrinam non equidem revocavit, sed ut somniavit Jansenius, sed potius confirmavit lib. imo Retractat. cap. 9. inquiens= Quamvis ignorantia et difficultas etiamsi essent hæc primordia naalia, nec sic culpandus Deus, sed laudandus esset... Quæ dispositio contra Manicæos adhibenda est, qui non accipiunt Scripturas sanctas veteris instrumenti, in quibus originale peccatum narratur; et quidquid inde in Apostolicis[+] legitur, detestabili imprudentia usque immissum fuisse contendunt a corruptoribus Scripturarum.. Contra Pelagianos autem hoc defendendum est quod utraque Scriptura commendat, quam se accipere profitentur,, Constat ergo ex Augustini sententia, etiamsi ignoratio, et difficultas primordia essent naturalia, non ulla supplicium, propterea culpandum non esse Creatorem, sed illi gratias agendas. At si naturam ignorantia et difficultate obstrictam condens laudari meretur, et reprehendi non potest, hujusmodi natura revera potuit creari, nec cum aliqua Dei perfectione pugnat. Ergo.

[+] litteris

Vide l. 6. c. 16. operis imperfecti, et caput etiam 32.

Ut probet contra Manichæos ex ignorantia et difficultate colligi non posse malum principium 4. modos proponit, quibus potuerint animæ corporibus uniri, et his miseriis subjici. I. Si omnes animæ ex una peccatrice anima naali generatione dimanent. II. Si animæ singulæ in singulis corporibus [illegible] per creationem infundantur et communior tunc sententia, et nunc omnes docent. III. Si deus in secreto aliquo loco prius existentes ad informandum postmodum corpora divinitus mittantur IV. Si ita præexistentes sponte sua in corpora labantur ipsæ. Duo postremi ad Origenianum commentum spectant. Secundus duplicem hypotesim complectitur, alteram in qua primus homo voluntate propria factus peccator, ipse ac ceteris ex ipso prognatis patientur dignissimam pœnam præcedentis peccati; ut revera factum est: alteram, in qua sine præcedenti peccati merito his malis obnoxius sit. En vero statum naturæ puræ; de quo allatum testimonium.

ac simul etiam immortalis

Quod concupiscentiam spectat, apertissima est eiusdem doctrina. D. Thomas in 2. Sent. dist. 31. q. 1. a. 2. ad 3. „ Poterat, inquit, Deus a principio, quando hominem condidit, etiam alium hominem ex limo terrae formare, qui in conditione naturae suae relinqueretur, ut scilicet mortalis et passibilis esset, et pugnam concupiscentiae ad rationem sentiret, in quo nihil humanae naturae derogaretur; quia hoc ex principiis naturae consequitur, non tamen iste defectus in eo rationem culpae et poenae habuisset, quia non per voluntatem iste defectus causatus esset „ Ab hac doctrina seniorem factum Angelicum non recessisse patet ex iis testimoniis, quae in 2da prop. cap. antecedentis confirmatione adduximus:

Probatur 2. propositio quoad omnes partes ex Ecclesiae judicio Baji sententias plures condemnantis, inter quas haec erat 55. „ Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur „. quam etsi ipsissimis verbis non docuerit Bajus, teste Ripalda; eandem tamen quoad sensum tradidit lib. de pecc. origin. cap. 5. ubi affirmat, hominem sine gratia, aut cum concupiscentia, ceterisque defectibus, qui nobis ab ipsa nativitate adhaerent, creari non potuisse. Propositio autem haec proscripta non fuit, quatenus innueret hominem non potuisse ab initio creari cum peccato originali, quo infecti modo nascimur, quod hoc sensu intellecta verissima sit, et maxime Catholica. Proscripta igitur fuit, quemadmodum proscribi solent, et Summi Pontifices aperte affirmant, se Baii auctoris condemnare in rigore, et proprio verborum sensu ab Assertoribus intento. Quid vero ex hac proscriptione colligere debent Fideles, nisi revera potuisse hominem creari, qualis nunc nascitur, obnoxium nempe ignorantiae, concupiscentiae, morbis, ac morti, quin ullo hinc aut Dei Sapientiae, aut Bonitati, et Providentiae irrogaretur injuria? Haec porro est nostra assertio. His adde prop. alteram Baii 24. Falsa est doctorum sententia primum hominem potuisse a Deo creari, et institui sine justitia naturali = et 78 = immortalitas primi hominis non erat gratiae beneficium, sed naturalis conditio =

+ 26. integritas primae creationis non fuit indebita naturae exaltatio, sed naturalis eius conditio

Prob. 3º ratione. Naturalis hominis constitutio non exigit, ut in ipso exordio verum cognitio infundatur, sed poscit duntaxat eam intelligendi facultatem, qua quibe-

Aug. l. 4. c. 13. contra Julianum,, Duo bona, quae a Patre Deo sunt, inter se pugnare non possunt: pugnant autem inter se continentia et concupiscentia. Quid horum a Patre [illegible] esse respondebis: ... c. 14. Nulla pugna est sine malo; sive [illegible] pugna [illegible] ... Adhuc non [illegible] ut intelligas, nostram naturam non esse [illegible] contra quod virtute pugnamus.

... de Nuptiis et Concup. c. 9. Quid [illegible] Deus facere, quod ejus praedicatorem pudeat dicere? et quod [illegible] pudeat hominem [illegible] aliquid operis, quod non habet [illegible] Deus fecit in homine; quod omnes operibus quanto possunt labore et industria id agunt, ne de suis operibus erubescant, [illegible] id, quod solet respondere [illegible] alia.

lib. 1. Op. imp. c. 70. Si ei consentis malo [illegible] peccando, [illegible] malum agro [illegible] pugnando.

lib. 4. c. 41. Quomodo bonum dicitur quae [illegible] et compellit hominem, licere malum?

l. 6. contra Julianum c. 6. Cum objiceret Julianus, Deum juxta Aug. creare peccatum, et [illegible] dicenti, in discordia carnis et spiritus inter se contrarias mali et boni apparere naturas,, Unde, inquit, [illegible] quod respondemus et [illegible] vincatur, hanc scilicet discordiam primi hominis in nostram venisse naturam. quam si negando conaris et vincere, satisque manifestaris fictus [illegible] oppugnator, et verus adjutor,,

Cum objiceret Julianus in ceteris animantibus hanc esse perfectionem, respondet l. 4. Op. imp. c. [illegible] Sic ergo in [illegible] ignorare et pecorum naturam, et hominis [illegible], si animam non habet [illegible] temporalibus ait: tantae excellentiae est in comparatione pecoris homo, ut vitium hominis natura sit pecoris,,

[illegible] in brutis non est spiritus [illegible] contra quem pug[illegible] [illegible] ...

Carissimo Sig.r Fratello

Ricevo da voi Messe num.o 40 senza poter congetturare ne il tempo prefisso, in cui si devono celebrare, ne la quantità della limosina per prendere le mie misure nel tenerle, o darle ad altri che mi sono raccomandati, cose tutte, che io voglio sapere. Pertanto ritengo questa con patto che mi inviate quanto prima e l'uno e l'altro punto.

Il Conte San Bonifacio Quaresimalista in Cividale, sia per l'età più matura, sia per la gravità degl'argomenti, sia per qualunque altro motivo non è più quello, che fece il panegirico di S. Luigi a Udine nella Chiesa di S. Nicolò. Una idea eloquente, un gesto moderato una voce rotonda e tanti altri numeri mi hanno fatto cangiare l'idea che prima io aveva di quel sogetto. Venite ad ascoltarlo, e ne resterete pago.

Riverite il Sig.r Rettore, Vice Rettore, e tutti gli altri soggetti commensali: io non [redacted] glimento [redacted] il ritorno ed il soggiorno di Cividale. Addio.

12 Febrajo
1775

Vostro Fratello
P. Antonio.

ac simul etiam ...
Quod concupiscentiam spectat, apertissima e S. Thom. doctrina. D. Spina in 2 d. sent. dist. 31. q. 1. a 2. ad 3
.. Potuit inquit Deus ab initio, quando hominem

naturali = et 78 = Immortalitas primi ... non erat gratiae beneficium, sed naturalis conditio =

+ 26. integritas prima creationis non fuit indebita humanae naturae exaltatio, sed naturalis ejus conditio

Prob. 3° ratione. Naturalis hominis constitutio non exigit, ut in ipso exordio verum cognitio infundatur, sed posit duntaxat eam intelligendi facultatē. qua quibe-

Chrisost. obj.

Qui negat peccati orig. existentiā, qui negat parvulos dum baptizantur, inquinatos eē peccato. D. Chris. negat hoc. R. Admissa eq. graeca lectionis veritate negat. Qui negat infantes non habere peccata, negat ullo peccato eē infectos; particula ē non ut ajunt logice & malignantis nāe ~~negans~~ negans. ~~Si negat~~ logice ~~accipi~~ quidquid illi appingitur. Sed prudte Chrisostomus negat parvulos habere peccata propria ~~actuali~~ voluntate physice propria commissa. admissa. Si in parvulis agnosceret peccatū ~~ulut~~ commissū ab ipsis ~~voluntate~~ in Ada, faterentur; hūs per Adā vere constitui peccatores. Negat hoc. ergo. R. n. & illud Apostoli exponit ~~solū~~ de debito supplicii; ergo non vere peccatores. R. ang. exponit de supplicio quod hi supponat carentiā justitiae originalis concedo, secus nego

Si iste consideret perire ~~hūs per peccatū~~ oēs mortuos ee peccato, quia caren tia justitiae originalis in infantibus dicitur mors hāc. Sed negat mortuos ee omnes morte pe ~~aē~~, scēt morte peccati. peccato actuali. nullus morte peccati morte. ~~Si cujus peccati morte~~, mors peccati corrumpit aām juxta Chrisostomū, sed negat aāē nostrā ~~corruptam~~ corruptibiles nisi morisi contra voluntate peccemus / Adae peccato, corruptione ~~inrea~~

Multa quidē affers, ut a Pelagianorū castris ad tua (doctissime) Basnagē transferas. Sed ipse invitus transmigrare recusat. Ea enim quae docuit homil. 24. in idē quit. quae cat ad Eph. ita aperta sunt, ut nemo nisi qui ~~sponte~~ sponte caulire de incendio palpare velit, ꝑ ~~non aliud in nos~~ non agnoscat, confiteri Chrisost. Angat peccat. quidē Ada poenas in genus humanū dimanavisse, ~~non aut~~ peccatū ipsū autē ipsius pronagari constanter negare. Aā inde nostrā corruptibile ~~nobis~~ corpus ineē statuit, aād vero incorruptibilē, quamvis per peccatū et ipsā corrumpi afferret ~~in vero~~ quemadmodū et corpus, in Adā peccatū corruptū fuit. ... [illegible] vero qui per tē vanitatē antithesis significat Basnagi ... nisi peccati Ada cujus in corpus quidē pervenisse non autē in aām, atque hanc non aliter quā per peccata quae quisque suavoluntate committit, posse corrumpi. Non igitur ~~Pelagianorū contentioni, quod de peccato originali rejicit Pelagius~~ amplexus ē Chrisostomus, ~~sed tokos Pelagio nisi at~~ ... ~~doctrinā~~ ~~ac illud~~ personā, ratione ratione, et sanctitate ~~ccommoda~~ commendabat

ac simul etiam immortalis

Quod concupiscentiam spectat, apertissima est doctrina D. Thomae in 2 sent. dist. 31. q. 1. a 2. ad 3 .. Poterat inquit Deus ab initio, quando hominem

Quid vero est Adae posteros illius delictum contrahere, nisi omnium posterorum valores [illegible] illius delicto corrumpi: Negat Christianus autem naturam Adae peccato fuisse corruptam; negat igitur Adae peccatum in ejus posteros propagari.

Libenter excipio hanc ipsissimam argumentationem, et unicam vocula imputatur [illegible] ratiocinatio, ut ita [illegible] efferatur. Quid est in Adae posteros illius peccatum cont. propag. nisi omnium posterorum a[illegible] delicto Adae corrumpi. Sed hoc in eodem loco fatetur Christianus. Adae delicto omnes posterorum corrumpi. Ergo.

Haec est major prima propo. Altera ut ostendam affero integram s. Patris sententiam exponens ea verba Apostoli, gratia etc.

naturam = et 78 = Immortalitas primi hominis non erat gratiae beneficium, sed naturalis conditio =

+ 26 integritas prima creationis non fuit, unde illius humanae naturae exaltatio, sed naturalis ejus conditio

Prob. 3º ratione. Naturalis hominis constitutio non exigit, ut in ipso exortu verum cognitio infundatur, sed poscit duntaxat eam intelligendi facultatem, qua qui bene utitur, studioque atque exercitatione illam excolit scientias acquirit; qui vero desides et otio tabescentes fuerint, primeque ignorantiae tenebris obvolvuntur, quin ulla ratione hinc hominis Creator possit culpari. Rursus hominis natura ex anima et corpore constructa ejusmodi est, ut appetitus sensitivus sensibilibus objectis alliciatur, inter quae quoniam plura sunt, quae a recta ratione homini interdicuntur, effugere non potest, ut interdum incongrui motus in eo excitentur, qui donec homo ratione ac libertate pollens assensum non praestiterit, numquam ipsi culpae vertentur, sed inter naturales defectus manebunt. Tandem, ut causas exteriores, humanae vitae interdum infensas praeteream, physicum hominis temperamentum quum ex elementis admodum diversis et contrariis consurgat, necessario fit, ut tandem aliquando unum adversus aliud praevaleat, et compositum illud dissolvatur. Quare ignoratio, concupiscentia, mala valetudo et mors ipsa naturales defectus sunt, qui hominis conditioni sibi relictae necessario consequuntur. At non solum cum Omnipotentia, sed neque cum Sapientia quidem Dei, aut Bonitate, aut Sanctitate pugnat, si hominem creando eas duntaxat perfectiones illi elargiatur, quae ipsi naturaliter conveniunt, ceteras vero, quibus humani defectus tolleruntur, sed indebitae sunt, et ordinis superioris, ipsi neget. Secus enim naturalis ordo non quaedam esset Divinarum perfectionum declaratio, sed monstrum quoddam informe, ex quo aliqua Dei perfectio, atque adeo tota quanta est divinitas, deturbaretur, et in pravorsus everteretur. Status igitur naturae purae, in quo poneretur homo nulla maculatus culpa, et nihilominus ignorationis, concupiscentiae, malae valetudinis, mortis denique defectibus obstrictus nulli omnino Dei perfectioni repugnat.

Christus non assumpsit ignorantiam quia Filio Dei legislatori et judici non congruebat. Cas proprietates assumpsit, quæ spectant ad naturæ integritatem, infirmitates autem assumpsit, quas voluit, quæq. suo muneri non dedecebant

Opponos primo contra ignorantiam. Aug. lib. 1. de peccatorum meritis et remiss. cap. 37. inquit = in illas igitur ignorantiæ densissimas tenebras, ubi anima infantis recentis ab utero, utique anima hominis, utique anima rationalis non solum indocta, verum etiam indocilis jacet, quare, aut unde ea trusa est? Si natura divinitus, et primitus instituta est hominis sic incipere, et non jam vitiosa ista natura, cur non talis creatus est Adam?,, Ignorantia infantis igitur recens nati ex Aug. judicio non est ipsi connaturalis defectus, sed vitium ipsius naturæ, quocum nec Adam, nec quispiam creari poterat.

R. dist. ant. ignorantia est vitium naturæ, si qualem Adam sortitus est, gratuitis nempe, verum naturalium, et supernaturalium insuper scientia cumulatam; concedo; est vitium, seu potius esset vitium naturæ puræ nullo gratuito beneficio præventæ, nego conseq. Quoties Aug. contra Pelagianos, ac præsertim contra Julianum disputans, vocat ignorantiam peccati pœnam, et vitium naturæ, aut ex ignorantia parvulorum originis labem demonstrat; de præsenti loquitur statu in quo ignorantiam, et cæteras humanæ naturæ infirmitates, et miserias pœnas esse peccati Scripturæ sacræ, sæpius a s. Doctore inculcatæ apertissime docent. Profecto si istus non probasset, aut facile probari pelagianis non posse putasset, hanc non esse naturam hominis primum instituti, sed pœnam damnati; suis argumentationibus nihil unquam effecisset, Adami exemplum, ut hic præstat, frustra urgeret, peccatum denique originale nunquam ex hujusmodi miseriis expimeret. Notum erat Pelagianis, Augustinum Liv. 3 de lib. arb. cap. 20. docuisse, in alio rerum ordine fieri potuisse, ut = ignorantia non esset supplicium peccati, sed proficiendi admonitio, et perfectionis exordium.

Opponos 2do contra concupiscentiam. Si concupiscentia locum haberet in statu naturæ puræ, hæc esset a Deo; sed alte clamat Apostolus Joannes 1 epist. c. 1. v. 16 = Concupiscentia carnis non est ex Patre, sed ex mundo =. Paulus ad Rom. 7. illam appellat peccatum, et peccati legem; ergo in statu naturæ puræ non esset concupiscentiam.

R. dgdo majorē a Deo esset concupiscentia considerata prout ē potentia quędā bona sensibilia appetendi, vel etiā prout ē actus reipsa sensibilia honesta cupiens, concedo maj: a Deo esset concupiscentia sumpta pro actu mala appetente; seu etiā pro nisu et inclinatione ad malū impellente, nego majorē. Quā duplici sensu, ut vides, potest accipi concupiscentia, ad quorū alterutrū cæteros omnes potes revocare. Primo concupiscentiæ nomine potes eā facultatē intelligere, per quā homo sensibilia appetere valet. Sic accepta non ē mala, nec rationi repugnans, nec Deo auctore indigna, quin inter magna bona eā retulit Augustinus lib. 22. cap. 24. de Civitate Dei. Est ē naturæ proprietas, utpote principiū actuū, qui et ad naturæ conservationē conferre, et rectæ rationi convenienter esse possunt. Hac facultate si quis ad eās et rebus sensibilibus, quæ rectæ rationi adversantur, appetendas abutatur, concupiscentia bona remanet in radice, seu in generali illa res sensibiles appetendi facultate, non secus atque aliæ facultates ipsius mentis, ut notat loc. cit. Augustinus; mala vero erit in termino, quem respicit, quoniā rationi adversari nunquā bonū esse potest. Secundo potest sumi, et sæpius accipitur, pro actuali inclinatione, nisu, motuque ad sensibilia rationi contraria; atque tunc non naturæ bonū est, sed defectus; neque aliter homini naturalis esse potest, quā corpori ad corruptionē, aut creaturæ cuilibet ad interitū proxima et actualis dispositio naturalis nuncupatur. Rē aliquin claram, sed omnino necessariā alio etiā exemplo illustrare placet. Beatitudinis desideriū, si eam precise appetendi facultatē significat, qua ut bene ac beate nobis sit, generatim optamus; bonū ē, et a Deo naturæ nostræ inditū. Si beatitudinē indebitam, et rationi adversā eā potentia spectat, ratione termini, ad quē refertur, mala ē, quæ a Deo esse nequit, nisi permittente, ut alia peccata. Sin autē actualem inclinationē ad indebitā beatitudinē significare velis, malū prorsus est, naturale tn. seu naturalis defectus, qui cum sit rectitudinis, seu alicujus perfectionis destitutio, perperā in Deo ejusdē causam inquireres, non secus ac ille,

seclusо tn̄ voluntatis consensu malū naturale, seu etc.

qui fatuitatis Deum faceret auctorem = Ejus hominis, inquit Aug. l. 3 op. imp. c. 160 = Hominis, qui fatuus nascitur, Deum dicimus, quamvis non dicamus ipsius fatuitatis auctorem. Quia fatuitas non è natura, atque substantia, quae non nascitur, nisi creante Deo, sed ejusdem naturae vitium, quod accidit, sinente Deo =. Vid. l. 2. contra Julian. c. 8. nº 37.

Ex his ad allata testimonia facilis è responsio: loquuntur enim de concupiscentia secundo modo accepta, seu etiam de illa ad malum propensione, cui voluntatis consensus accedit, quae utique tamquam, quam ipsa actualis ad indebitam beatitudinem dispositio, aut praesens ad iniquitatem inclinatio, seipsa peccata a Deo dici possunt. Quod autem Apostolus peccatum illam vocat, aut peccati legem, inde è, quod ea in nobis a peccato sit, et ad peccatum inclinet, ut post Aug. explicat Tridentina Synodus sess. 5 can. non autem quod vere et proprie, si consensus desit, peccatum sit, ut ibidem exponit Trid. et expresse docuerat Augustinus lib. 1. op. imp. cap. 71. = Ex peccato, inquiens, dicitur, quia suadet peccata; atque ut ita dixerim jubet, et si ei mente servitur, sine excusatione peccatur. Peccatum dicitur, quia peccato facta est, appetitque peccare.

Reponas. Augustinus eo sensu concupiscentiam vult esse malam, quo sensu volebat esse bonam Augustinus. At Julianus concupiscentiam volebat eẽ bonam, non prout illa actualem cum ratione pugnam involvit, ergo Aug. hoc ipso sensu vult illam eẽ malam.

R. negando minorem. Julianus solum concupiscentiae excessum, cum nempe motibus ejus ceditur, malum eẽ dixit. Bonam vero ejus moderationem, quin bonam pariter ipsam concupiscentiam, etiam ut actualem, et repugnantem rationis motu significat. Testatur id diserte s. Doctor lib. 5. contra Julian. cap. 7. = Quid te adjuvat, inquit, quod reprehendere conaris ejus (concupiscentiae) excessum, cujus malum approbas? Tunc eum excedit licitum limitem, quando ejus motibus ceditur mala tunc è, et quando non ceditur, quia malo resistitur, ne bonum castitatis intereat, si nunc malo non resistatur = et lib. 3. cap. 21. nº 49. = Si quod profitemur, agimus, istam concupiscentiam nimbo frenamus, adversus ejus repugnantes

motus ambo bellamus, ambo eum, si proficimus, debellamus. Verum hoc interest, quod ego dico me malum frenare, tu autem te bonum. Ego dico mihi malum repugnare; tu tibi bonum. Ego bello adversus malum, tu adversus bonum. Ego cupio malum debellare; tu bonum=. Tandem lib. 4. c. 14. nº 65= Si ignoras, vel ignorare te fingis per quamlibet corporis sensum aliud esse sentiendi vivacitatem, vel utilitatem, vel necessitatem, aliud sentiendi libidinem= tribus autem prioribus breviter expositis, de quibus non erat controversia ita pergit= Libido autem sentiendi, de qua nunc agimus, quæ nos ad sentiendum sive consentientes, sive repugnantes appetitu carnalis voluptatis impellit. Hæc est contraria dilectioni sapientiæ, hæc virtutibus inimica=. Patet igitur Augustinum eodem sensu malam concupiscentiam dicere, quo a nobis paulo ante nos malam nuncupavimus. Ceterum continuo attendendum, S. Doctorem de præsenti statu loquutum fuisse, in quo concupiscentia rationis limites prætergrediens non ideo solum mala est, quia nos ad illicitis consentiendum impellit, sed etiam ideo mala, quia ex originali culpa originem ducit, qua admodum ardentior, ac vehementior facta est, quam in natura pura esset futura.

Respondes 2. S. Thomas qui doctior factus, quod in libros sententiarum tradiderat, ita non obscure 1. 2. q. 82. a. 3. ad 1. retractavit= quia in homine vis concupiscibilis naturaliter regitur ratione, in tantum concupiscere est homini naturale, in quantum est secundum rationis ordinem. Concupiscentia autem, quæ transcendit limites rationis, inest homini contra naturam, et talis est concupiscentia originalis peccati=. Non ergo concupiscentia est homini connaturalis defectus, sed contra eius naturam inserta.

R. dist. conseq. concupiscentia, quam modo experimur est nobis inserta contra naturam, quam sortiti essemus ab Adam justo, concedo; est contra naturam etiam hominis in puris naturalibus conditi, subdistinguo, est contra naturam, si natura hominis consideretur respectu partis superioris, concedo; si consideretur respectu partis infe-
rioris

Postquam Aug. et hic hæc dixit [illegible] de [illegible] ordine, quæ est contraria dilectioni sapientiæ, et virtutibus inimica, subjunxit= Hanc si voluisses, vel valuisses a sentiendi vivacitate, utilitate, necessitate discernere, videres quam superflue tam multa dixisses=.

Aug. l. 5. contra Julian. c. ultimo= Fatere igitur, ingenitos esse homini motus malos, contra quos dimicat castitas. Et ne dicere cum Manichæis cogaris, alienæ mali naturæ nobis inesse commixtionem, nostrum potius originalem confitere languorem. Nimirum quia, ut semper ponit Augustinus, Deus fecit hominem rectum. qui igitur originale negat peccatum, et simul fatetur malos hujusmodi impulsus, facile in Manichæorum haeresim velabetur quamvis inter utrumque mediam possit excogitare naturam puram, ut aliàs innuebat contra Manichæos. Aug. Sed quum hæc solum possibilis sit, et a Deo creatus non fuerit nisi homo rectus, et modo nascatur homo peccato infectus, qui primum tenuerit, et 2dum negaverit, vere in Manichæismum incidet.

+ aut etiam totius compositi

(a) vel aliter hoc pacto: concupiscentia effrenis, qualis nunc est quae ratione peccati necessitate inducit, quae superbe debaccatur, et tyrannice ita dominatur, ut morale in eadem necessitate inducat, haberet concupiscentia, qualis esset in statu naturae purae, quae facile in officio contineri potuisset, nego.

nonis, nego consequentiam. Jamdiu hic D. Thomae locus, ejus discipulos torquet. Sed nisi me omnia vehementer fallant, non in eo sita est difficultas, num hic Angelicus naturae purae negaverit possibilitatem, sed in eo potius, ut illa pro certo admissa quid per haec verba intellexerit inveniamus. Neque enim clara per obscuriora interpretari licet. Jam vero in 2. Sent. dist. 31. supra recensita manifeste docet, Deum condere hominem potuisse ea conditione, et statu, ut pugnam concupiscentiae ad rationem sentiret, quod hoc ex principiis naturae consequatur. Ergo, dicat aliquis, senior, et doctior factus in summa, quam longaevus conscripsit, doctrinam in libris sent. traditam, revocavit. Id porro nego. Hanc est eandem summae doctrinam, in 2. Sent. in ea, quae distinctionem nobis expresse faventem antecedit, ipsis pene verbis explicuerat. En est quomodo q. 1. a. 1. ad 4. respondeat (in 2. d. 30.) = Vis concupiscibilis naturale habet hoc, ut in delectabile secundum sensum tendat: sed eadem quod est vis concupiscibilis humana habet ulterius, ut tendat in suum objectum secundum regimen rationis, et ideo quod in suum objectum tendat irrefrenate, hoc non est naturale sibi, sed magis contra naturam ejus in quantum hujusmodi = Si hoc loco Angelicus naturae sibi relictae possibilitatem non negavit, profecto neque in testimonio ex ejus summa objecto illam est inficiatus; eadem enim est utrobique doctrina, ut patet. Sed hic dubio procul hujusmodi possibilitati non adversatus secus erit asserendum, distinct. sequenti sententiam multorum et quam ibidem rejecisset, iterum in summa (in quaestioni. de malo) adoptasse, ac tandem in ipsa summa quas oppositas opiniones antea fuisset amplexus, denuo nobis proposuisse ut per nos allatis testimoniis fit manifestum; quod tamen nemo qui stultus non sit, et in tantum Doctorem maxime injuriosus proferre audebit. Huic difficultati occurri potest, reponendo Angelicum loquutum fuisse de concupiscentia rebelli, et quae omnes rationis limites praetergrediens effrenata in natura per peccatum vitiata superbe dominatur, hanc unice contra naturam nobis inesse. Quamvis est etiam in natura pura ratione

forte adversaretur, non ita procax tamen, et insolens fuisset. Hanc expositionem inconcinnam non esse integer utriusque articuli, qui nobis objici solent, contextus ostendit; in quibus de concupiscentia, prout est Adæ peccati infaustum consectarium ratiocinatur Angelicus. Alii putant illum in locis concupiscentiam, quæ prævenit rationis imperium, ideo contra hominis naturam a S. Doctore dictam fuisse, quia respiciebat partem hominis superiorem, in qua inest naturalis in verum, et virtutem propensio, tamquam in suum objectum; alibi autem naturalem appellatam, quia partem hominis inferiorem considerabat, quæ sensibilibus movetur, quamvis voluntatis imperium non semper præcedat. At qua demum cumque ratione sit hæc Angelici doctrina interpretanda, quæ in hujus nostræ, et alterius sæpe commemoratæ prop. confirmationem adduximus, ea palam faciunt, Angelicum et juvenem, et senem possibilitatem naturæ puræ, in qua homo concupiscentiæ quoque esset obnoxius, agnovisse, et docuisse.

Opponess. 3. contra mortis necessitatem. In Conc. Arausicano can. 2. injustum Deum facere dicuntur, qui asserunt homines morituros fuisse, quamvis non peccassent. Sed qui id asserunt, injustum Deum non facerent, si mors homini naturalis esset. Ergo.

R. concilium loqui de hoc verum statu, in quo homines fiunt natura mortales, numquam essent morituri, nisi peccatum præcessisset. Id sufficienter innuit Aug. l. 13. de Civit. cap. 15. dum, ut istud affirmet ad fidem Catholicam provocans ait: Constat inter Christianos veraciter Catholicam tenentes fidem, etiam ipsam nobis corporis mortem, non lege naturæ, sed merito inflictam esse peccati.

Reponess. 1. Aug. in libris præsertim contra Julianum ex morte, ceterisque hujus vitæ miseriis arguit peccatum originale. Sed si natura pura, qualis modo defenditur, possibilis esset, hac argumentandi ratione nihil potuisset conficere. Nam Pelagiani quoque hujusmodi naturam defendebant. homines non peccati merito, sed

R. vide de malo a. 5. ad 11. Mors quodammodo est secundum naturam et quodammodo contra naturam, teste [illegible] Aristotele. Artifex ad formandam serram eligit ferrum veluti materiam duram et aptam ad secandum: sed ferrum est frangibile et rubiginem contrahens quod est contra artificis intentionem. Ita in hominis constitutione anima unitur corpori, ut medio corpore suas exerat operationes, et sensuum ministerio ideas [illegible] suas [illegible] comet. Sed huic fini congruit corpus mediæ complexionis, adeoque ex elementis contrariis, quæ ad dissolutionem tendunt: sed anima est immortalis, atque adeo apta perpetuo corpus informando. Hinc fit ut corruptio corporis secundum hanc conditionem non habet aptitudinem ad formam, sed magis repugnantiam. Factam ex concupiscentia cum spiritu comparatur imperio non regali, quod habent Principes in subditos, non despotico, quo gaudent Domini in mancipia, quæ [illegible] constringere ius sunt, ne in dominium consurgant. Tumultus populorum contra regem est quodammodo consectarium hujus regiminis, contra naturam [illegible], seu inconveniens et repugnans voluntati Principis.

(x) aut si reipsa præcisa etiam qualibet divinæ revelationis ope, suspicati sunt præsentes miserias esse peccati alicujus pœnam; hæc eorum suspicio non innitebatur principio certo et evidenti, posito scilicet in necessaria connexione harum calamitatum cum existentia peccati; sed probabili conjectura ex præsenti suavissima Dei providentia deprompta. Genere autem auctoritate usus est Augustinus, ut quoniam julianus in sui patrocinium libros adduxerat, eum quasi ejusdem armis expugnaret.

Aug. lib 2 op. imp. „ injustum facitis Deum, qui eis grave jugum imposuit. Quod etsi scriptura non diceret quis tam cæcus est mente, qui non videat miseriam generis humani a fletibus incipere parvulorum„.

(a) (ibid.) Dixerat „ Quid apertius quam quod sit Apostolus, peccatum in hunc mundum per unum hominem intrasse, et per peccatum mortem, et ita in omnes homines pertransiisse? Quod si recusare vis loquentem Apostolum, ipsam generis miseriam testem habes, quæ incipit a vagitibus parvulorum„.

Ad hoc argumentum esse conjecturale, non demonstrativum. Auctoritas Thomæ etc.

Aug. l. 6 contr. jul. c. 4. Peccato moriuntur. Cui peccato quæso, nisi quod originale traxerunt? Argumentationes humanæ ... Dominus novit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Abscondit hæc a sapientibus, et prudentibus et revelavit ea parvulis. Si tibi Christiana fides displicet, apertius confitere: nam Christianam fidem aliam non potes invenire.

sed naturæ conditione esse mortales, ^asseverant^ ut refert idem Aug. lib. de hæres. cap. 88 = ipsum quoque Adam dicunt, etiamsi non peccasset, fuisse corpore moriturum, neque ita mortuum merito culpæ, sed conditione naturæ.

R. nego minorem. Aug. hominem primum a Deo creatum fuisse immortalem adeo perspicue probavit libro 1 de peccatorum meritis, et remissione, et in ipsis libris contra julianum, ut vel ipsi Pelagiani deinceps faterentur non modo Adamum in sui pœnam delicti mortuum fuisse sed in cæteros etiam posteros mortem inde transiisse; etsi mortem malum non esse cavillarentur. = Dicunt ex Adam, ut ille refert lib. 4. contra duas epist. Pelagianorum cap 2 nihil mali transiisse per cæteros, nisi mortem, quæ non semper est malum, inquiunt, quum et martiribus sit causa præmiorum =. Quum ergo probasset Aug hominem primitus immortalitate fuisse donatum, recte colligit ex hujus vitæ incommodis, et præsertim morte, peccatum aliquod totam Adami stirpem infecisse.

Respones 2 (b) Aug. contra jul. lib. 4. cap. ult. de Philosophis ita loquitur = Hujus evidentia miseriæ gentium Philosophos, nihil de peccato primi hominis sive scientes sive credentes, compulit dicere, ob aliqua scelera suscepta in vita superiore, poenarum luendarum causa, nos esse natos et animos nostros corruptibilibus corporibus eo supplicio, quo Etrusci prædones captos affligere consueverant, tanquam vivos cum mortuis esse conjunctos = Ergo ex hujus vitæ miseriis colligi potest pravum aliquod peccatum, semota etiam revelatione, ~~sed natura pura admissa possibilitate~~ inde istud inferri non potest. ergo

(c) R. negando cons. Brutæ animantes eisdem, quibus nos, miseriis et calamitatibus affliguntur, quamvis nullius culpæ conscia sint. Apposite s. Thomas 2 Sent. d. 31. q. 1. ad 3. Si quis, inquit, divina virtute ex digito formaretur, originale non haberet, haberet nihilominus omnes defectus, quos habent, qui in originali nascuntur sine ratione tamen culpæ, vel pœnæ =. Ergo ex hujus vitæ miseriis revelatione seclusa certo saltem et evidenter, pravum aliquod peccatum demonstrari nequit De Phis

& ita inrd nostrd pergit Angelicus q. 5. de malo. a. 4 ad 1.= Seneca, et alii gentiles Phi non consideravarunt, hujusmodi defectus sub ratione pœnæ. Cæterum Theodoretus lib. 5. ad Græcos admonet eorum sententias ad modum diversas fuisse, aliis cum Tullio lib. 3. de Republica naturam carpentibus, aliis cum Platone lib. pariter 3. de Republica, et cum Galleno laudantibus. Quod si qui ex miseriis hujus vitæ aliquod primævum delictum suspicati sunt, eo pervenisse dicendum est, quia ex librorum Moysis lectione, ex consuetudine, quam habuerunt cum Hebræis, et ex antiquissima traditione felicissimam primi hominis conditionem discere potuerunt.(c) Itaque quum hi de præsenti rerum statu, in quo hominis calamitates veræ sunt peccati supplicia, eorum auctoritate merito usus est Augustinus, ut Julianum, qui Phos in rei patrocinium laudaverat, quasi ejusdem armis debellaret. Alia ratione huic difficultati posses responderi, concedendo scilicet priorem consequentiam, et negando assumptam minorem, ex iis, quæ statim dicemus, apparebit.

Oppones 4. contra omnes Assertionis partes. Non potuit homo in eo statu creari, in quo legem naturæ observare non potuisset, nec virtutum opera exercere, sed ~~incertum~~ damnationis periculo expositus fuisset. At hujusmodi esset ille naturæ puræ status, in quo gratia supernaturali carens homo ignorantia, concupiscentia, cæterisque incomodis obstrictus nasceretur. Ergo. Minor prob. Hujus naturæ defensores statuunt naturæ corruptæ conditionem a statu naturæ puræ non differre, nisi ut spoliatum a nudo, easdemque liberi arbitrii modo esse, quales in statu naturæ puræ fuissent. Atqui in hoc naturæ corruptæ statu homo sine gratia Dei supernaturali nec legem naturæ adimplere valet, neque opera virtutum exercere, sed ~~incertum~~ damnationis periculo esset expositus. Ergo eodem modo etiam in naturæ puræ statu.

R.o nego minorem. Ad probationem respondeo, ~~primo~~ non omnes naturæ puræ defensores illam deprimere ad

Conjecturale desumptum ex poetarum fabulis, quas veritate inniti sub quibusdam involucris docent passim eruditi, et latius cum aliis a Scripturarum libris fundamentales earum veritates exceptas esse. Quum libri illi continuerunt primam originem omnium hominum, cujus cognoscendæ singuli ardent desiderio, in plurium cognitionem venerunt, additaque traditione Patrum narrantium filiis, iisque generationi alteri fieri non poterat, ut prima illa felicitas non evulgaretur fere penes omnes gentes. Hinc præexistentium animarum commentum, quo explicabat in suis fabulis tegumento et primæva felicitas, et primi parentis culpa, ejusque propagatio.

Augustini argumentatio contra Manichæos, quæ ab ipso confirmatur per verba Demonstrationis præter illa, in quibus dixerat parvulos a Deo relinqui subjectos hujus vitæ miseriis quos compensaturus sit Deus quod interpretatus est de parvulis Christi sanguine martirii confirmatis [illegible] in Christo baptizatis. Cæterum intactam reliquit alteram responsionem adversus Manichæos, scilicet ideo relinqui quia nullum e meritis et [illegible].

(c) R. d. conseq.: ex miseriis hujus vitæ colligi notæ primævum aliquod peccatum, conjecturali ratione et [illegible] deprompta ex suavioni Dei Providentiæ, quæ undique splendescit, concedo: certa et demonstrativa illatione; nego consequentiam. Si certo evidenter Augustinus putasset, ex hujus vitæ miseriis absque revelationis ope certo et evidenter colligi posse originale peccatum; non docuisset certa ratione vinci Manichæos etsi hujusmodi calamitates essent non pœna peccati, sed primordia naturæ, nec ullo modo vel in hac hypothesi tandem hæresi locum superesse. Hæc enim duo mutuo destruuntur, ut consideranti patebit. Atqui Aug. lib. de dono perseverantia c. 11. docet, se

certa ratione conclusisse adversus Manichaeos, etsi praesentis vitae calamitates non essent supplicia peccati, sed primordia naturae: et cap. 12. neque in hac hypothesi ulla modo haberi Manichaeorum locum superesse. Restat ergo ut objectum argumentum intervenit in Pelagianos, non tanquam certum et demonstrativum, sed duntaxat tanquam conjecturale; inspecta scilicet suaviori Dei providentia; quae suadet hominem ita miserum propria culpa factum esse, potiusquam ex primae institutionis conditione. Doctrinam apertissime tradit etiam Angelicus ... lib. 4. contra Gentes etc. (vid. Oppones 1.)

Non valet autem etc. (ut in resp. ad opp. 1.)

Doctrinam hactenus expositam nostrae ex Angelico placet comprobare (ut in M. ad hanc obj.)

eam miseram conditionem, ad quam homo post peccatum redactus e. Homo enim post peccatum Adae servituti daemonis mancipatus et a concupiscentia vexatur vehementius, et ad bene operandum majorem experitur difficultatem, quam in statu illo, in quo naturalis legis observantia, et virtutum naturalium exercitium naturalibus hominis viribus saltem quamdiu non peccaret, nequaquam excederent. Ex quo illud consequitur, quod ipsis etiam naturae purae status patronis probatur, per Adae peccatum naturam humanam non modo gratuitis et supernaturalibus donis spoliatam fuisse, sed etiam in naturalibus suis potentiis sauciatam, infirmatam, ac debiliorem factam, quam in statu naturae purae fuisset. In eo etiam statu ad vincendam concupiscentiam et ad virtutes consectandas non defutura fuissent auxilia, licet ordinis duntaxat naturalis. Illud vero divinum auxilium homini exposcendum, et humili prece et obsecratione a Deo implorandum esse, quaecunque sit humanae naturae conditio, rectae rationis lumine Gentiles intellexerunt. S. Thomas 2.2. q. 85. a. 3. et q. 83. ar. 1. 0, et D. August. lib. 3. de lib. arbit. cap. 20. cum ceteris moralis Philosophiae Praeceptoribus concordissime docent, ubi Deum ad Religionem naturalem id pertinere affirmant, et vel in eo beatitudinis statu, in quo conditus fuit Adam praestandum fuisse monet s. Doctor Aug.

Respondent 2. alii concedendo majorem posteriori silogismi, et negando minorem: ~~has apparentes miserias~~ ut testatur Aug. lib. 2. cap. 3. de pecc. merit. et remissione ad nonnulla superanda, quae vel male cupiuntur, vel quae male fugiuntur, magnis aliquando, et totis viribus opus est voluntatis; juris tamen naturae praecepta observare difficultatibus nostris, nisi intimus quidam vigor, viribus naturae conditione homini debitis divinitus adjectus homini vegat non, uti concedimus ab iis Theologis, qui peccatum originale a Baii objectionibus vindicare ... contendunt. Voluptates quidem ardentissimis, et innanibus affectibus, quasi quibusdam furiis animum exagitant, ... flagitia extimulant, atque ad illa torpentem ... torquent; = natura tamen teste Seneca epist. 117. ad illa

vincendas satis ex bonis dedit homini, si illo utimur, si vires nostras colligimus, si totas pro nobis, non contra nos excitamus=. Neque vero sententiā hanc eorū Patrū auctoritate labefactari posse contendunt, qui asserunt sine Dei adjutorio nec carnis concupiscentias superari, nec Diaboli insidias eludi, nec humanos errores posse vitari. Eorū ē sententiæ, inquiunt, vel ad legē universā, cum naturalē, tum summo Dei arbitrio ac potestate adjectā, vel ad observantiā, quæ filiorū Dei ē et ad Deum revelata facie intuendū conducit, vel denique ad peculiarē integræ, cælibisque vitæ statū, vel denique ad potestatē agendi expeditā, et cū opere conjunctā referendæ sunt, non secus atque illa, quibus pronuntiat Cælestinus in epist. ad Gallos, neminē etsi baptismatis gratiā renovatū idoneum esse ad superandas Diaboli insidias, et ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianū adjutoriū Dei perseverantiā bonæ conversationis acceperit. et Trid. Synodus justificatū sine speciali auxilio Dei in accepta justitia perseverare non posse. Quod tū auxiliū non omnibus, licet omnes perseverare teneantur, nec ob merita nostra dari, sed quibusdā ob id Dei secretissimā, eandemque justissimā voluntatē, certū ē ex Augustino. Firmissime nempe creditur juxta eundē s. Doctorē Deum justū et bonū impossibilia non potuisse præcipere.

Oppones 1.º Licet homo in eo naturæ puræ statu creari potuerit, in quo ignorantiæ, concupiscentiæ, cæterisque miseriis obnoxius ēet, absolute Dei omnipotentiā solum inspectā, creari potuerit; tamen Divinæ Bonitati, ac Providentiæ consentaneū non fuisset. Atqui si alicui Dei perfectioni hujusmodi status consentaneus non est, statim licet colligere impossibilē esse. In Deo ē, inquit Anselmus quamlibet parvā rationē, nisi majori vincatur sequitur necessitas. Major ostenditur ex s. Thoma qui lib. 4. contra Gentes cap. 52. respondens iis, qui hujus vitæ calamitates non peccati pœnas, sed naturales defectus, qui ex necessitate materiæ consequuntur esse posse dicunt, atque idcirco ex hujusmodi ærumnis non posse ostendi peccatū originale contendunt,

hanc difficultatem eta occurunt = Sed tamen si quis recte considerat, satis probabiliter poterit estimare, divina providentia supposita, quae singulis perfectionibus propria perfectibilia coaptavit, quod Deus superiorem naturam inferiori ad hoc conjunxit, ut ei dominaretur, et si quod ejus dominii impedimentum ex defectu naturae contingeret, ejus speciali, et supernaturali beneficio tolleretur =.

2.o negando majorem. Quis ignorat plurima a liberrimo Dei arbitrio pendere, quae si fierent, maxime essent consentanea? quin tamen ullum ex eo inconveniens sequutum sit, quod nunquam facta fuerint? An divinae bonitati consentaneum non fuisset, Angelis rebellibus tempus paenitendi indulgere? primum hominem validioribus adeo auxiliis instruere, ut in accepta justitia perseveraret? humanum genus Parentis delicto peccato dejectum in antiquum integritatis statum restituere? Haec tamen quae Dei bonitati maxime sunt consentanea, Deum non praestitisse, incompertum est. Eadem prorsus ratione maxime quidem Bonitati Dei conveniens fuit, primum hominem per supernaturalia gratiae beneficia a naturae defectibus plurimis immunem reddere, quin tamen quidquam ejusdem Bonitati derogaturum fuisset, si hujusmodi dona ipsi negasset. Necessitas autem, quam S. Anselmus ex quantumlibet parva ratione, nisi majori vincatur, in Deo sequi affirmat, non in opere ipso, quod magis, aut minus penes hominum existimationem perfectum videtur, est inquirenda; sed in liberrima ac sapientissima ejus voluntate qua quidquid egit, non nisi excellentissimum finem sibi debet praestituere. S. . . . .

Ad majoris confirmationem respondeo, Divo Thomae sermonem esse de Providentia Dei libera, juxta quam omnia suaviter esse disposita observamus, multisque naturae defectibus beneficentissime subventum; idque secundum conjecturalem aliquam probabilitatem, non autem de providentia necessaria, quam aliqua ejus perfectio necessario exigit, neque id secundum certam cognitionem. Patet istud manifestissime ex verbis ipsis, quae nobis objiciuntur, quibus indicatur ejusmodi defectus speciali, et supernaturali beneficio

tollendos. Non valet igitur hac illatio apud nonnullos Theologos hodie recepta: status naturæ puræ probabiliter non cohæret cum presente suavi, ac beneficentissima Dei Providentia: ergo is status ita repugnat cum Dei perfectionibus, ut pro alia rerum constitutione, aliaque decretorum serie non potuerit homo in eo condi. Dum enim quæritur, an status naturæ puræ sit possibilis, non quæritur num status ille cohæreat cum presenti rerum ordine, ex liberrimo Dei arbitratu, et beneficentissima ejus voluntate constituto, in quo plures defectus ex rebus creatis sua veluti sponte consequentes impediuntur; sed illud in quæstionem adducitur, an ejusmodi status ita alicui Dei perfectioni adversetur, ut eo admisso, aliquid ejus bonitati, justitiæ, sanctitati, providentiæ et ceteris Dei perfectionibus oppositum admittatur; an gratia sanctificans, donum integritatis, et immortalitatis ita gratuita sint Dei beneficia, ut a Deo salvis ejus perfectionibus humanæ naturæ potuerint denegari.

Oppones 6. Omnium argumentorum maximum, quod naturæ puræ defensores obtrudunt, ex plurium Baji propositionum damnatione excerptum est. Illud vero per se se infirmum est: ergo nulla sufficienti ratione ejusmodi possibilitas sustinetur. Minorem ita primum ostendit Contensonius lib. 8 Diss. 1. cap. 1. spec. 2. „ Declaravit Pius V. plures ex Baji propositionibus esse veras et Catholicas, et ab Augustino totidem verbis quandoque descriptas sunt; eas tamen omnes sua Sanctitas reprobavit vel ob censuræ acerbitatem, vel ob autoris supercilium, vel ob pravam earum interpretationem = Secundo Bertii compilator Michael Bajus, pergit ille, quasi esset orbis Magister, et Dux Verbi, omnes Doctores tanquam falsidicos ex tripode pronunciat, sibique soli veritatem eximiam esse asserit. Falsa, inquit, Doctorum sententia. Quasi dicat: mihi soli veritas patuit, quia non sum sicut cæteri hominum. Hoc supercilium damnat Ecclesiæ Hierarca =. Secundo Bertii compilator = Theologi, Augustinenses, inquit, qui statum impugnant puræ naturæ, quique afirmant non potuisse a Deo condi naturam integram, omni supernaturali auxilio expoliatam, non id repetunt cum Bajo ex parte

ipsius naturæ, quasi gratia foret ejus pars, aut proprie-
tas, vel eadem gratia a conditione naturæ, tamquam ab
efficiente principio manaret, vel denique gratia spectaret
ad naturæ constitutionem, et esset naturæ proportionata, ut
Bajus somniavit; sed ut creatura rationalis ad imaginem
Dei condita, et supernæ beatitudinis capax, ad quam, quam
promereri, et comparare non poterat naturæ, et insitis
viribus, posset supernaturalibus gratiarum auxiliis naturæ
ipsi superadditis, Deo juvante pervenire. Sed hæc sen-
tentia toto Cœlo distat a proscripto Bajano dogmate
ut per se notum est: Ergo &c. Tandem status naturæ puræ impos-
sibilitas non clanculum, et in angulo, sed palam et ubique
in ipso etiam Catholicæ Religionis centro, Ecclesiæ Pasto-
ribus nihil repugnantibus defenditur. Quis ergo poterit
affirmare Pontificum sanctionibus huic sententiæ quidquam
fuisse derogatum?

R. concedo majorem nego minorem. Ad ejus primam
confirmationem, ecquis, amabo, illam Pii Pontificis de-
clarationem Contensonio aperuit? Certe, ut alias adnota-
vimus, quamvis Pii constitutio nonnullas Bajanas pro-
aliquo pacto sustineri posse dicat, nequaquam tamen veras et
Catholicas, aut ab Augustino iisdem verbis exceptas, ut
facit Contensonius, pronuntiat. Quod si ita privato Doctori
liceat interpretari propositiones? Pontificum Constitutiones
quæ Baji propositiones in rigore et proprio verborum sensu
ab Assertoribus intento proscripserunt, quis honor, quis
vis quod robur gravissimis Ecclesiæ decretis remanerit?
At ideo reprehendendæ, ac proscribendæ Baji propos.
quia in illis aliorum sententiæ gravi censura inurebantur,
inquit Contensonius; et falsam dixit sententiam Doctorum,
primum hominem potuisse a Deo creari et institui sine ju-
stitia naturali; quasi nempe solus Bajus esset veridicus
terrarum Doctor. Dignam profecto Ecclesiæ occupatione
Hierarcha, ut propositionem veram et Catholicam damna-
quod falsam ejus oppositam Universitatis Lovaniensis, in
Cancellarius prohiberet. Quid ergo? nemine nisi uno
Magister, et Dux sedis sit, affirmare licebit, neque
rem aliquam, quæ revera falsa sit, falsam appellare?

atque idcirco veritatem sibi soli patuisse affirmat, et supra ceteros mortales omnes sese effert, qui propositionem aliquam reipsa falsam, tamquam revera falsam pronuntiat! Hoc ob horrendum facinus rubente Dextera e sacra jaculatus arce Pontifex summus nova monstra questus terruit orbem? Quam contentionis fiet, qui hujusmodi interpretamenta in Theologiam sacram invehere non erubescit? At plures e Bajanis propositionibus, ex quarum proscribitione damnatione in nostrae Assertionis firmamentum argumentati sumus, nullam, quae oppositam sententiam noteret, continuam continent. Istae autem quare proscriptae sunt?

Berti compilatoris interpretatio utut ingeniosa, et erga Pontificia diplomata observantiae plenissima, non satisfacit. Neque enim de principiis ullis, ex quibus propositiones illae fluxerunt, in Pontificio decreto sermo est; sed ipsae propositiones in rigore, quod saepe repetendum est, et in proprio verborum sensu proscriptae sunt, ex quibus demum cumque principiis, et Baji praejudiciis emanarint. Sed neque Bajus ita delirasse censendus est, ut asseverit justitiam originalem eo sensu naturalem esse, ut naturae partem, vel proprietatem, vel a conditione naturae tamquam ab efficiente principio manantem crediderit. Constat id luculenter ex ejus propositionibus, praecipue vero ex 21 *Humanae naturae sublimatio, et exaltatio in consortium divinae naturae debita fuit integritati primae conditionis*, ubi per voces sublimatio et exaltatio sufficienter innuit gratiam sanctificantem et inte[g]ritatis donum, nec naturam esse, nec naturae partem neque a conditione naturae tamquam ab efficiente principio emanare. Quod autem addat in hac non secus atque in 26, doceatque, integritatem primae creationis naturalem fuisse ejus conditionem, atque idcirco humanae naturae proportionatam esse, a qua re affirmanda abhorret Bergius, verborum puto non verum esse dissensionem a nominali naturae definitione pendentem. Sive enim dicas a natura aliquid exigi, quo propositum sibi finem consequi possit, seu aliquid naturae ab ejus auctore ex sapientiae ac Sapientiae deberi, ut ad finem sibi propositum queat pervenire, eandem rem aliis verbis enuncias. Nonne

homine est naturale, quod ad humanam naturam pertinet, et sine quo deficeret in necessariis? Quid autem ad naturam magis pertinet, quid ei magis necessarium, quam ea subsidia, sine quibus finem sibi necessario praestitutum consequi nequit?

At status naturae purae, dicebant ultimo loco pridem inter Catholicos impugnatur, quin tamen aut Episcopi, aut summus Ecclesiae Hierarcha reclamen. Quid tum? Ergo ejus status impugnatores, tamquam violatae Pontificiae Constitutionis reos privato Theologo iure facere non licet. Demus istud. Nihil ad pondus ex Piano diplomate sententiae nostrae, imo firmamenti maximum non accrescere, istud vero non damus [illegible]

Si quoties peccant homines sua fulmina mittat
Juppiter, exiguo tempore inermis erit

Multiplici argumentorum pondere Originalis peccati dogma statuitur, et vindicatur; quae pro immaculato B. V. Mariae Conceptu ob Ecclesia fuere sancita breviter referuntur.

Caput III.

Originalis peccati dogma statuitur, [illegible] ter an ejus culpae naturam inquiritur, et proponitur expeditior modus quo in Adae posteros propagatur.

8 V. A fortunatissimo innocentiae statu, in quo primus homo excellentissimis divinae Gratiae muneribus instructus fuerat constitutus, ad illam aerumnarum plenam naturae humanae conditionem, in quam universum hominum genus Adae culpa pertraxit, sua veluti sponte sermo noster descendit. Hujus argumenti necessitatem praeclare. Aug. lib. de peccato originali cap. 24 insinuavit. „ In causa duorum hominum quorum per unum venundati sumus sub peccato, per alterum redimimur a peccatis, per unum praecipitati sumus in mortem, per alterum liberamur ad vitam; quorum ille nos in se perdidit faciendo voluntatem suam, non ejus a quo factus erat; iste nos in se salvos fecit, non faciendo voluntatem suam, sed ejus a quo missus est; in horum duorum hominum causa proprie fides Christiana consistit „. Et lib. 2. cont. Julianum cap. [illegible] quis vult, inquit, calefactare, quod scriptum est per hominem mors... tantum quod in Christum credimus

auferre malitiam.

VI. Ut autem planius innotescat, quid in hoc dogmate profiteatur Christi Ecclesia, plurimis interim omissis Theologorum opinionibus, qui originis culpæ naturam, et physicam ejus, ut ajunt essentiam investigantes satis incerta congesserunt, hanc peccati originalis notionem apud omnes receptam, habetote: Peccatum primi hominis in posteros naturali generatione ab eo descendentes emanans. Aliis licet verbis expressam, eandem apud veteres Patres originalis culpæ notionem reperimus. S. Ignatius Martir epist. ad Trallianos peccatum hoc antiquam impietatem nominavit; s. Irenæus lib. 5. adversus hæreses Chirographum debitorum nostrorum scriptum ab Adam; s. Cyprianus lib. 3. epist. 8. contagium mortis antiquæ; s. Joan. Crisostomus hom. 43. in primam ad Corinth. peccatum radicale; s. Hier. lib. 3. contra Pelagianos primam primi Parentis prævaricationem; s. Aug. lib. 2. de pecc. meritis cap. 10. peccatum quo sumus naturaliter, sive originaliter, filii iræ. Alii hæreditariam maculam, alii antiquam labem, alii chirographum mortis, et irregularitatis nuncuparunt. 9.

VII. Priusquam fide certum esse ostendamus hac originaria macula mortale genus vere ac proprie fœdari, eos, qui hac in re falsa opinione ducti sunt, breviter dinumeremus. Ab ineunte secundo Ecclesiæ sæculo, ut lib. 3. Stromatum refert Clemens Alexandrinus, quidam Carpocratiani, Adæ prævaricationem sibi soli, non vero ejus propagini nocuisse affirmarunt. In eundem errorem lapsi dicuntur Origenes, Theodorus Mopsuestenus, ac qui volunt Ruffinus. De Mopsuesteno fidem facit Marius Mercator in libello contra Julianum conscripto elucubrato, quem m. s. in Bibliotheca Vaticana asservari ait Noris[ius] ejusdem primus Bibliothecæ Præfectus, tum S. R. E. Cardinalis. De Ruffino autem quicunque ille sit, Aquilejensis ne, an Syrus, an Palestinus, in quo multum laborant eruditi, testatur Cælestius Pelagii discipulus.[a] Cum enim in Concilio Carthaginensi a Paulino Diacono interrogatus esset 10.

Hoc idem dogma inficiati sunt deinde Manichæi et Pelagiani, ut de prioribus l. 4. contra epist. fundamenti, de posterioribus in innumeris in locis testatur s. Aug.

[a] B. Bernardus de Rubeis Dolo [illegible] versipelli [illegible] et Ruffinus sive Aquil. sive Syrus [illegible] cionem [illegible] auctor. pag. 18. [illegible]

Calestius, et edere, iussus nomina eorum, ex quibus audiisset, Adæ peccatum ipsi soli, et non generi humano obfuisse, reposuit. S. Presbiter Rufinus, Romæ qui mansit cum s. Pammachio, ego audivi illum dicentem quia tradux peccati non sit. Post Rufinum venit tota lapsus cum Pelagianorum grege de quibus notandum illud Aug. testimonium, quod lib. de hær. cap. 88. legitur „ Parvulos negant secundum Adam carnaliter natos contagium mortis antiquæ prima nativitate contrahere, sic enim sine ullo peccati originalis vinculo asserunt nasci, ut prorsus non sit, quod eis oporteat secunda nativitate dimitti: sed eos propterea baptizari, ut regeneratione adoptati admittantur ad regnum Dei, et de bono in melius translati; non ista renovatione ab aliquo malo obligationis veteris absoluti. Nam etiamsi non baptizentur, promittunt eis extra quidem regnum Dei, sed tamen æternam et beatam quandam vitam suam„. Nec minus animadvertenda sunt, quæ scripsit de Manichæis lib. 4. contra Epist. fundamenti cap. 4. „ Nec Manichæi, inquit, adstruunt originale peccatum... sed carnem dicunt ab initio malam de malo corpore, et a malo spiritu et cum malo spiritu creatam; animam vero bonam, partem scilicet Dei, pro meritis inquinationis suæ, per cibos, et potum, in quibus antea colligata est, venire in hominem, et ita per concubitum carnis vinculo alligari. Pelagianos circa medium sæculi xiii Armeni imitati Pueros ab infidelibus, aut hæreticis procreatos ante baptismum morte correptos cum suis Parentibus ad inferos descendere affirmarent, a fidelibus tamen genitos, beatam vitam in Paradiso terrestri acturos esse contendebant. Albanenses quoque, Hussitæ, Anabaptistæ, Sociniani, et alii, quorum nominas longum esset numerando complecti originalem culpam sunt inficiati. De eodem tandem errore suspectus est etiam Erasmus Roterodamus: nam impudenter mentiri asserit eos, qui locum illum Apostoli ad Ephes. 2 in quo natura filii iræ dicimur, negant posse intelligi de Peccato originis solum exemplo atque

imitatione in nos propagato. At licet omnes vepent haeretici, sacrarum Scripturarum, et SS. Patrum, et probatissimorum Conciliorum testimonia, ac tertius Ecclesiae judicium, et consensum seculi ita statuimus.

Assertio.

Existit peccatum originale, hoc e peccatum ~~mortale~~ vere et proprie dictum ab Adamo in omnes ejus Posteros per naturalem propagationem descendentes, ~~neque speciali privilegio~~ exemptos transfusum.

Momentum primum ex Jobi 14 v.4. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es? jam vero immunditias, quam homines contrahunt in ipsa conceptione, et a qua solus Deus mundare pt, animae immunditia e, non solius corporis. Atqui animae immunditia, quam homines contrahunt in ipsa conceptione, nihil aliud esse potest, quam peccatum Adae in ejus posteros ~~per~~ transfusum ...

Momentum primum ex Jobi 14 desumptum. Quis potest, inquit ille v.4. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? His verbis affirmat Jobus, homines in ipsa conceptione immunditia foedari, a qua solus Deus mundare potest, quae proinde non corporis, sed animae immunditia est. Atqui animae immunditia in ipsa conceptione contracta nihil aliud aliud e potest, quam peccatum Adae in posteros propagatum, affirmat ergo Jobus originis labe infectos esse mortales. Inepte autem hoc Sociniani sordes et immunditias corporeas obtrudunt. Has enim non unus Deus, at mulierculae cinere et smegmate eluunt in thermis; ~~neque sordes istae contrahuntur immundo semine, sed prolis conuinitur.~~ Adnotanda hoc loco e LXX interpretum versio, quam veteres Patres communiter sequuntur, in qua testimonium Jobi ita exhibetur: Quis mundus erit a sorde? Nec unus, si etiam unius dies. Ita legunt Cyprianus, Leo aliique plurimi Patres.

Aug. in psalm. 50. n. 10 nemo mundus in conspectu tuo

vita ejus in terra. Quod si nec infans unius diei immunis è ab illis sordibus, quarum commemoratione, humilique confessione Deum ad clementiam flectere solemus; ab ipsa nativitate peccatum aliquod eis inhaeret, quod originale vocamus. Sed nec infans unius diei ab ejusmodi sordibus immunis est. omnibus ergo inhaeret peccatum originale. Hinc S. Basil. exp. in psalm. 32. Nequit homo mundo corde, et liber omnino a sorde peccati inveniri, etsi unius diei tempore supra terram vixerit.

Momentum 2dum ex psalmo 50, ubi Regius Psaltes Ecce enim inquit, in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. Iniquitas haec et peccatum proximis ejus Parentibus, a quibus genitus David profecto attribui non potest. Praeter quam quod alieni peccati commemoratio ad scopum Regis, seu ad Dei misericordiam sibi conciliandam parum faciret. numquid David, ut advertit Aug. in hunc psalm. numquid de adulterio natus erat de Jesse viro justo et conjuge ipsius? Quid est quod dicit se in iniquitate conceptum, nisi quia trahitur iniquitas ex Adam. Multo minus cum Socinianis id acceperis de peccato a Davide, postquam regnum obtinuit, propria voluntate patrati. Quamnam enim Uriae interfectio, et alieni thori violatio cum ejus conceptione ibidem commemorata habet connexionem? Reponebant Pelagiani non originale quod unum è, sed plura actualia peccata verba in iniquitatibus, et in peccatis indigitari. Verum Aug. Enchiridii cap 46. ita eorum audaciam compescuit = Neque hic dixit in iniquitate, vel peccato cum et hoc recte dici possit, sed iniquitates, et peccata dicere maluit, quia et in illo uno, quod et in omnes homines pertransiit, ... reperiuntur, sicut, supra disserui, plurima peccata. Haec autem plura peccata ex eodem Aug. cap. 1 hujus libri quaestiuncula tertia nos jam recensuimus sunt vero, si meministis, superbia, sacrilegium, homicidium, fornicatio, furtum, et avaritia. Sed hebraica lectione etiam aperte convincuntur. in hac enim legimus ita

Aug. in Enchir. c. 44. probat ex Scripturis frequenter plurale pro singulari adhiberi: Mortui sunt, [illegible] quaerebant animam pueri, Exodi: fecerunt sibi deos aureos unum vitulum aureum, de quo: Hi sunt Dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Eadem ratione ait baptizari parvulos in remissionem peccatorum dici.

Justius hyperbolem sibi videre visus è; quasi dictum sit: non nunc tantum, sed et a pueritia mea ... [illegible] peccavi et illa, [illegible] ... natura mea

ecce in iniquitate genitus sum, seu natus sum: et in peccato calefecit me, sive concepit, sive in ventre gessit, mater mea. Provoco ad sapientes omnes, utrum, luculentius, ac planius testimonium afferri queat. Homo in peccato conceptus, iniquitate concretus, ex ipso ventre matris peccator, quid aliud est, quam homo a primo suae vitae momento originis labe viciatus? Quare Ecclesiae Patres, interpretes, et ipsi judaei, quorum Magistros affert Galatinus, in hac Davidis confessione communi sententia originale peccatum agnoverunt.

Momentum III. ex Apostolo. Hic ad Rom. 5. v. 12. ita scripsit = Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt =. Datur ergo peccatum, quod per unum hominem in hunc mundum intravit, quod omnes in primo homine admiserunt, et propter quod omnes morti obnoxii sunt. Sed istud est peccatum vere et proprie dictum, et quidem mortale, quod non sola imitatione, sed origine, et naturali propagatione in omnes Adae Posteros diffunditur. Existit igitur originale peccatum, quale a nobis descriptum est. Mirum quantum hic Pelagiani se se contorqueant, quantumque laborent, ut vim argumenti eludant. Metaphorice, et improprie, inquiunt, peccatum hic accepit Apostolus; vel per hominem unum ideo intravit, quia ceteri Adamum peccatorem imitantur; vel ideo intrasse per Adamum dicitur, quia ipso peccante, tum primum esse coepit in mundo peccatum. At inepte. Apostolus ibidem loquitur de peccato, propter quod omnes moriuntur: vere autem et proprie peccatum illud est, quod parit mortem, de quo Paulus idem ait, stipendia peccati mors. = Mors poenalis, ut Aug. verbis utar (lib. 6. oper. imp. cap. 37.) sub justo et omnipotenti judice nullo pacto esset, nisi meritis peccati accidisset =. Atqui nonne ibidem Apost. peccatum a morte, tamquam ab effectu causam aperte distinguit, et et utrumque per unum hominem in ceteris omnibus regnare affirmat? Apage ergo hujusmodi impropriam locutionem.

crevit mecum miseratio, et de utero matris meae egressa est mecum; psalm. tu es qui extraxisti me de ventre: in te projectus sum ex utero. Alienati sunt peccatores a vulva erraverunt ab utero, locuti sunt falsa, Isaie 48. 8. transgressorem ex utero vocavi te.

Sed David non erat ex genitoribus impiis, et vitiis innutritus inter prava exempla. Totus contextus limpidus et accomodatus ad implorandam misericordiam de suo peccato. Necesse non habuit se ad illos comparare, qui a pessimis genitoribus orti ab ipsa infantia coeperunt innutriri, et gravissimis sceleribus inquinari. Hi qui semper deliquerunt, nullumque aetatis suae tempus fluxit, quo iniquitatibus se dare cessaverint, rectissime dicuntur errasse a vulva per quandam exagerationem, nisi etiam originale contineri etiam velimus.

„Cur non quaero annuimus esse quosdam natura misericordes; si non quosdam non negamus iracundos? Sunt enim nonnulla congenita, quae in aetate, qua usus incipit rationis, sicut ipsa ratio incipiunt apparere„ Aug. lib. 4. op. imp.

Tandem objectum et causa spei Davidis fuit Deus ab utero. Omnia a te expectant. Terra, quae de Caelo expectat pluviam. Omnia scilicet indigent altore et parente Deo

Aug. de pecc. meritis l. 1. cap. 10: Dicitur quemquam divinis eloquiis peccasse, vel peccare in Diabolo, quem cum iniqui et impii omnes imitentur, nescio utrum quisquam reperiat = in hoc esse dicerentur homines peccare. Ita per Adam peccatum, ut per Christum justitia. Christus est ita est justitia, ut sit causa cur sequamur, et imitemur illum, ergo etiam Adam erit vera causa et peccati, et mortis.

Eph. 2 Eramus et nos natura filii irae sicut et caeteri

Ecclesiae praxis pueros baptizandi docent Dionis. Orig. Cyprian. etc. Baptismus datur in remissionem peccatorum Ephes. mundans eam lavacro aquae in verbo vitae Tit. 3. per lavacrum regenerationis et renovationis etc. Forma baptismi baptizo, lavo, mundo

Per circumcisionem aut tollebatur originale peccatum, aut ejusdem purgatio significabatur. Hinc ibi fieri debebat, ubi praecipua peccati poena, et effectus dignoscebatur.

Exorcismi ad expulsionem Daemonis adhibentur.

si imitatione (tantummodo) imitatione per unum hominem, non reipsa peccatum intravit in mundum, qui affirmasset Apostolus v. 16: ob Adae delictum mortem regnasse etiam in parvulos, qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae? At si de imitatione disceptetur, non per hominem peccatum intravit, sed per Diabolum, qui prior peccavit, et alios ad peccatum induxit. Ex quo tertium etiam Pelag. argumentum repellitur.

Argumentum IV. ex Baptismi necessitate, ejusque ..tibus. Baptismum ad salutem omnibus omnino necessarium esse docet Christus Joan. 3. per illa verba = Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Sp. S. non potest introire in Regnum Dei =, tum etiam Ecclesiae sensus et perpetua consuetudo, quae summa solicitudine curavit semper, ut infantes de vita periclitantes baptizentur. omnes igitur etiam infantes egent baptismatis effectu. Atqui baptismi effectus est peccatorum remissio, ut docet Paulus ad Eph. 5: illis verbis, Mundans lavacro aquae in verbo vitae. Infantes igitur aliquo detinentur peccato. Frustra vero hic nos morantur Pelagiani, regerendo infantibus necessarium esse baptisma, non ut vitam consequantur aeternam, sed ut in regnum Dei possint introire. Ubi nam aeterna vita nisi in Caelorum regno? Christus Matth. 25: electis suis se daturum promisit = Venite benedicti Patris mei, possidete regnum paratum vobis regnum a constitutione mundi = et paulo post de iisdem electis adjungit. = ibunt hi in supplicium aeternum; justi autem in vitam aeternam =. Perpendant haec Pelagiani et obmutescant. Imo vero et Ceremonias in baptismo adhiberi solitas, exorcismos et insufflationes considerent, quibus Spiritus immundus ab infantibus baptizandis expellitur, quas ceremonias numquam ipsi negarent, ut lib. 6. contra Jul. c. 5: testatur Augustinus. Propter hoc est, ut idem S. D. ait lib. 2. Op. imp. n.° 181. = propter hoc et infantes cum baptizantur exeuntur de potestate tenebrarum. Alioquin magna injuria Dei, sicut jam diximus, et saepe dicendum est, exorcizatur, et exsufflatur imago Dei, si non ibi ille exorcizatur, et exsufflatur Princeps mundi, qui mittitur

foras, ut sit illic habitatio Spiritus S. = Ex quibus ita Julianum loc. paulo ante commemorato exagitat Hipponensis = id tu commemorare timuisti, tanquam ipse ab orbe toto exsufflandus esses, si huic exsufflationi, qua Princeps mundi a parvulis ejicitur foras, contradicere voluisses,,.

Momentum V. ex traditione Patrum, Summorum Pontificum, et Conciliorum, atque adeo universæ Christi Ecclesiæ. Patrum Catalogum apud Belarminum, aliosq. pervurrere licet; præsertim vero apud Aug. lib. 2. contra Julianum, ubi adducens et Irenæum, et Cyprianum, et Reticium, et Olimpium, et Hil. et Greg. et Basil. et Ambr. Joannem, Innocentium, Hieronimum, ceterosque socios, ac participes eorum, insuper et universam Christi Ecclesiam, rem ita complectitur,, Quod invenerunt in Ecclesia tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt; quod a Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt. Nondum vobiscum (Pelagiani) apud istos judices aliquid agebamus: et apud eos acta est causa nostra. Nec nos nec vos noti eis fueramus, et eorum pro nobis latas contra vos sententias recitamus. Nondum vobiscum certabamus, et eis pronunciantibus vicimus,,. Pontifices et Concilia quid opus est commemorare, sicut primum Pelagii errores innotuerunt, eos,, ubique diffusus Christi exercitus debellavit,, ut lib. 5. contra Julianum cap. 1. de Cælestio loquitur Augustinus. Testis est Innoc. I. in epist. ad Concilium Milevitanum, Zozimus in epist. ad totius orbis Episcopos, Cælestinus in epist. 2. ad Episcopos Galliæ: ex Conciliis vero habemus Palæstinum, Milevitanum, 2. Carthaginense, Arausicanum 2dum can. 2. et alia particularia plura: Synodos œcumenicas habemus, ut Ephesinam in sua epist. Sinodica ad Cælestinum, Florentinam in sua definitione, Tridentinam denique sess. V. can. II. quocum concludimus,, Si quis Adæ prævaricationem sibi soli, et non ejus propagini asserit nocuisse, et acceptam a Deo sanctitatem, et justitiam, quam perdidit, sibi soli, et non nobis etiam eam perdidisse, aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem, et pœnas corporis tantum in omne genus hu-

manum tranfudisse; non autem et peccatum, quo mors [qua mors est] animæ, ut anathema sit".

Solvuntur argumenta contraria ex Scriptura petita.

Oppones 1. Auctor quæstionum, et responsionum ad Orthodoxos, qui Justinus Martir creditur, q. 88 asserit, ipsam sententiam, Nemo mundus a sorde, ad infantes non pertinere. In altero vero Davidis testimonio peccatum, et iniquitas metonimice sumenda est pro peccati effectibus, maxime vero pro concupiscentia, quæ ex Tridentini præscriptione a peccato est, et ad peccatum inclinat. Porro licet hæc in se peccatum non sit, ut rursus declarat Trid., Ad Rom. [illegible] capt. etc. peccatum nuncupatur. Eodem sensu peccatum et iniquitas hoc ipso in psalmo accipitur, ubi legitur "amplius lava me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me"; quum peccatum secundum reatum culpæ jam esset Davidi condonatum; ut Deus ipsum regem certiorem fecerat Propheta Natan illis verbis: Dominus quoque transtulit peccatum suum.

R. Mirum non esse auctorem illarum quæstionum asseruisse, Jobi sententiam ad infantes non pertinere. Dicta est inquit, loquitur de peccato actuali, aitque natura ad peccandum natum esse, qui per liberum

justinus M. obiit 132. vel 163. Irenæus pene nonagenarius 202. et juxta Baron. 205. Origenes 254. Liber quæstionum et responsionum neque illi tribuitur ab Eusebio, neque ab Hieronimo.
Manetes, qui et Manichæus vocabat 277.

delectum sibi ipsi dux est; ac verissimum credimus illud Jobi testimonium de peccati actualis sorde intellectum, ad infantes non esse extendendum, sed enim turpissime Adversarii, dum cum quæst. l. auctorem Justinum asserunt esse. Scriptor enim ille non solum Irenæi, et Origenis meminit, sed Manis [illegible] etiam, qui centum et amplius annos post Justinum vixit.

Ad alterum admitto quandoque peccatum pro peccati effectibus sumi in Scripturis, et maxime pro concupiscentia, ut apud Apostolum. Sed concupiscentia ita est effectus peccati, ut sit etiam pœna, quæ ut justa sit, propria culpæ supplicium esse debet. Namque ut docuit Aug. 1 operis imperfecti c. 54. "sub Deo justo miser esse quisquam, nisi mereatur non potest

Cujus autem culpæ David, quod in matris ventre conceptus è, reus esse poterat, nisi originalis? Merito igitur et a SS. Patribus, et Conciliis locus ille de peccato originis perpetuo intellectus fuit. Quod insistebat Propheta = amplius lava me ab iniquitate mea etc. seu ut fert lectio hebraica = multiplica abluere me; quamvis culpa reatus esset deletus, atque æternæ mortis debitum sublatum; frustra preces has non fundebat. Restabant enim adhuc alia peccati pœnæ, aliique effectus, ac reliquiæ, a quibus etiam ut liberaretur, vehementer poscebat. Chrysost. et Theodoretus.

Oppones 2. Ezechielis 18. dicitur = Anima quæ peccaverit, ipsa morietur, Filius non portabit iniquitatem Patris, et Pater non portabit iniquitatem filii, justitia justi super eum erit, et iniquitas impii erit super eum =. Atqui si peccatum Adæ in posteros ejus transisset, Filius portaret iniquitatem Patris, et iniquitas impii non super eum duntaxat, sed etiam super alios esset. Ergo ab Adamo nullum in posteros peccatum est derivandum.

R. Dgdo minorem. Filius portaret iniquitatem Patris non prout est iniquitas Patris, sed prout est simul iniquitas filii, concedo minorem: Filius portaret iniquitatem Patris, quæ solius Patris sit, nego minorem. Responsio è Aug. lib. 6. contra Jul. cap. 4 a Conciliis ... satis corroborata ,, Parentum peccata, inquit ille, modo quodam dicuntur aliena, et rursus modo quodam reperiuntur et nostra. Aliena quippe proprietate sunt actionis, et nostra sunt contagione propaginis. Quod si falsum esset, profecto grave jugum super filios Adæ a die exitus de ventre matris eorum nullo modo justum esset ,, Videnti vero serm. 8. cap. 5. de hoc peccato ait = hoc Adæ peccatum, quod origine unum è, et propagatione non imitatione omnibus transfusum, inest unicuique proprium. Ezechiel loco cit. loquitur de actuali Parentum culpa; atque judæos, quod quos proverbii loco habebatur: Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt, quod effatum inde ortum asserit a Ezechiele

Natan dixit Davidi: Uriam Hethæum percussisti gladio, et uxorem illius accepisti in uxorem tibi. Quamobrem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum. Itaque hæc dicit Dominus: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua et tollam uxores tuas in oculis tuis, et dabo proximo tuo. — Filius qui natus è tibi, morte morietur ,,

Primo Aug. responsio lib. 6. contra Jul. c. 23, qui quasi fortissimum argumentum hoc vaticinium inferebat. ,, Quam multa sunt, inquit Aug. Divinarum testimonia litterarum, quæ parentum peccatis obligant filios, quis numerare possit? Cur enim peccavit Cham, et in ejus filium Chanaan vindicta prolata est? Cur pro peccato Salomonis filius ejus diminutione regni punitus est? (3. Reg. 12. 19.) Cur peccatorum Achab regis Israel in ejus posteros pœna dilata est? quid legitur in sacris libris: Reddens peccata Patrum in filios usque in tertiam, et quartam progeniem? ,,

Quæ PP. communiter accipiunt de pœna infligenda Filiis, qui Parentum exempla sequuntur. Quare Parentum delicta in filiis puniuntur, non gravius quam mereantur ipsi filii, sed gravius quam punirentur, nisi in ipsis ulcisceretur Deus etiam Parentum crimina. Quum enim filius sit bonum Patris, cum ille punitur, et iste punitur. Atque hinc sin minus Dei amore, saltem filiorum intuitu Parentes a sceleribus deterreantur.

Directe vero Respondens Aug. ,, Carnalis generatio etiam populi Dei pertinens ad testamentum vetus parentum peccatis obligat Filios: spiritualis autem generatio, sicut hæreditatem, ita pœnarum atque præmiorum comminationes, promissionesque mutavit ,, - Profecto, sicut hic advertit Aug.

~~Vide aliud responsionem Aug. apud Belarminum pag. 113~~

non solum Ezechiel, sed etiam Jeremias dum proverbium illud: Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt, commemorat, evidentissime loquitur de novo foedere, in quo, pergit Aug. per sanguinem Mediatoris deleto paterno Chirographo incipit homo paternis debitis non esse obnoxius renascendo, quibus nascendo fuerat obligatus.

qua Prophetae ob peccata Manassis Jerusalem evertendam esse pro vicino edicerent, ut eos consolari volens, Ezech. promisit fore, ut anima quae peccaverit, ipsa moriatur, nec ullus parentum supplicia experiatur, qui eorum delicta non fuerit imitatus.

Oppones III. ex Apostolo Ad Rom. 4. v. 15: lex iram operatur, ubi enim non est lex, nec praevaricatio. Quum igitur parvuli legis sint incapaces, a peccato etiam et Dei ira sint immunes oportet. Rursus in eadem epist. cap. 5: usque ad legem peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, quum lex non esset. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moisen etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae. Eadem paulo post ~~cap. 5. v. 15.~~: Non sicut delictum ita et donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei in plures abundavit. Tandem 2. ad Cor. 5. v. 10. omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit sive bonum sive malum.

Sed omnia haec quid sunt? Primum difflatur reponendo parvulos ante rationis usum incapaces quidem esse legis, quam propria voluntate physice operante transgrediantur, non autem legis, quam moraliter in Adam tanquam in communi capite, in cujus voluntate eorum ch. voluntates fuerint inclusae, ut infra dicemus, reipsa violaverint. Peccati ergo actualis experti sunt, at non originalis. Alterum non confirmat, sed destruit Pelagianorum errorem. Si enim mors, quae peccati poena est, ut pro aliis Apostolus ex veteris lectione eloquitur, regnavit ab Adam usque ad Moisem etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae, nimirum ut exponit Aug. lib. 1. de pecc. meritis cap. 1. nondum sua, et propria voluntate sicut ille; profecto qui mortui sunt, mortui non sunt ob peccata actualia, sed ob originarium. Tertio loco dum ait Apostolus multos mortuos esse ob Adae peccatum sive ut habet in eodem capite, peccatores multos esse constitutos, neminem excludit, omnes complectitur. Eodem cap. v. 12. dixerat, et omnes in Adam peccasse, et perinde

in omnes mortem transiisse." Quod dictum est, ait Aug. l. 6. contra julian. c. 24, in semine tuo benedicentur omnes gentes, et Patrem multarum gentium posui te, easdem omnes multas, et easdem multas omnes esse monstratum est; ita etiam cum dictum est, per unum in omnes transiisse peccatum, et postea per unius inobedientiam peccatores constitutos multos ipsi sunt multi, qui et omnes." Nec quidquam vos moveat quod ait unius delicto, seu per unum hominem. Quamvis enim et Adam, et Heva peccaverint in Paradiso; et ut in nos originaria culpa traducatur, viri feminaeque requiratur accubitus; unius tamen hominis meminit Apostolus, seu quia Adae, non Evae peccatum in nos diffunditur; seu quia, ut advertit Aug. lib. 2. operis imp. vir est causa praecipua generationis; seu demum quia ita exigebat antithesis, quam inter Adamum et Christum instituit. Quod si quis urgeat, multo magis gratiam donum abundasse in plures, quam Adae delictum, aperta et solida erit responsio; ideo majus fuisse Christi beneficium, quam Adae praevaricationem, quia Christus non modo ab originali, sed actualibus etiam sceleribus nos venit liberare. Cave tamen, ne hinc inferas, sicut non omnes omnino per Christum reipsa justi fiunt, ita non omnes per Adam peccatores constitui. Comparatio quippe Apostoli, interprete Aug. lib. 6. contra julianum cap. 24, in eo reposita est, ut "ex prima origine generis humani nemo ad mortem, nisi per Adam, et nemo per Adam nisi ad mortem: et nemo ad vitam nisi per Christum, et nemo per Christum, nisi ad vitam."

Quod ultimo loco adducebatur testimonium, putant nonnulli + de adultis solum, non autem de parvulis esse intelligendum, idque ex integro contextu, ideo contendimus sive praesentes, sive absentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi etc. colligi arbitrantur. Affirmant alii pueros sine baptismate morientes in judicio se staturos. Illud autem etiam parvulis in judicio se staturos, controversum est. D. Thomas media incedens via in 4 d. 47. q. 1. a. 3 quaestiuncula 1. ad 3. ait "pueri ante perfectam aetatem decedentes in judicio comparebunt, non autem ut judicentur, sed ut

+ ~~cum Augustino lib. 6.~~ contra julian. cap. 10

+ ~~sine baptismate decedentes~~

Clemens Alexandrinus anno 444. obdormivit in D.

videant gloriam judicis =. Sed Aug. responsio contra Jul. lib. 6. cap. 4. nullum relinquit effugium. Si parvuli ante Christi tribunal non se sistent; ergo solum adulti Pauli sententia complectitur; neque inde ullo modo infantibus originalem culpam non inesse ostendi potest. Sin autem se sistent; ergo illuc reportaturi sunt quae per alios gesserunt; baptizati nimirum fidem meritum quam aliorum medio perceperunt; non baptizati autem peccatum, quod ab Adam in ipsos dimanavit.

Repelluntur objectamenta ex Patribus desumpta

Opponis 1.º Clementem Alexandrinum, qui lib. 3 Stromatum prope finem adversus Julium Cassianum, aliosque Encratitas, qui ideo nuptias damnandas volebant, quod per illas natura vitiata propagetur, ita loquutus est: = Dicant ergo nobis, ubi fornicatus est infans natus? vel quomodo sub Adae accidit execrationem, qui nihil est operatus??? Restat ergo eis, ut videtur, consequenter dicant, malam esse generationem non solum eam, quae est corporis, sed etiam quae est animae, propter quam etiam corpus; et quando dixit David in peccatis conceptus sum, et in iniquitatibus concepit me mater mea, dixit prophetice Matrem quidem Evam, sed Eva fuit mater viventium, etsi in peccatis fuerit conceptus, sed non ipse in peccato, neque vero ipse peccatum.

R. 1. Plures Doctorum viae ad hunc locum exponendum excogitatae, quin tamen adhuc in aprico sit, quanam S. Patris mentem recte explorarent, difficultatem satis ostendunt. Quare illud primo loco mihi reponendum est, quod Aug. lib. 3. de pecc. meritis et remissione cap. 4 respondit Pelagianis. Ego etsi refellere ista rerum argumenta non valeam, video tamen inhaerendum esse iis, quae in Scripturis sunt apertissima, ut ex his illa quae videntur obscura, aut si mens nondum est idonea, quae possit ea vel demonstrata cernere, vel abstrusa investigare, sine ulla haesitatione credantur.

R. 2. Sunt qui cum Bellarmino putant praedicta verba Clementis non esse, sed Encratitarum, qui ea Clementi objiciebant. Prolato scilicet ibi testimonio

uo Nemo mundus a sorde, nec si sit infans unius diei inde colligebant, infantes nasci immundos, et pollutos: quoniam vero certum infantes nec fornicatores esse, neque alio crimine propria et actuali voluntate patrato esse pollutos, concludebant nuptias malum esse, quum inde infantes nascantur immundi. Sed quando Clementis ea esse verba nonnulli recentiores acriter contendunt, dici potest, ipsum ab Encratitis quaesivisse; respondeant, qua ratione fieri possit, ut originalis culpa, quam illi juxta nonnullos admittebant, insit infantibus ex mala parentum generatione; quando quidem generationis malitia, nec luxuriae reos facit infantes, nec quamvis Parentes in generando scelus admitterent, satis intelligeretur, cur propterea infantes sub Adae cadant execrationem. Dicit quidem David se in peccatis a Matre conceptum fuisse: sed non ad ipsius uxorem, ejusque damnandas nuptias vult Profeta verba esse referenda, sed ad Evam, ex qua labes primigenia diffunditur. Conceptus quidem est in peccato David, sed antea in peccato non fuit, quum in alio corpore prius non extiterit, ut fieri potuisse illius temporis heretici docebant. Ceterum Clemens Alexandrinus nec a Pelagianis quidem originale peccatum unquam negasse creditus est, quandoquidem eum in suae causae patrocinium nunquam appellarunt; et satis hujus erroris suspicionem a se amovet Pater non solum lib. 1 Pedagogi c. 6 sed etiam lib. 4 Stromatum, in quo haec habet: Tales (hoc est omni peccato expertes) nos esse vult (Deus) quales etiam genuit ex matrice aquae: generatio enim excipiens generationem vult immortales reddere per profectum.

Opponeris II S. Optatus Milev. et S. Basilius. Ille, lib. 1. c. 1. docet: quamvis ab ipsis ad vos hereditaria macula videatur esse transmissa; tamen in hoc titulo non potestis esse rei cum Patribus vestris secundum judicium Dei; omnia quae peccaverunt, ipsa moriuntur et non pertinet ad Seth filium Adae Patris admissum. Basilius vero in psalm. 32. nullum peccatum

1 De schismate Donatistarum adversus Parmenianum.

Basilius 378. Optatus Milevitanus 380

Tatianus Encraticorum parens Matrimonium velut corruptelam et fornicationem explosit. Hos hic impugnat Clemens Alex. simulque Basilidem, qui ut ipse refert lib. 4. docebat animos in alia vita, seu in alio corpore peccasse, atque in praesenti poenas luere. Accedit, quod in Alexandrina ecclesia constans fuerit traditio hujus dogmatis, sed ibi scholam administravit Clemens: ergo si quidpiam adversus hoc dogma docuisset, statim Alexandrini reclamassent. Tandem Pedagogi lib. 1. c. 1. de baptismo loquens ait hoc sacramentum dici lavacrum, per quod peccata abstergimus; gratiam qua remittuntur poenae peccatis debitae, et illuminationem, per quam id quod est divinum perspicimus.

verus lib. 4 aperte suam fidem exponeret ubi - omnes hoc, ait, qui nascitur quamvis de Christianis parentibus nascatur, sine spiritu immundo esse non potest, quem necesse est ante salutare lavacrum ab homine excludi, et separari. Hoc exorcismus operatur, per quem spiritus immundus depellitur,,

Sed cur meminit Seth verum non fuisse Patris delictorum, incauto Scriptori excidisse putant aliqui. Alii Sethianorum opinionem hic adoptatam existimant. Sed videtur Auctor iste ideo Sethum commemorasse, quod ob ejus sanctitatem ab omnibus commendaretur: quasi diceret: peccatum Adæ non contrahit filium Sethum verum actualis peccati, quem ab omnibus tamquam justus celebretur. igitur neque vos rei estis, quod traditionis peccatum commiserint Patres vestri. Cui argumento jam viam paraverat provocando ad sententiam Ezechielis dicendo: anima quæ peccat, sola punietur. ,, Quæ res, pergit Scriptor, jam et antiquis sæculis, ,, in ipsis natalibus mundi probata est, dum non pertinuit ad Seth filium Adæ Patris admissum,,

2 [illegible] hom. [illegible] in epist. ad Rom. docet ob illa peccatum [illegible] posteros pœna quidem reos, nempe mortis, sed non culpæ effectos esse ,, illo enim inquit peccante, et mortali effecto, et qui ex eo orti sunt, eos tales esse nihil [illegible] illius inobedientia alterius peccatorem [illegible] quam [illegible] ingruentiam, et consequentiam [illegible] igitur hoc loco ([illegible] epist. ad Rom. [illegible] peccatores significat: mihi videtur [illegible] significare quod [illegible] supplicio obnoxius et mortis reus,,

homine esse substantiale, sive naturale, sed voluntate solum accidisse.

R. S. Optatus de personalibus parentum peccatis eam posit videlicet de traditione s. librorum, et s. supellectilis, Paganis, atque ideo ad Ezechielis sententiam provocat eundem in modum loquitur quoque de personalibus Adæ peccatis, ut quidem etiam alii Patres nonnunquam scripserunt. Cæterum testimonium S. Optati ex lib. 7. productum qui liber a nonnullis Optato abjudicandus visus e[st]. S. Basilius impugnat eos, qui bina rerum principia atque ea quæ a malo principio facta credebant natura sua mala esse asserebant, contra quos docet mala sive peccatum nonnisi a voluntate creata originem habere. Manifestam Basilii doctrinam de originali [pecca]to momento I. nostræ assertiones perspeximus.

Oppones III. s. Joan. Chrysostomum, qui Pelagiani ante annos sua causa fautorem gloriantes, sacrorum excellentissimum appellabant, hunque dignissimum, qui in Eruditissimorum numerum reponeretur. Homilia prima ad Neophytos inquit s. Pater: Hac de causa et infantes baptizamus, quamvis non sint inquinati peccato; ut ipsis etiam addatur sanctitas, justitia, adoptio, hæreditas, et fraternitas Christi. Tum hom. 17. in epist. 1. ad Cor. - Propter illum (Adamum) pereo? minime propter illum. Neque enim tu sine peccato permansisti; quod si non idem peccatum tamen aliud commisisti. Rursus hom. 59 in eandem epist. [Qu]omodo, dic quæso, mortui sunt Adam peccati morte? Quomodo ergo Noe justus in generatione sua? Quomodo alii omnes? Nam si hoc quidem de corpore, [il]lud de [anima]... dicitur sin autem de justitia et peccato, nequaquam. Denique hom. 24. in epist. ad Eph. s. [Pater] peccatum Pastorum exponitur, non animis mortem intulisse [docet] [...]nat. Ait enim corruptibile nobis corpus est, sed incorruptibilis anima. Ne igitur et pravam corrumpamus [...], nempe et corruptibile sit corpus, illud primum peccatum fecit. quod autem post lavacrum fit, etiam animam corrumpere potest.

R. 2. In Joannes Chrysost. scriptis tot, ac de orig. peccato clarissima testimonia occurrere, ut in modo relatis locis benignaiorem interpretationem suo velut jure postulare videatur. An non enim luculentissime Catholicam hanc sententiam, dum ita scripsit ad Olympiadem: „Quando Adam peccavit, illud grande peccatum omne genus humanum in commune damnavit„. Hom. 10. inquit ad Rom. „Manifestum est, inquit, quoniam non ipsum peccatum, quod ex legis transgressione, sed illud peccatum, quod ex Adae inobedientia erat, quod omnia contaminavit„ et paulo post. „Et qui dixerit tibi judaeus, quomodo unius virtute Christi mundus salvatus est? possis ei dicere, quemadmodum uno inobediente Adam mundus damnatus est. Si peccatum illud et peccatum unius hominis gratia, et Dei gratia et non solum Patris, sed etiam Filii, quemadmodum non amplius praevalebit. Multo autem hoc rationabilius. Nam alium pro alio damnari, non valde videtur habere rationem: alium autem pro alio salvari, et decentius magis, et rationabilius apparet. Si igitur illud factum est, multo magis hoc„. In hom. quoque ad Neophytos, ex qua Julianus in Augustinum supra relatum textum depromsit, clarissime peccatum originis docuit Chrysost. ut Julianus objicit Aug. Placet joannis verba proferre, „ἦλθε γὰρ ἅπαξ ὁ Χριστός, εὗρεν ἡμῶν χειρόγραφον πατρῷον ὅ τι ἔγραψεν ὁ Ἀδάμ. ἐκεῖνος τὴν ἀρχὴν εἰσήγαγε τοῦ χρέους, ἡμεῖς τὸν δανεισμὸν ηὐξήσαμεν ταῖς μεταγενεστέραις ἁμαρτίαις. Venit semel Christus, invenit nostrum chirographum paternum, quod scripsit Adam. Ille initium induxit debiti, nos foenus auximus posterioribus peccatis„. Plura hujusmodi testimonia ex Constantinopolitano Episc. l. 1. contra Julianum attulit Augustinus.

R. 2. singillatim attingendo, quae nobis objiciuntur. Sermonem habens ad Neophytos, eos peccatis, non autem peccato inquinatos esse infantes negavit, atque ita solum a culpis, quas actuales dicimus, immunes fecit. Textum graecum inspicienti fit manifestum hoc. διὰ τοῦτο καὶ τὰ παιδία βαπτίζομεν, καίτοι ἁμαρτήματα οὐκ ἔχοντα

Hom. 40. in epist. 1. ad Cor. num. 2. mortis ac caeterorum defectuum causam et radicem peccatum esse docet, qua radice evulsa et exsiccata per baptismum, ipsos ejus fructus tolli asseverat. „In lavacro generationis ... ipsam jam tangit gratia: et illinc peccatum evellit radicitus... ejus qui est baptizatus qualis fuit generata ab initio... itemque corporis resurrectionem hinc quoque rursus tibi facit esse credibilem. Nam quoniam peccatum mortem intulit, exsiccata radice non est amplius dubitandum de fructus interitu„, scilicet per resurrectionem a mortuis.

Obligatio supplicii, seu damnationis, ut antea dixerat nonne supponit necessario carentiam justitiæ originalis? S. Anselmus et Angelicus in hac subtractione cognoscunt, imo per illam definiunt peccatum originale.

Hic num. 2. super illis verbis Si unius delicto mors regnavit etc. „ Si mors ex uno delicto tantam vim habuit, quod quidam inventi sint, qui multo majorem peccato illo gratiam et justitiam acceperint, quomodo persevarunt deinde morti ea obnoxii? ideo non hic dixit gratiam, sed abundantiam gratiæ. Non modo enim quantum opus erat ad peccatum tollendum ex gratia illa accepimus, sed multo magis. Nam a supplicio liberati sumus, et nequitiam omnem exuimus, ac primo regenerati resurreximus, sepulto veteri homine etc. Hæc omnia abundantiam gratiæ vocavit Paulus ostendens

ideo et infantes baptizamus, quamvis peccata non habeant „ Id etiam ab Aug. responsum habet julianus c. 3 quoddammodo quum quamque julianus quæreret, cur Chrysost. si propria duntaxat voluntatis peccato liberos volebat infantes, non id manifesto addiderit: reponit Hipponensis Præsul = quia disputans in Catholica Ecclesia non se aliter intelligi arbitrabatur; tali enim quæstione nullus pulsabatur, et vobis nondum litigantibus securius loquebatur. Sed illud hic addendum est, versionem Basileensem anni 1570, et Parisiensem anni 1556, ita nobis integrum Chrysost. locum exhibere „ Vides quot sint baptismi largitates. Multis videtur in peccati tantum remissione consistere: nos autem honores computavimus decem: hac de causa infantes baptizamus, ut non sint coinquinati peccato: ut eis addatur sanctitas etc. „ Quamquam re bene perpensa non de ipsius peccati originalis existentia, sed de ipsius natura quæstio hic esse videatur; quid nempe peccati nomine proprie a Chrysost. intellectum fuerit. Omnes enim agnoscunt, eo Præsulem ob peccatum primi parentis constituti parvulos justitia, et gratia habituali destitui; in quo formaliter aiunt originalis noxæ consistere plures docent [illegible]

Ad secundum s. Patris testimonium regero ex ejus sententia per unius delictum multos non actu, et personaliter constitui sed origine, et habitu constitui [illegible] Nam ut ex hac ipsa hom. paulo ante notavimus, asserit s. Pater per unius inobedientiam multos constitui supplicio damnationi, et contaminationi obnoxios. At per unius inobedientiam contaminationis, et damnationis reos fieri; nonne illud idem est, ac origine et habitu peccatores constitui? Quum ergo catholicam sententiam in ea hom. videamus, de verbis parum simus soliciti; præsertim quum nec joannes ignoraverit a justo judice neminem supplicio, si careat culpa, multari.

Ad 3hud. Siquidem ibi de baptizatis. Chrysostomus affirmat, illos ob Adæ culpam non posse damnari, sed ob actuales tantum posse puniri. Contra ac docent Præ destinati, Calvinus, aliique unicam damnationis [illegible]

originale peccatum asserentes. Ad 4. Neque, quod paulo ante Pelagianis sanctorum excellentissimum et eruditissimum judicarent, modo ineptum dialecticum faciant; confiteantur quod fuerit, ipsum eo loco sermonem habere de morte duntaxat irreparabili peccati morte. Secus vana est ejus ratiocinatio, et praesto responsum, omnes scilicet morte peccati in Adam mortuos esse at Deum remedium instituisse, ut Noe, ut Abraham, ut Job, aliique omnes ad vitam gratiae revocarentur. Ad postremum De illis agens Ambrosius qui ad baptismum jam pervenerant, asserit corpus eos habere corruptibile, moriendi necessitate ab Adam peccato culpa insuper derivata quae neque per baptismum aufertur; animam vero sic in illo lavacro ad vitam redire, ut, si modo a peccatis liberrima voluntate patrandis abstineamus, integra, atque incorrupta sit in aevum permansura.

Oppones IV. S. Greg. Nyssenum 393, et Theodoretum 1460. Primus in oratione de infantibus praematura morte sublatis ita exclamat,, O altitudo! puerulus infans, simplex, omnis malitiae expers, sanitate, quae per purgationem contingit non indigens,, Alter vero – quorsum, inquit, baptizamus infantes qui peccatum nondum gustaverunt? =

R. Gregorium Nyssenum ibidem loqui de infantibus baptizatis. Inscrutabile Dei judicium est, quare ita tollantur plures, antequam propriae malitiae capaces sint, nec aliquid post baptismatis regenerationem aliquid gesserint ex quo Poenitentiae Sacramento indigeant, quod plurimis aliis relinquatur qui nefanda sunt patraturi, aeternumque damnandi. Hic quoque Pater in lib. de vita Moysis docet originale teneri. Theodoretus vero in Epitome divinorum Decretorum cap. 12. plura scripsit, in quibus aperte Catholicum dogma confitetur, quibus omnibus unum affero testimonium. Servamur, inquit, non lege; sed divina misericordia justitiam assequentes. Lex enim, quod verbum est omnes ad supplicium adducit. Omnes enim primi peccati perpetratores. Si enim eum unus peccasset, genus condemnatum est, erat enim justus, eos, qui sub peccato fuerunt, subire supplicium. Neque aliter loco nobis objecto sensit Theodoretus sed nos pharmacum accepisse non modo par vulneri, sed etiam sanitatem, pulchritudinem, honorem, gloriam, et dignitatem longe naturam nostram superantes,,.

Ad 4. insequitur Manichaeos,, ubi sunt, ait, ora scelesta Manichaeorum, qui dicunt eum (Apostolum) dicere eam, quae hic est resurrectionem, nempe liberationem a peccato,, Subinde ex Apostolo probat eum sermonem habere de carnis resurrectione, quod dicat ex mortuis. Et Corinthii, pergit S. D. sane non dubitabant de remissione peccatorum, sed de resurrectione corporum.. Si peccatorum diceret resurrectionem: nemo autem est absque peccato (actuali) nam Paulus dicit nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum; quomodo erunt aliqui qui resurgant secundum vestram sententiam? Sed poterant dicere Manichaei resurrectionem a peccatis lethalibus. ,, Quid? omnesne mortui sunt in Adam morte peccati? (nempe urget adversarios circa peccata actualia, quoniam de his solum cum Manichaeis erat quaestio) Quomodo ergo Noe justus in generatione sua? Quomodo Abraham? Quomodo Job? quomodo alii omnes? Quid vero dic rogo omnesne vivificabuntur in Christo? et ubi sunt qui abducentur in gehennam? Nam si hoc quidem dictum est de corpore, stat quod dicitur. Si autem de justitia et peccato, nequaquam,,.

Ad postremum. Ibidem exponit quomodo sicut corporis sua sit corruptio, ita et animae, hanc corrumpi docet per omne vitium, et peccatum, quo fit turpis, et imbecillis. Antithesis in eo est posita, quod corpus olim corruptum etsi gratia recuperata sit corruptibile et mortale, quod velimus, nolimus debet interire: anima autem nisi peccemus, ita purgata et corroborata est, ut numquam sit corrumpenda, ea scilicet corruptione, qua deformari antea posse dixerat.

Gregor. Nissenus in libro de vita Moysis ,,Suscepit (Dominus) mortalitatem nostram, ,, qui peccando mortales facti sumus,, et rursus

,, Occulta quædam traditio, et verus sermo ad nos
,, usque descendit, quo creditur, postquam in pecca-
,, tum natura nostra lapsa est, non omnino a Clemen-
,, tia Divina neglectum,, et infra,, Naturalibus
,, bis voluntas legis inerat, quæ ad malorum abo-
,, minationem, et bonorum expeditionem nos instrueret
,, Verum posteaquam peccati sonitum in auribus nostris
,, suscepimus, (quem quidem sonitum prima illa simplici-
,, ra (Serenus) vocem serpentis appellat) tum natu-
,, ræ integritas decidit et contrita est,,

refellit Massalianos, qui soli orationi, non vero bap-
tismi virtutem remissionem peccatorum tribuerant, ac per
baptismum quasi radi solum credebant, ut ipse refert lib.
4. hæreticarum fab. c. 11. Eos autem refellit tum recensendo multi-
plices baptismi fructus, tum opponendo consuetudinem
baptizandi parvulos, qui peccata personalia non admi-
serunt.

Satisfit objectionibus ex ratione depromptis

Opponés I. Si originale peccatum esset confitendum, Mani-
chæorum hæresis induceretur, vel Deus peccati auctorem
fieri oporteret. Anima enim rationalis per traducem
non propagatur; sed tunc primum a Deo creatur, quum
in corpus infunditur. Ergo peccatum originale, si quod
est, sedem habeat in anima, originem nequit habere,
nisi ex anima ipsa. Hæc autem nihil boni, aut mali
gesserat, antequam esset, et corpori adjungeretur. Si
igitur primo suæ existentiæ momento peccato infecta
dicenda est, hoc peccatum vel Deum habet autorem, qui
auctor est ipsius animæ, vel ab antiquo illo malo
principio, quod somniarunt Manichæi, originem ducit. fuit inquinata

R. id hæreticis hominibus esse familiare, ut ex
ignorantia circumstantiarum dogmata labefactare co-
nentur, licet in Scripturis, et Traditione apertissime tra-
dantur. At Deus non quomodo est dixit, ut verbis utar
S. Athanasii; sed tantummodo quod est. Verum ut ne ita
difficultatem effugere videamur, repetam Pelagianos quod
jam tandem lib. 3. contra duas ep. Pelag. tradit Augu-
stinus. Homo, inquit cap. 9, dum nascitur, quia homo
aliquid est, in quantum homo est, Manichæus redarguit,
laudatque Creatorem: in quantum vero habet originale pecca-
tum, Pelagium redarguit, et habet necessarium Salvatorem
... Est itaque per quod homo divino operi vindicatur, quia
non esset homo, nisi divino opere crearetur: malum autem
non esset in parvulis, nisi voluntate primi hominis
peccaretur, et origine vitiata peccatum haberetur. Quamvis
vis autem animæ singulæ a Deo tunc creentur, quum
corpori uniuntur, ideo tamen maculam contrahunt origi-
nalem, quia ex unitione cum corpore anima fit pars

homines realiter descendentis ab Adamo, qui tanquam universi generis caput sua voluntate totam naturam vitiavit.= Non ergo, pergit Aug., non sicut ait iste Pelagius, perfecte Manichæus est, qui malum originale defendit, sed perfecte Pelagianus est, qui malum originale non credit=.

Urgebis. Si peccatum originale defendatur, nuptiæ condemnandæ sunt: ita enim hoc peccatum connubium consequeretur, ut sine illis nulla ratione posset diffundi. Atqui si nuptias condemnes Manichæus es, ergo etc.

R. Aug. lib. 2. contra de nuptiis, et concupiscentia cap. 2. „ Non sunt nuptiæ causa peccati, quod trahitur in nascente, et expiatur in renascente, sed voluntarium peccatum primi hominis originalis est causa peccati „ Filii qui ea culpa fœdantur, matrimonii quidem fructus sunt; sed ut occasio eos contrahendi removeatur, Christus non docet, homines jure naturali, quod gaudent ad matrimonium celebrandum, privandos esse, verum illo sanctificato, ut sancte generentur, salutare lavacrum, quo mundi renascerentur, præparavit.

Oppones II. Adamo, et proximis parentibus, ac baptizatis dimissum est illud controversum delictum, sed quod jamdudum est deletum, et penitus deletum propagari non potest. Ergo saltem baptizatorum filii ab hac sorde immunes nascuntur.+ At neque ab infidelibus nati eo possunt temerari. Peccatum est usque adeo voluntarium esse dicit ipse Aug. ut nullo modo sit peccatum, ni(si) sit voluntarium. Atqui Adæ transgressio eis, ceteris voluntaria non fuit, illis ergo ea culpa vertit non potest.

R. Delictum Adæ, et ipsi, et baptizatis parentibus fuisse deletum, quatenus Adæ, ac baptizatis erat proprium, non autem in illis fuisse remissum quatenus erat delictum posterorum. S. Thomas 1. 2. q. 71. a. 3 ad 2 huic argumento ita respondet - peccatum originale per baptismum aufertur reatu in quantum anima per baptismum recuperat gratiam, remanet quantum ad mentem; remanet tamen peccatum originale actu,

Non peccat, dicebat julianus, qui nascitur, non peccat qui generat, non peccat, qui condidit: per quas ergo rimas inter tot innocentiæ præsidia peccatum ingreditur? R. Aug. l. 2. de nupt. et concup. c. 28. „ quid quæris latentem rimam, quum habeas apertissimam januam? Per unum hominem, ait Ap., peccatum in hunc mundum intravit „

+ Quod Calvinus, Martinus Bucerus Petrus Martyr aliique affirmantes aperta D. Pauli auctoritate falsiuntur Prima ad Cor. cap 7. ita inquit Apost. = Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem, et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem alioquin filii vestri immundi essent. nunc autem sancti sunt

Aug. adhibet exemplum oleastri, qui insertus in bonam oleam et ipse fit olea, quamvis ex ejus semine non olea nascetur, sed oleaster. item exemplum hebræorum, qui licet circumcisi incircumcisos generabant. item frumenti a paleis purgati [illegible]

Belarm. Homo generat filium transfundendo naturam non accidentia personalia, quæ a natura non dependent, v.g. sapientiam longo labore partam, dignitatem magistratus, qua refulget, privilegia, quæ uni personæ [illegible]

Corpora vestra, inquit Ap., membra sunt Christi.

quantum ad fomitem, qui è inordinatio partium inferiorum ac, et ipsius corporis, secundum quod homo generat non autem mentem; et ideo baptizati traducunt peccatum originale. Non enim Parentes generant, in quantum sunt renovati per Baptismum, sed in quantum retinent adhuc aliquid de vetustate primi hominis. Eodem fere modo respondet etiam Aug. lib. 3. de peccatorum meritis c. 8 et 9. ubi pluribus exemplis rem illustrat. Pelagianos autem, qui fidelium etiam parvulos baptizandos esse fatebantur, ut intrarent in regnum Dei, ita perstringit: Quamvis Parentes Christiani et Fideles sint, eorum filii, Pelagianis concedentibus, non nascuntur Christiani et Fideles, quia nimirum Parentes non generant, quatenus Christiani et Fideles, sed quatenus homines sunt. Quidni igitur asserendum, quamvis ab originali ipsi mundati, filios generare hac labe infectos?

Oppones III. Peccatum è adeo voluntarium ut docet ipse Augustinus, ut nullo modo sit peccatum, nisi voluntarium sit. Qui autem fieri potest, ut Adæ inobedientia ejus posteris nondum existentibus fuerit voluntaria? Non igitur ipsis culpæ verti potest. Quod si dicatur Adæ peccatum in ceteros derivari, quia omnium Pater fuit; eadem, imo potiori jure de Evæ transgressione dicendum erit. Præter enim quamquod ipsa fuerit omnium Mater, de illa verissime dicitur Eccles. c. 25. = a muliere initium factum è peccati et per illam omnes moriuntur. Cur deinde aliorum progenitorum violatio a parentibus in posteros non traducitur?

℞ Adæ peccatum ejus posteris non fuisse voluntarium voluntate physice operante, voluntarium tamen fuisse voluntate moraliter existente, et moraliter operante. Voluntas enim et libertas Adami posito Dei decreto cap. seq. explicando secundum moralem æstimationem erat voluntas et libertas omnium ab eo descendentium in ordine ad violationem præcepti de non comedendo, de ligno arboris scientiæ boni et mali; omnesque posteros ejus in se Adam repræsentabat.

Quod de Eva dicitur, eam matrem fuisse, atque ab ea peccati initium sumendum esse, id quidem verissime enuntiatur. Eva ad peccandum inducens eam Adamum, quo peccante omnes peccavimus; et peccando secundum corpus et animam rei mortis facti sumus, mortis etiam causa aliquo modo dici potest. Hinc Aug. lib. 1. de peccat. meritis cap. 16 aliique ex alato testimonio probant peccati orig. propagationem. In Ecclesiastico, inquit Aug., scriptum est: a muliere initium factum est peccati, et per illam omnes morimur. Sive ad a muliere sive ab Adam dicatur, utrumque ad primum hominem pertinet; quoniam mulier ex viro est, et utrisque caro una est. Advertit tamen Angelicus 1.2. q. 81. a. 5. non a Matre Eva sed a Patre Adamo labem originis emanare, ~~moriendique necessitatem~~ moriendi necessitatem. Quare ipsi ducens passim Theologi Eva duntaxat peccante, neque peccatum derivandum, neque nobis moriendum fuisse docent. Solus enim Adam, cui etiam ante formationem Evae praeceptum illud fuerat impositum, quique caput erat mulieris, quae viro subjecta esse debet, non Eva constitutus fuit universi generis morale caput, omniumque personam sustinuit. Ratio demum, cur aliorum praeceptorum transgressio a proximioribus parentibus facta in filios non traducatur, quia ex libera Dei voluntate non in aliis parentibus, sed in Adam duntaxat id praeceptum fuit injunctum, qui per naturalem generationem ab eo erant descensuri; de quo s. Prosper cap. 2. carmine de ingratis cecinit:

Corruit, et cuncti simul in Genitore cadente
Corruimus

Quaeres primo, num si quis ex hominis carne formaretur, sed non per naturalem generationem, esset nihilominus originali sorde foedandus?

Rº cum s. Thoma, qui 1.2. q. 81. a. 4. hanc movet difficultatem, hujusmodi hominem non per naturalem generationem, sed Dei virtute ex humana carne formatum, originaria culpa obstrictum, tamen non esse. Hoc evidenter docemur a Concilii Trid. ...

S. Augustinus epist. 157. olim 89. Isti, si quem forte invenerint infantem non ex illius unius hominis concupiscentia procreatum, ipsum dicant illi damnationi non obnoxium.

Quaeres [illegible] omnino nemine prorsus excepto, qui ab Adam descenderunt, originaria labe fuerint aspersi.

R.° Christus duplici causa fuit ab hac culpa prorsus immunis. Imprimis enim humana illius natura quum hypostatice unita esset divinitati unde substantiali divini Verbi sanctitate sancta erat, quodcunque peccatum sive actuale sive originale necessario excludebat. Deinde ratione quoque temporalis ejus generationis, quae non ex voluntate viri, sed ope Spiritus Sancti facta est, ab hac noxa liber fuit. Nam, ut ait Conc. Trid. sess. 6. c. 3. „ homines nisi ex semine Adae propagati nascerentur, non nascerentur injusti„. Praeter hunc divinum Filium, sanctissimam, neque illius Matrem [illegible] in ipso suo conceptu Adae peccati fuisse expertem, quamvis inter fidei dogmata relatum nondum sit, pia tamen est ac verissima [illegible] [illegible] fidelium sententia, quam pro virili nostra tuiti sumus in Tract. de Incarnat. et de [illegible] super re jam a tercentis ferme annis ita [illegible] Petrus [illegible]:

Quis modo conceptum dubitet celebrare Mariae.
[illegible] renuat, techis [illegible] in thura dare?
Hic Petri sedes caput et decus Urbis et Orbis
Et colit et [illegible] per pia templa [illegible].
Nulla est religio, ulla ordo religiosa.
Hic ubi conceptus [illegible] tacetur honor.
[illegible] [illegible] haec festa [illegible]
[illegible] ornata quotannis habet.

qui sess. 6. cap. 3. dixerant. homines nisi ex semine Adae nascerentur propagati, non nascerentur injusti = Quare vel hoc nomine Christi humanitas originali culpa inquinari non poterat, quia non generatione naturali, sed mirabili virtute Spiritus S. conceptione singulari, ineffabili, atque ineffabiliter singulari concepta fuit, pro quia Eva ex Adae costa originem traxit, nisi et ipsa peccasset, viro Dei praecepto transgrediente, originalis [illegible] nequaquam amisisset, etsi post illius pecc. fuisset creata.

Quaeres ~~2do num~~ aliquis ab Adamo per naturalem generationem descendens ab originario peccato fuerit praeservatus?

R.° Sanctissimam Dei Genitricem suo in conceptu originalis culpae fuisse expertem, quamquam inter fidei dogmata nondum Ecclesia retulerit, tamen ut eam eadem labe omnino immunem asseramus, plurima gravissimaque rationum momenta persuadent. Qui hoc argumentum suo calamo pertractarunt illud ipso in ipsa tractationis limine advertunt, ab illis Scripturae locis, in quibus omnes in Adam peccasse dicimur, Deiparam Virginem aequissimo jure excipi posse, quando praerogativa atque gratia debita excipiendam esse persuadent, quemadmodum neque in illis comprehensam esse fatemur, quae omnes mortales actuali aliquo peccato maculatos esse testantur. Quis enim ignorat, quamvis, 2. Paral. 6 dicatur. Non est homo, qui non peccet; et Jacob. 3 in multis offendimus omnes; nullo ne veniali quidem animam Mariam V. obnubilatam fuisse,? Concilium siquidem Trid. sess. 6. can. 23. ita Ecclesiae sensum declaravit. Si quis hominem semel justificatum [illegible] posse in tota vita peccata omnia etiam venialia, vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia, anathema sit. Tum productis aliis Scripturae locis, quae de eximiis Mariae ornamentis Ecclesia interpretatur, Virginis conceptum immaculatum deducunt; ac veterum Patrum amplissimis testimoniis in medium adductis immaculatum ejus conceptum invictissime probant inter plurimos, qui

hanc sententiam patrocinantes, nonnullos audiamus. S. Ephrem vocat in margaritam pretiosam, Dei matrem appellat nulla peccati labe pollutam. S. Epiph. adversus Collyridianos „Deme, inquit, adorationem a Virgine Maria, et omnia alia, quae pertinent ad puritatem, et sanctitatem, et immunitatem a peccato concede„. Hier. serm. de Assumpt. scribit. De qua Salomon in Canticis quasi in laudem ejus: Veni, inquit columba mea, et ideo immaculata, quia in nullo corrupta„. Aug. lib. de nat. et grat. „Excepta, inquit, S. Maria Virgine, de qua propter honorem Domini nullam prorsus, cum de peccatis agitur, habere volo quaestionem; unde enim scimus, quod ei plus gratiae collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quae concipere, ac parere meruit eum, quem constat nullum habuisse peccatum„. Celebre quoque est illud Anselmi de conceptu Virginali c. 18. „Decens erat, ut ea puritate qua major sub Deo nequit intelligi, Virgo illa niteret, cui Deus Pater unicum Filium suum ita dare disponebat, ut naturaliter esset unus, idemque communis Dei Patris, et Virginis Filius„. Quid ergo nos prohibet, imo vero excellentissima ejus Virginis dignitas compellit, has ejus laudes amplissimo in sensu, quem tantorum Patrum dicta continent, intelligere. Profecto si eam vel unico temporis momento originalis culpae reatum habuisse dicamus, jam longe ab Augustini, longe ab Epiphanii mente recedimus quorum alter nulla peccati labe, [illegible] alter tam uberem gratiam donatam voluit, quae ad vincendum omni ex parte peccatum sufficeret, de qua ne quaestionem quidem, dum de peccatis ageretur, moveri sustinuit, quod hoc in ejus dedecus redundaret quem omnes peccati manifesto expertem Virgineis in visceribus concipere, salvaque Virginitate parere necesse erat. Sane si in Adamo corrupta est Maria, jam non in nullo corrupta, nec tanta munditia fuit praedita, qua major sub Deo nequit intelligi, contra atque Anselmus, et Hieronimus pronuntiarunt.

Libenter equidem in hoc argumento diutius immorarer, et omnia in examen adducerem, quae

ab utraque litigantium parte in rem suam proferri solent. Sed cum argumenti magnitudo instituti nostri rationem superet, a proposito non erit alienum, missa theologica disputatione, Pontificum et Conciliorum acta quae ad immaculatae V. M. Conceptionis causam pertinent breviter referre. Horum autem partim sententia immaculatae Conceptionis favens directe probatur; partim vero Adversarii ab ejus impugnatione compescuntur. Cum enim sub initium saeculi XIV. subtilis Doctor Joannes Duns Scotus ex Ordine Seraphico primus intemeratae Virginis conceptum exornare, ac de industria propugnare coepisset; reperti sunt ex Sacra Praedicatorum Familia nonnulli, qui Scoto, ejusque sectatoribus palam sese opponerent; et partibus subinde auctioribus factis, etiamque certantibus adeo crevit animorum contentio, ut bellantium, ac sese invicem qua verbis, qua scriptis lacessentium fervor, ne quid Ecclesia ex Fidelium offensione detrimenti caperet Pontificum decretis fuerit temperandus.

Quaeres itaque tertio quaenam Pontifices, et Concilia pro immaculata Virginis Mariae Conceptione statuerint?

R. Ut praecipua duntaxat recenseam, primum inter omnia addendum videtur Concilium Basileense, quod in decreto anni 1439 sessione 36. edito ita definit„ Doctrinam illam Dei Genitricem Mariam nunquam actualiter subjacuisse originali peccato, sed immunem semper fuisse ab omni originali, et actuali culpa, sanctamque et immaculatam, tanquam piam et consonam cultui Ecclesiastico, fidei catholicae, rectae rationi, et Scripturae ab omnibus ab omnibus catholicis approbandam fore, tenendam, et amplectendam definimus, et declaramus„. Quamvis autem hoc concilium decretum, ejus tempore non fuerit legitimum. ad rem nihilominus praesentem multum ponderis habet pluribus titulis, quos inter est etiam ille, quod secunda ea duntaxat reprobatum sit quae contra Eugenium, et supremam Pontificis auctoritatem constituta fuerunt. Praeterea, ut notavit etiam Bellarminus, tametsi eorum fidem non faciat ut Concilium Oecumenicum, ex eo tamen facile potest intelligi, multos Ecclesiae Doctores ex variis Provinciis congregatos ita sibi persuasum habuisse

huic non multos tantum, sed plurimos etiam, ac communiter illa sensisse, colligitur ex Sixto IV. eodem saeculo regnante, qui praeterquam quod per Bullam Cum praeexcelsa an. 1476 immaculatam B. V. Conceptionem celebrantibus indulgentias concessit, rursus an. 1483. peculiari Const. Grave nimis incontaminatam B. V. M. conceptionem defendentium sententiam ceu piam, et s. Rom. Ecclesiae praxi conformem tuitus est, atque adjectis censuris contra Adversarios vindicavit. Tertio loco nobis occurrit Trid. Concilium, quod piae sententiae quantum adhaeserit, ex iis, quae statim adjungo, facile potest inferri. P. Nicolaus Lancitius, qui originaria Concilii acta inspexit, tom. 2. opusc. XI. cap. 13. haec refert „Legi et descripsi anno 1599. ex actis originalibus Tridentini (quae asservantur in Castro S. Angeli Romano) et cum expressa licentia Clementis VIII. fuerant R. P. Petro de Arrubal, Professori Theologiae in Collegio Romano, et mihi ejus socio ad horas aliquot exhibita a Cardinali Casio) ex aliquot decadibus Episcoporum deputatorum ad tractandum de hoc puncto Conceptionis B. V. M., omnes asseruisse illam esse conceptam sine peccato originali, solos quinque contrarium dixisse. Postea in alia sessione fuisse conclusum, ut tandem determinaretur a Conc. Trid. illam esse conceptam sine peccato originali; sed ob instantissimas preces aliquot Episcoporum, et Theologorum qui illi Concilio aderant rogantium Concilium ne hac vice propter motum, quae inverent NN. hoc decreto, illud ederent, sed supersederent, et ad aliud tempus illud rejicerent, Concilium supersedit, et decretum illud non vulgavit ob solam hanc causam. Ita habetur in illis actis Concilii, quae diligentissime legi, et haec tunc excerpsi." Idem refert Aloys. Dumachea in Cantica Prolegomeno 2. verbo Tridentinum. Idem Nirembergius, et Velasquez. Quin facti ejusdem in disputatione pro veritate Immac. Conceptionis ad Syn. Trid. in Praefat. meminit Ambrosius Catharinus, qui ipse Concilio interfuit, et ingenue fatetur, sibi quoque visum non fuisse, ut decretum illud ederetur = quod consultius pro temporum conditione videbatur prius adversus manifestas haereses intendere, tum illa aggredi, quae inter Catholicos = etc. Interim quamvis

Vide Bardarinum pag. 138.

Concilium hoc decretum non ediderit, sess. 5. de peccato originali sub finem declaravit,, non esse suæ intentionis comprehendere in hoc Decreto, ubi de peccato originali agitur, B. et immaculatam V. Mariam; insuper observandas esse constit. Sixti 4ti sub pœnis in eis contentis, quas simul innovavit,,

Post Tridentinum et alia præterea, Alexander VII. in Constit. Sollicitudo omnium anno 1661. edita innovat et sub censuris observari mandat Decreta prius facta in favorem sententiæ asserentis animam B. V. Mariæ in sui creatione et in corpus infusione Spiritus S. gratia donatam, et a peccato originali præservatam fuisse. Peculiare item est quod Gregorius XV. per decretum Sanctissimus anno 1622 præcepit omnibus ut in SS. missæ sacrificio ac divino officio celebrandis tam publice quam privatim non alio, quam Conceptionis nomine uti debeant, Antea nimirum non Conceptionis, sed sanctificationis voce utebantur nonnulli. Sed illud præsertim diligenter est animadvertendum, quod ineunte hoc, quo vivimus seculo de Conceptionis B. V. festo Clemens XI sancivit. Non sum equidem nescius, a probatissimis scriptoribus jam pridem ostensum esse, non solum in Oriente, sed etiam in occidente, ac singulariter in Anglia, et in Gallia jam a seculo 12. Romæ vero saltem a seculo 14. Conceptionis B. V. festum celebratum fuisse, nec non a Sixto 4 amplissimis indulgentiis illud devote, ac rite decore celebrantes fuisse ornatos. Verum quod in aliquibus tantum Ecclesiis agebatur, Clemens XI. anno 1708. const. Commissi nobis ,, Festum Conceptionis B. Mariæ Virginis immaculatæ ubique terrarum ab omnibus Christifidelibus de præcepto servari, et celebrari mandavit,, Ex hac autem sanctione piæ sententiæ patroni ita luculentissime ratiocinantur.

Ecclesiæ Patres pro indubitato tenent, Dei Matrem sanctam fuisse, dum nasceretur, idque idcirco, quia Romana Ecclesia natalem Virginis diem celebrat: ergo et purissimum Mariæ conceptum, quippe festum per universam Ecclesiam, confidenter dicamus oportet. Ut Patrum magni nominis aliquos, D. B. Doctor. Angelicus 3. p. q. 27. a. 1. in argumento Sed contra sic ait,, Ecclesia

celebrat Nativitatem B. Virginis: non autem celebratur festum in Ecclesia, nisi pro aliquo Sancto: ergo B. Virgo in ipsa sua nativitate fuit sancta,,. S. Bonaventura in 3 Sent. d. 3. q. 1. a. 3. in resolutione quaestionis: Respondeo, inquit, quod pro indubitato habet hoc Ecclesia (videlicet B. Virginem in utero sanctitate fuisse donatam) et illud ex hoc patet, quod ejus nativitatem tota Ecclesia celebrat, quod non faceret, nisi Sancta esset,,. S. Ildephonsus lib. de Parturitione Virginis, loquens de ejus nativitate,, enimvero, inquit, si non beata esset et gloriosa, nequaquam tam festive celebraretur ubique ab Universis: sed quia tam solemniter colitur, constat ex auctoritate Ecclesiae, quod nullis, quando nata est, subjacuit delictis,,. Haec Patrum effata, si in rem nostram transferamus, solo Conceptionis vocabulo Nativitati suffecto, caeteroquin ne immutato quidem verbulo, ad asserendam in sui Conceptu immaculatam Dei Parentem adigimur. Ipse Angelicus Doctor, et quotquot Patrum sententiae huic sunt unquam refragati, si Mariae conceptum tanta, ut nunc fit, coli religione vidissent, quis dubitat, num ad immortalem hanc Virginis gloriam promovendam omnem illam, quam tantum valebant, dicendi, scribendique facultatem fuissent collaturi? Quid si hoc contigisset magni Hipponensis Praesulis tempestate, quem tantam Mariae Sanctitatem attribuendam voluisse audivimus, ut cum de peccato ageretur, de ea nullam prorsus, idque propter honorem Domini habere voluerit quaestionem? Profecto, quoniam, ut idem Aug. epist. 113. inquit ,, ideo Ecclesia obitus, non natales SS. celebrat, quia obitus sunt sancti, non natales,, Virginis non modo Nativitatem, verum etiam Conceptionem sanctam pronunciasset, quandoquidem utramque agit Ecclesia festa celebritate.

Quaeres ultimo loco poenam Summi Ecclesiae Pastores sanxerint, ut immaculatae Conceptionis impugnatores compescuerent?

R. fatendum esse quidem Sixti 4. paulo ante com-

memorata Const. Gravissimis cautum fuisse, ne immaculatae Virginis Conceptionis Adversarii haereseos aut peccati mortalis censura notentur, quum causa haec nondum sit decretorio Ecclesiae judicio definita, adeo tamen arctos iis limites constitutos fuisse, ut vix reperiant, quo vel passu uno progrediantur. In primis enim idem Pontifex eadem in Bulla eorundem Adversariorum assertiones, quibus haereseos, vel erroris rei vel peccati mortalis rei dicebantur, qui immaculatam B. V. Conceptionem tuerentur, aut ejus festum celebrarent, aut sermones in ejus laudem concinnatos audirent, tanquam falsas, et erroneas damnavit, una cum libris id continentibus; simulque sub excommunicatione Pontifici reservata prohibuit, ne quid hujusmodi deinceps praedicaretur, aut scriberetur, aut ejusmodi libri pro veris legerentur, tenerentur, aut haberentur.

Ulterius progressus est Paulus V. in Decreto [illegible] anno 1617 edito praecipiens [illegible] omnibus, ut in posterum non audeat in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, et aliis quibuscunque actibus publicis asserere, Beatam Virginem fuisse conceptam cum peccato originali. A publicis actis ad privata etiam descendit Gregorius XV. in Decreto supra laudato, in quo Pauli V. prohibitionem extendit etiam ad privata colloquia, et scripta... praecipiens ne etiam in sermonibus, et scriptis privatis audeant asserere, Beatam Virginem fuisse conceptam cum peccato originali; nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere, seu tractare. Licentiam subinde idem Pontifex eodem anno per quandam declarationem Fratribus Praedicatoribus indulserit, ut de Conceptionis argumento in privatis colloquiis inter se duntaxat et non inter alios disserere, et tractare licite possint. Decretum idem Gregor. XV. necnon reliquas Antecessorum Constitutiones editas in favorem sententiae asserentis animam B. V. in sui creatione, et in corpus infusione divina gratia exornatam, et a peccato originali praeservatam fuisse, sub poenis et censuris jam antea latis innovat, et observari mandat Alexander VII. in Const. Sollicitudo

Omnium anno 1661 die 8 Decembris emanata, et quod etiam promittit, contra eos nominatim, qui ausi sunt tum privatim, tum publice eandem sententiam aut impugnare, aut sollicitare. Sub finem vero addit haec se innovare, et praecipere omnibus, non obstantibus Constitutionibus, ac indultis quibusvis, quibusvis personis, in oppositum scilicet quomodolibet concessis. Ex quo colligunt Theologi abrogatum videri indultum Gregorii XV. Fratribus Ordinis Praedicatorum concessum, cujus paulo ante meminimus.

Ex his sufficienter elucet quantum Summi Ecclesiae Pastores fuerint patrocinati illi sententiae, quae defendit sanctissimam Dei Matrem ipso eo temporis momento quo ejus anima creata, atque in corpus infusa est, ita gratia Spiritus S. praeventam fuisse, ut a primaeva labe fuerit prorsus immunis. Quibus si addas communem pro Virginis sanctissimae Conceptu omnium Orthodoxorum Principum, Academiarum, Gentium, ac Nationum studium, omnium Fidelium solemnem ejusdem misterii concelebrationem, a Supremo Christi Vicario indictam, atque ab universa Christi Ecclesia summo plausu acceptatam, quis poterit definire quantum roboris, ac firmitatis piae sententiae accesserit? Merito igitur Clar. Vir Natalis Alexander in sua Hist. Ecclesiastica tom. 7. saec. 13. et 14. posteaquam obiter illud deferat, cap. 3. a. 25. schol. 4. ad suos sese convertens = Auctor sum, inquit, FF. meis Praedicatoribus, ut depositis antiquae, et jam antiquatae opinionis praejudiciis, cujus tenebras Spiritus S. dispulit, communem, piam, et Ecclesiasticam sententiam, ac devotionem erga immaculatam Deiparae Virginis Conceptionem amplectantur, praedicent, ac propagare studeant =.

Corrolarium I. Eadem ratio, quae immaculatam Virginis Conceptionem persuadet, nimirum omnium omnino quae concipi possunt, praecellentissima Deiparae dignitas facit, ut sentiamus, nihil in ea fuisse quod reprimendum in appetitu sensitivo, nihil, contra quod ipsi pugnandum esset, ut vires inferiores rationi, ratio autem Deo perfectissime subjiceretur. Peccati fomes, et naturae

noxius eo

Adæ peccatum consequuntur, eisque verissime caruisse dicitur Maria, quæ in suo Conceptu non modo culpa libera fuit, sed eo locupletior divinæ largitatis muneribus præ Adamo innocente, quo magis hominum Protoparentis dignitatem Dei Genitricis honor excedit. Mortem quidem oppetiit Maria; at non profecto in pœnam peccati, ut quod in ejus animam ne aliena quidem Adami voluntate penetraverit; verum ut Dei Filio, qui mortem obire voluit, quam simillima evaderet; cujus imitandi studio sese post partum, more cæterarum mulierum ab immunditia quam nesciebat, liberandam obtulit, quemadmodum ille cæterorum ritu infantium circumcisionis subiit cæremoniam.

Corrolarium II. Quum B. Virgo immaculati conceptus privilegium Christo debeat Servatori, a quo veluti lucidissimo, perennique fonte omnium gratiarum charismata profluxerunt, cujusque intuitu tam præclare ornata domus fuit præparata; constat illam etiam eguisse Redemptore. Non equidem opus habuit ea Redemptione, quam a peccato liberativam vocant, sed ea duntaxat, cui præservativæ est nomen. Utrumque hoc Redemptionis genus notum fuit Patribus, Augustino cumprimis et Thomæ, qui illud exemplo medicinæ morbos tum curantis, tum impedientis declararunt. Quid luculentissime de eo meminit Bernardus serm. 22. in Cantica. „ Qui erexit hominem lapsum, dedit sancto Angelo ne laberetur; sic illum de captivitate eruens, sic hunc a captivitate defendens, et hac ratione fuit æque utrique Redemptor, solvens illum, et servans istum „. Hoc argumentum a Redemptione petitum, quod Angelicum a liberandam ab originali culpa Dei Matre absterruit, quod scilicet Ecclesia nondum ita luculenter suam mentem aperuerat, quum egregie tractasset Scotus, ita concludit. Magis igitur indiguit Maria Redemptione, quam quicumque alius; quia tanto magis indiguit redemptione, quanto majus bonum sibi conferebatur per Redemptionem. Cum igitur majus bonum sit innocentia perfecta, quam post lapsum culpa venia, majus bonum sibi conferebatur præservando ipsum ab originali, quam si postea fuisset purgata

isedia
libera
y pace
ali di-
quid
ut quod
te pene
luit,
rese
erudito
d ille
emoria
lati con-
o veluti
Chari-
ectare
tam
y ea
ant, sed
umque
gustino
me mor-
tio lucu-
m. ca[illegible]
ne labi
cupivita
Redem
antum
randae
s subiect
speranam
. Magis
quicunq
nes, quant
isner-
, quod
[illegible]
ret purgat

VIII (ue
not
ca
iun
ongi
vent
ti
omni
ad R
in iiy
gent
neat
Flacc
sium
partu
tur;
stra
Tiabo
pter
Ulden
dd
tis q
necat
sto id
ergo
tam,
ampl
qui
Jra
cafe
aufer
I
sente
bentu

Caput IV.

Originalis culpæ natura exponitur, et modus expeditior exhibetur, quo Adæ Posteri ejusdem peccati rei facti sunt.

VIII. Quamvis originario peccato nihil sit ad prædicandum notius, ut ait S. Aug. lib. 1 de moribus Ecclesiæ Catholicæ cap 22., nihil tamen ipso judice est ad intelligendum secretius. Luterani et Calvinistæ in physicam culpæ originalis essentiam inquirentes nihil aliud eam esse dixerunt, quam ignorantiam et difficultatem ad bonum, peccati fomitem, seu habitualem concupiscentiam. Verum hæc omnia quum in baptizatis etiam reperiantur; et Apostolus ad Rom. 8. v. 1 aperte doceat,, nihil damnationis esse iis, qui sunt in Christo Jesu; primo alterum errorem adjungentes pronuntiarunt, licet post baptismum etiam remaneat originale, culpæ tamen non verti. Mathias quidam Flaccus natione illiricus, qui fuit centuriarum Magdeburgensium præcipuus compilator, Luteranorum, qui rigidi nuncupantur antesignanus, aliorum vero qui molliores dicuntur infensissimus hostis, docuit, homo ut erat natus ad monstra excogitanda, peccatum originis esse substantialem Diaboli figuram, et imaginem, in quam hominis anima propter Adæ culpam substantialiter transformatur. Uldericus Uldericus Zuinglius demum asseruit hoc peccatum esse quemdam morbum instar podagræ, balbutiei, similisve infirmitatis, qui tamen vera culpa non sit, quamvis metonimice peccatum dicatur, quoniam a peccato est, et ad peccatum inclinat. Ita id Urbanum Regium suum dogma exposuit Zuinglius = sic ergo diximus originariam contagionem morbum esse, non peccatum, quod peccatum cum culpa conjunctum sit = et infra = exemplum do: servum nasci misera conditio est, non culpa ejus qui nascitur,, nec ita multo post,, hoc ipsum volo culpam originalem, non vere sed metonimice a primi parentis admisso culpam vocari,,. Hac tenus, qui originalis peccati naturam auferentes, ipsum originis peccatum sustulisse censendi sunt. 11.

IX. Inter Catholicorum placita primum occurrit Magistri 12
sententiarum opinio, quam alii quoque nonnulli docuisse perhibentur. Statuunt hi originariam culpam esse qualitatem quandam

morbidā in anima existentem et prava desideria continue excitantem, hanc vero animæ qualitatē ab alia, quæ item morbida, quæ in carne existit, ortum habere, ex eaque tamquam carnis contactu infici, non secus atque vas male olens infici liquorem in eo receptum. Quamvis utramque hanc morbidā qualitatē, aut illā animæ scilicet, in qua originale peccatum situm esse autumant, tum illā carnis concupiscentiam nominari posse concedant, a Lutheranorum tamen sententia longe abiunt non solū quia Lutherani hujusmodi qualitatē superadditā non agnoscebant usurpabant, sed etiam quia concupiscentiā post baptismum credebant illi peccatum esse, quod Catholici non admittunt.

13 Ambrosio Catharino peccatum originale visū est ipsū Adæ peccatum, nobis extrinsecē solum imputatū; Durando in 2. d. 30. q. 3. non aliud quā reatus pœnæ, consistens in debito carendi justitia originali. Henrico, Bertho, Lyrano, Natali est aggregatum ex concupiscentia et reatu, quasi concretum quoddā ex materia, et forma, ita ut materia sit concupiscentia, forma vero reatus, seu privatio justitiæ originalis. Suarezius, Vasquezius, aliique Dd. gravissimi solā privationē gratiæ, seu justitiæ originalis primævæ illud peccatū, quod nobis inhæret, et reddideram quod omnibus commune est, judicarunt. In hac sententia fuisse putant Anselmū lib. de conceptu Virginali et originali peccato cap. 27. ita scribentē = hoc peccatum, quod originale dicitur, aliud intelligere nequeo in eisdē infantibus, quā nisi ipsam, quam supra posui justitiæ debitæ nuditatē, per quam omnes sunt filii iræ. Tournely denique, Suarez, Bellarminus, aliique plures peccatū originis statuunt esse ipsū Adæ peccatū, voluntate illius physice, nobis autē moraliter propria, atque in nobis donec remittatur, perseverans.

14 . X A natura peccati originalis, ad modū transeuntes, quo in Adæ Posteros propagatur, iisque voluntarium fiunt sit, adeo difficilē rursus offendimus quæstionē, ut Augustino visa fuerit inextricabilis. Juliano enim objicienti, infantes, quibus voluntatis nullus est usus, culpæ reatum contrahere non posse, lib. 5. contr. eundē cap. 3. ita respondet, „ aut utrumque (id est et anima)

vitiatum ex homine trahitur, aut alterum in altero semper in vase vitiato corrumpitur, ubi occulta justitia divinae legis includitur. Quod autem horum sit verum, libentius disco quam dico, ne audeam docere quod nescio". Et epist. ad Hieronymum Adae Posteros originali culpae obstrictos ei comparat, qui quum in puteum lapsus esset, et interrogaretur quomodo cecidisset, respondit " obsecro, cogita, quomodo hinc me liberes, non quomodo huc ceciderim, quaeras". Sed quoniam ipse doctissimus Pater l. 1. de Trin. cap. ult. admonet, haereticos " tanto fortius convinci, quanto plures exitus patent ad eorum laqueos vitandos"; nemo nos jure accusabit, si in hac etiam controversia tantisper immoremur, quum originalis peccati refractarii ex hac potissimum parte Catholicum dogma soleant oppugnare.

Qui originalis culpae naturam in concupiscentia collocarunt, per hanc quoque originale peccatum propagari consequenter docuerunt: atqui Adae Posteris peccatum illud voluntarium dici possit, hac hypotesi non exponit. Plures ad voluntatem quandam interpretativam confugiunt; cujus vi quidquid operatus est Adam quod ad praeceptum de non comedendo vetito fructu spectat, etiam Posteri ejus voluisse censentur, quatenus Adamo in ejusmodi negatio consensum totum haud dubie erant credituri, si quidem tunc vixissent. Verum communis sententia interpretativa ea voluntate non contenta, affirmat decretum aliquod supremi Dominatoris intercessisse, quo Adam morale omnium Posterorum caput constitueretur, omniumque voluntates circa praeceptum de non attingendis fructibus ligni scientiae boni et mali in una primi hominis voluntate includerentur.

Assertio 1.

In Adami posteris peccatum originale est ipsum ejus peccatum, a posteris cum eodem commissum, et usque ad sui remissionem moraliter perseverans.

Probatur 1. ex Apostolo ad Rom. 5. v. 12. " per unum hominem peccatum... in quo omnes peccaverunt" et v. 19. " per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi". Ex primo ita arguo: si posteri Adae in eo

Aug. saltē octo in locis, (apud Belarm.) hanc sententiā docet: lib. 16. de Civit. c. 27. exponens illud Gen. Masculus cujus caro praeputii circumcisa n. fuerit, peribit anima illa de populo suo, quia testamentū meū dissipavit. intelligenda inquit sunt haec divina eloquia tamquā dictū sit: quia non fuerit regeneratus, interibit aā illa de genere suo, quia testamentū meū dissipavit, quando in Adā cū omnibus et ipse peccavit.

Lib. 1. de peccator. meritis. Manifestū ē alia esse propria cuique peccata, in quibus hi tantum peccant quorū peccata sunt; aliud hoc unum, in quo omnes peccaverunt, quando illo omnes ille unus homo, erat,,.

Reticius Augustodensis in opusculo de baptismo: (in baptismatis indulgentia antiqui criminis omne pondus exponimus, et ignorantiae nostrae facinora prisca delemus,,.

Basilius,, jejuniū in Paradiso lege constitutū est... Quia non jejunavimus, decidimus de Paradiso. Adde s. Ignat. appellantē hoc peccatū antiquā impietatē, Hier. primā primi hominis praevaricationē, alios hereditariā maculā, antiquā labē, &c.

Bernardus serm. 1. de Dom. 1. post Octav. Epiph. Aliena est, quia in Adā omnes nescientes peccavimus: nostra est, quia etsi in alio, nos tamen peccavimus.

peccaverunt, originale peccatū ē ipsū peccatū Adae cum eodē a posteris commissum, quod non secus ac peccata personalia jā peracta, necdū rite expiata, moraliter perseverat usque ad sui remissionem. Sed Apostolo judice omnes Adae posteri in eo peccaverunt; ergo peccatū originale ē ipsū peccatū Adae etc. Ex aliis Apostoli verbis ita colliges. Per Adae inobedientiā posteriā constitui peccatores idē est ac per ejus peccatum postquoque reos esse peccati tunc admissi, atque adhuc moraliter perseverantis; Atqui Apostolus aperte clamat posteros Adae per ejus inobedientiā peccatores fuisse constitutos; ergo sunt rei peccati ab eo admissi, donec illis remittatur. Reatus autem iste quid ē aliud nisi originale peccatum? ergo. Sed peccati ab Adā commissi rei esse non possunt, nisi peccatum originale sit ipsū Adae peccatū a posteris cū eodē admissū, et moraliter adhuc perseverans; ergo.

Probatur 2. Ex Trid. et ratione theologica. Tridentinum sess. 5. de peccato originali can. 3. = Hoc Adae peccatū quod origine unum est, et propagatione, non imitatione transfusum omnibus inest, unicuique propriū = Non esset autē unum et propagatione transfusū Adami peccatū, nisi in posteris idem esset, quod Adā commisit, neque esset unicuique propriū, nisi a posteris cum eodē patratū fuisset. Ratio autem suadet, de peccato originali disserendū esse prout de ac de ceteris peccatis habitualibus, quorum natura recte reponitur in actu jā physice praeterito, et moraliter perseverante usque ad sui remissionē, et condonationem; antequā homo vi actus jā praeteriti verus peccator constituitur Dei odio obstrictus, et supplicio dignus. Denique et illud addatis velim; in eo etiā a Philosophis rerum essentias collocari, quo praecise intellecto res ipsa statim intelliguntur, et quo mente ablato, res etiā tolluntur; jā intellecta, quā nos statuimus peccati originalis definitione statim ipsū peccatū intelligitur; ea vero ablata, ipsū etiā tolli necesse ē; ergo in ea peccati originalis essentiā recte collocamus.

Objicies primo cum Lateranis et Calvinistis originariam maculam in concupiscentia reponentibus. Apostolus ad Rom. 6. v. 12. de concupiscentia sermonem habens,, non ergo regnet, inquit, peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus,, et cap. 7. v. 17. de eadem disserens,, nunc autem, ait, jam non ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum,, et v. 20,, si autem quod nolo, illud facio, jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum,, Hoc autem non est peccatum actuale, ut patet ex iisdem verbis: hoc igitur est peccatum originale. Sed Calvinus ad [illegible] interpretationem producit s. Augustinum; qui non uno loco dixit = concupiscentia carnis et peccatum est, et pœna peccati = Docet praeterea lib. 1 de nuptiis et concup. c. 25 eam per baptismum eam remitti, seu expiari: ,, Haec concupiscentia, inquit, quæ solo sacramento regenerationis expiatur, profecto peccati vinculo [illegible] trajicit in posteros, nisi ab illo et ipsi regeneratione solvantur,, Quomodo autem remittatur exponit cap. 25: ,, Concupiscentiae in Baptismo remittitur, non ut non sit, sed ut non imputetur,,.

R. fatendum omnino esse cum Trident. concupiscentiam ,, in renatis nunquam vere et proprie peccatum esse, quam aliquando s. Paulus appellavit peccatum, quia ex peccato est, et ad peccatum inclinat,,. Nempe juxta illud s. Jacobi c. 1. ,, Unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus, deinde concupiscentia cum conceperit (ex quando ipsa peccatum invehit) cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consumatum fuerit, generat mortem,,. Augustinus etiam, quem libenter audiunt Adversarii, cujusque doctrina turpiter abutuntur, hoc idem preclare lib. 1. de nuptiis et conc. cap 25. ita explicavit,, Sic autem peccatum vocatur, quia peccato facta est, cum jam in regeneratis non sit ipsa peccatum, sicut vocatur lingua locutio, quam facit lingua, et manus vocatur scriptura, quam facit manus; itemque sic vocatur peccatum, quia peccatum si vincit, facit, sicut vocatur frigus pigrum, non quod a pigris fiat, sed quod pigros faciat,, In primo igitur testimonio Apostolus repetit dumtaxat Eccli. (18 30) monitum,, post concupiscentias tuas ne eas,,. In reliquis loquitur de ipso se, rege-

Vide Belarmin. lib. 5. de amissione gratiæ c. 13 et Ind. de vera peccatorum remissione, non ejusmodi solum, ut amplius non imputentur.

Lib. I. contr. 2. epist. Pelag. c. 10. „ Etiamsi vocetur peccatum, non utique quia peccatum est; sed quia peccato facta est, sic vocatur ... jam ergo concupiscentia non est peccatum; sed hoc vocatur, sive quod peccato facta est, sive quod peccandi delectatione moveatur „. Sæpissime idem repetit alias.

Ceterum omnem reatum concupiscentiæ baptismate penitus auferri docet lib. II. de pecc. meritis c. 4 „ In baptizatis, deletis peccatis omnibus, soluto etiam reatu, quo vinctos originaliter detinebat (concupiscentia), ad agonem interim manet „ l. 1. c. 2. epist. Pel. „ concupiscentiæ reatus lavacro regenerationis absumptus est „. lib. 6. c. julian. c. 6. „ Malam dicimus, et manere tamen in baptizatis, quamvis reatus ejus — quo reum hominem originaliter tenebat faciebatque, hominis remissus, atque vacuatus „. C. 5. omni peccato baptizati carent non omni malo „

l. 14. de Trin. c. 17. „ Sane ista renovatio non momento uno fit ipsius conversionis, sicut momento uno fit illa in baptismo renovatio, remissione omnium peccatorum: nec enim unum quantulumcumque remanet, quod non remittatur. Sed quemadmodum aliud est carere febribus, aliud ab infirmitate, quæ febribus facta est revalescere: itemque aliud est infixum telum de corpore demere, aliud vulnus quod eo factum est, secunda curatione sanare: ita prima curatio est causam removere languoris, quod per omnium fit indulgentiam peccatorum; secunda ipsum sanare languorem, quod paulatim proficiendo in renovatione imaginis Dei „. En originale peccatum causa concupiscentiæ, en baptisma illud delens, non istam absolvens!

Quare concupiscentia post baptismum non imputatur? lib. 1. de nuptiis et concupiscentia c. 32. renati personam referens, in quibus, ut alibi commonuit, nihil est damnationis.

Quomodo ab Augustino concupiscentia peccatum vocari paulo ante ex eodem dictum est. Malum autem esse concupiscentiam quamvis peccatum non sit, nisi voluntas illi consentiat, clarius docet lib. 6. contra julianum cap. 6. „ Tu autem putas, inquit, qui putas, quod si malum esset concupiscentia, careret ea, qui baptizatur, multum erras. Omni enim peccato caret non omni malo „ et lib. 1. de nuptiis et Concup. cap. 23 ipsa quidem concupiscentia jam non est peccatum in regeneratis, quando illi ad illicita opera non consentitur „ Ceterum, ut omnia ex Augustino petita objectamenta feliciter solvantur, et ejus mentem propius intueamur, triplicem concupiscentiæ rationem seu triplicem concupiscentiæ reatum cum Hipponensi distinguamus oportet; reatum primæve Adami culpæ, a qua concupiscentia cum ipso peccato dimanat, reatum actualis peccati ad quod nos allicit, et consentimus; et reatum pœnæ, quam etiam spiritu repugnantes in nobis experimur. Hic tota Augustini doctrina de concupiscentia comprehenditur, quam ita explicavit lib. 5. contra julianum c. 3. „ Sicut cæcitas cordis, quam solus removet Deus illuminator, et peccatum est, quo in Deum non creditur; et pœna peccati, qua cor superbum digna animadversione punitur; et causa peccati est, cum mali aliquid cæci cordis errore committitur. ita concupiscentia carnis ... et peccatum est, quia inest ei obedientia inobedientia mentis, et pœna peccati est, quia reddita est meritis inobedientis; et causa peccati est defectione consentientis, vel contagione nascentis „ In regeneratis manet concupiscentia non solum quatenus ipsa est pœna peccati originalis, sed etiam quatenus ad nova peccata impellit: non manet autem quatenus ipsa adhuc veri nominis culpæ adhuc retineat reatum, nisi illi consensus præstetur. Hinc l. 1. de nuptiis et Con. cap. 25. hujus reatus expiationem ita declarat Aug. „ Si autem quæratur, quomodo ita concupiscentia carnis maneat in regenerato, in quo universorum facta est remissio peccatorum — ad hæc respondetur. dimitti concupiscentiam carnis in baptismo, non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur; quamvis autem reatu suo jam soluto (idest peccato originali per baptismum deleto) manet tamen, donec sanetur

omnis infirmitas nostra „ Solvitur ergo reatus culpæ, concupiscentia manente, quæ et ipsa in baptismate auferretur, si ipsa peccatum esset.

Objicies 2do S. Anselmum loco supra citato, et D. Thomam 1. 2. q. 82. ar. 3. qui per solam justitiæ originalis privationem originalem culpam exponunt. En Angelici verba = privatio originalis justitiæ, per quam voluntas subdebatur Deo, est formale in peccato originali = . Addes concilium Arausicanum, et Trid. quæ hoc peccatum mortem animæ appellarunt. Mors autem animæ nihil aliud est, quam gratiæ sanctificantis privatio.

R. 1.o divum Anselmum, et Thomam aliis verbis eandem nobiscum tradere sententiam. Justitiæ enim originalis privatio non solum Adæ peccati, quatenus actu transeunte fuit commissum, effectus est ac pœna, sed in nondum renatis adhuc perdurans ipsum quoque originale peccatum constituit. Cave tamen ne in sola justitiæ, aut gratiæ sanctificantis privatione hoc peccatum reponendum putes. Quamvis enim ob hanc solam nuditatem anima vita spirituali carens intelligatur, non tamen hinc satis intelligitur reatus ille, qui nondum baptizatos filios iræ constituit, ut post Apostolum ajebat divus Anselmus. Concilia vero unum affirmant, quin alterum negant; imo Trid. anathemate ferierunt qui dixerit „ in baptismate reatum peccati originalis non remitti, sed illud tantum radi, aut non imputari „; mire assertionem nostram confirmat.

Objicies 3.o directe positionem nostram oppugnans. Hæc sententia non nisi paucis verbis a Catarini sententia, quam docuit etiam Albertus Pighius, abesse videtur. Nam quum Adæ peccatum jam physice transierit, quid ex illo superesse dicatur præter externam imputationem, quam originalis justitiæ privatio consequatur. Quare si Pighii, et Catharini sententias in Hispaniæ expurgatorio, aliisque, ut refert Gotti, jussa est aboleri, hæc quoque merito rejicienda est.

R. a Pighii, et Catharini sententia nos longe distare. Illi quippe nobis nihil physice, et intrinsecus ex originali peccato inhærere dicebant; nos econtrario asserimus cum Tridentino in iis qui nondum aqua regenerationis sunt mundati, unicuique proprium inesse peccatum originale, cujus reatus

„ Hæc itaque remissio peccatorum quamdiu non fit in prole, sic ibi est lex ista peccati, ut etiam in peccatum imputetur, idest ut etiam reatus ejus cum illo sit, qui eum teneat æterni supplicii debitorem „.

Addatur exemplum pejerantis ex habitu libere contracto. Donec revocentur per pœnitentiam omnes actus, quibus inductus est habitus pejerandi, omnia perjuria licet non plene deliberato in peccatum imputantur. Secus, si secus. Item exemplum infirmitatis, et plagæ libere acceptæ.

L. 2. epist. Pel. de errore pro bapt. pecc. radi non tolli inquit, quis hoc nisi infidelis affirmet? Dicimus ergo baptisma dare omnium indulgentiam peccator. et auferre crimina, non radere ...

S. Thomas q. 85. a. 5. Subtractio autem justitiæ originalis habet rationem pœnæ, sicut etiam subtractio gratiæ =

Concupiscentia a D. Thoma dicitur materiale peccati originalis, quia quum vi originalis justitiæ pars etiam inferior menti obediret, sicut ratio Deo, per peccatum Adami sublata est hæc concordia. Hic elucet quomodo concupiscentia imputetur in peccatum ab Aug. in nondum renatis. Est enim similis habitui v. g. pejerandi, qui habitus non ratione sui, sed ratione actuum, ex quorum frequentia oritur habitus, culpabilis dicitur, donec actuum præteritorum reatus deleatur.

Obj. S. Thomas apud Belarm. l. 5. c. 20. aliquando carentiam justitiæ orig. esse causam, aliquando effectum, et pœnam peccati orig. docet. R. recte: nam prout peccatum orig. etiam inhæret non baptizatis carentia justitiæ est causa formalis illius, est ipsa aversitas a Deo, ipsa obliquitas voluntatis, ipsa macula: prout autem peccatum hoc intelligitur ea transgressio actualis [illegible] capiti, quo actu transiit, carentia justitiæ originalis est pœna et effectus: vel potius dicendum carentiam justitiæ orig. prout importat ipsa justitiæ subjectionem voluntatis et conversionem ad Deum, esse causam formalem; prout importat subjectionem corporis esse effectum, et pœnam a Deo inflictam.

ent. Ecclesia refutatur per Trid. ejus propagatione transfundi peccatum originis; 2. inesse unicuique proprium 3. remitti in baptizatis tolli totum id, quod verum et propriam rationem habet peccati; 4. ita tolli, ut hoc tolli non sit radi aut non imputari.

reatus in baptismate non radatur solum, aut non imputetur sed remittatur omnino, penitusque tollatur, eo plane modo, quo cetera peccata post baptismum commissa in Paenitentiae Sacramento obliterari, delerique, fatemur.

Assertio II.

Omnes in Adam peccaverunt, quia omnium posterorum voluntates circa praeceptum de fructu vetito non gustando in illius voluntate inclusae fuerant.

Ostenditur. Illud Geneseos 17. v. 14. „ masculus, cujus praeputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit „ commentans Aug. lib. 2. de nuptiis, et Conc. ubi ita Pelagium interpellat „ Discat iste, si potest, quomodo puer ille testamentum Dei dissipavit octo dierum, quantum ad ipsum proprie attinet innocens filius? „ inde vero ita respondet „ Tunc ergo dissipavit testamentum Dei, non hoc de imperata circumcisione sed illud de ligni prohibitione, quando per unum hominem peccatum intravit in hunc mundum, et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt „ Hoc idem repetit Augustinus lib. 16. de Civit. Dei c. 17. idem lib. 3 de peccat. meritis rationem reddens, quare omnes peccaverint in Adam iis verbis „ omnes ille unus fuerunt „. S. Hieronymus autem expendens illud Osee 6. v. 7. „ ipsi sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi praevaricati sunt in me „ ita interpretatur „ ipsi imitati sunt Adam, ut quod ille in Paradiso fecerat, pactum, legemque praeteriens, isti in terra fecerunt, et ibi hoc est in Paradiso omnes praevaricati sunt in me „ Tandem S. Basilius, ut alios missos faciam, hom. 1. de laudibus jejunii diserte ait „ quia non jejunavimus in primo parente, ideo excidimus a paradiso „. Ex his abunde constat, Adamo fructum vetitum comedente in Paradiso, nos etiam omnes ex eo illum comedisse, Adamo ibi Domini praeceptum transgrediente ac peccante, nos etiam cum transgressos et peccasse in illo idem illud praeceptum transgressos fuisse, ac peccasse. Verum „ usque adeo peccatum voluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum, nisi sit voluntarium „ quemadmodum scripsit Augustinus lib. de vera Relig. c. 14. et omnibus compertum est: Ergo omnes Adae Posteri cum Adam et in Adam voluntate

peccarunt. Sed in eo Posterorum voluntates physice non inerant, restat igitur ut supremo Dei arbitratu in eo fuerint moraliter inclusæ.

Rursus declaratur et corroboratur assertio. S. Thomas 1. 2. q. 81. a. 1. „ Omnes homines, inquit, qui nascuntur ex Adam, possunt considerari, ut unus homo, in quantum conveniunt in natura, quam a primo parente accipiunt, secundum quod in civilibus omnes homines, qui sunt unius communitatis, reputantur quasi unum corpus, et tota communitas quasi unus homo „. Principes etiam, et respublicæ ratione alti domini subditorum voluntates in ordine ad quosdam civiles effectus ita alterius voluntati possunt alligare, ut quidquid is fecerit omnes cæteri in ejus voluntate fecisse censeantur. Res est manifesta in pupillis, quorum voluntates ex juris dispositione ita in Tutoris voluntate comprehenduntur, ut illi simul cum Tutore omnes contractus inire, iisque obligari censeantur judicentur. Quid ergo impedit, quo minus Deus pro suo absoluto et supremo dominatu Adamum omnium Posterorum morale caput constituerit, et circa observantiam, aut transgressionem illius præcepti de non attingendo vetito fructum in ejus voluntate cæterorum omnium voluntates incluserit? Atqui si id efficere potuit, id etiam fecisse dicendum est; tum quia non aliter exponi posse videtur Apostolus asserens, in Adam omnes peccasse; tum quia Patres, quos recensuimus, Scripturas interpretantes ita videntur sensisse. Quamobrem ita cum Aug. quæst. 98. cum 113. concludo „ Jam itaque quod homo in se ipso est, ab eo qui genuit, alter effectus, peccato alterius sine sua consensione non tenetur obnoxius; traxit ergo reatum, quia unus erat cum illo, et in illo, a quo traxit, quando, quod traxit, admissum est „.

Objicies 1. Ut omnes in Adam vere peccasse dicamur, satis est omnes fuisse in lumbis ejus; ergo supervacaneum est illud Dei pactum, quo nostras in ejus incluserit voluntates. Prob. ante. Ut omnes dicamur filii Protoparentis rebellis, et peccatoris satis est nos in ejus lumbis fuisse; ergo etiam ut in eo vere peccasse dicamur. Confirmatur primo ex Concilio Trid. sess. 6. in decreto de justif.

singulari 1. 2. q. 81. a. 2., sicut ad personam pertinet aliquid secundum se ipsam, et aliquid ex dono gratiæ; ita etiam ad naturam potest aliquid pertinere secundum se ipsam, scilicet quod causatur ex principiis ejus, et aliquid ex dono gratiæ. Et hoc modo justitia originalis, sicut in 1. parte q. 100 a. 1. dictum est, erat quoddam donum gratiæ toti humanæ naturæ collatum divinitus in primo parente, quod quidem primus homo amisit per primum peccatum. Unde sicut illa originalis justitia traducta fuisset in posteros simul cum natura, ita etiam inordinatio opposita „

cap. 3 quod ita decernit,, revera homines, nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur injusti, cum ea propagatione, per ipsam dum concipiuntur, propriam injustitiam contrahant,, . Confirmatur 2do ,,Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi; ita et per unius obedientiam justi constituentur multi,, (Rom. 5.19.) Sed obedientia Christi nobis aliis profuit, quia ipsi Christo voluntaria fuit, quin aliorum voluntates in ejus voluntate includerentur; ergo eodem modo inobedientia Adami nobis obesse potuit, et revera obfuit, quin libertas nostra in Adæ arbitrio occluderetur . . . .

R.o negando ant., cujus probationis ante admittendæ è, neganda consecutio. Denominatio enim peccatoris in subjecto ita denominato culpam aliquo sensu ipsi voluntariam arguit; non ita vero denominatio Filii huis rebellis et peccatoris, quod ejusmodi culpa soli parenti voluntaria indigatur. Ut autem originale peccatum idoneo sensu voluntarium posteris fuisse dicatur, satis non est eos in lumbis Adæ extitisse. Cur enim eandem ob causam cetera ejusdem peccata, si quæ forte admisit, aut proximorum parentum delicta Filiis voluntaria non appellantur, eisque omnibus inficiuntur? Prima confirmatione ex Tridentino petita nihil concludunt. Naturalis enim generatio è quædam necessaria conditio liberrime a Deo alligata, sine qua parvuli rei non essent hæreditarii peccati; non autem causa ipsius hæreditatis infaustæ. Hujusmodi conditionum exempla quotidie videmus in ceteris hæreditatibus, quæ obtingunt ex testamento. Secundam confirmationem in adversarios retorquemus. Sicut enim ut justificemur, requiritur voluntatis assensus nostræ, immo et nostra cooperatio, ita etiam ut quæ nobis Christi obedientiæ merita communicentur; ita etiam consensio nostra saltem eo, quem exposuimus, sensu, requiritur, ut per Adæ inobedientiam peccatores constituamur. Ceterum Deus, quia bonus etiam malis potest bene facere; at quia justus insontibus nequit male facere, seu malum imputare

Objicies 2. Pactum illud, seu decretum, quo posterorum voluntates in Ada occlusæ fuisse dicuntur, è inane figmentum Patribus, et Augustino præsertim prorsus ignotū. Ipse enim, qui de peccato originali tam acris, ac diutina fuit adversus Pelagianos de peccato orig. disceptator, nusquā hujus pacti meminit, quamvis maxime opportunū esset ad Juliani cavillationes eludendas, esset maxime opportunū. Cum enim dixisset Augustinus per unius Adæ voluntatē malā omnes in eo peccaverunt, quando oēs in illo uno fuerunt; referente ipso Aug. l. 4. oper. imperf. c. 104; ita objiciebat Julianus „ Si omnes ille unus fuerunt, per voluntatē illius malā omnes peccaverunt, quā isti omnes, quos in illo fuisse dicit, sua potuerint voluntate peccare ... habuerunt ergo parvuli voluntatē nō solū antequā nascerentur, verū antequā proavi eorū generarentur, et usi sunt electionis arbitrio, priusquā substantiæ eorū semina conderentur „. Porro si decretū illud, quod jactatur, novisset Aug. quid eo efficacius ad Juliani gerras dissolvendas? Reposuisset nimirū s. D. Adæ posteros, eorūque voluntates non physice, sed moraliter duntaxat in Ada extitisse, ratione scilicet divini pacti, quo Deus Adā humanū generis morale caput constituit, eorumque voluntates libertati Adæ suspendit. Verum Aug. quin vel unū verbulū protulerit pro hujusmodi pacto ita respondit, ut aperte significaret vi unius naturalis generationis originale peccatū diffundi. „ Secundū originē, inquit, omnes in illo uno erant, et hi omnes unus ille erant, qui in se ipsis nulli adhuc erant. Secundū hanc originem seminalē etiam Levi tunc decimatus ostenditur, non in se ipso, sed in illo, in cujus fuit lumbis (nempe Abrahæ) nec voluit, nec noluit decimari, quoniā nulla ejus voluntas erat ... et tamen secundū rationē seminis, nec mendaciter, nec inaniter dictū est (Hebr. 7. v. 9.), quod ibi fuit, et decimatus est =. Sicut igitur Levi decimatio in Abraha sola ratione seminis est exponenda; ita ex Augustino media duntaxat generatione omnes in Ada peccaverunt. Hanc viā explicandi mysteriū istud inivisse Augustinū liquet ex pluribus locis, in quibus docet per concupiscentiā

Julianus ibidē redarguerat Augustinū, quod animarū traducē admitteret, et hoc ostendere conabatur ipsius Aug. verbis, quibus dixerat „ omnes in eo peccaverunt, quando omnes ille unus fuerunt „. His verbis relatis pergit Julianus „ Quo testimonio convinceris animarū traducē de Manichæi specialiter visceribus acceptā credere, atque complecti „.

Quid tam longe a recto tramite disputationis aberraret Adversarius, quomodo erat ad quæstionis punctū revocandus? Principio repetit Apostoli verba, per unū hominē, in quo omnes peccaverant, in mundū intrasse peccatū. E vestigio subdit Ambrosii interpretationē inquiens „ Audi Juliane .. Fuit, inquit (Ambrosius), Adā, et in „ illo fuimus omnes; periit Adā, et omnes in illo „ perierunt. Huic dic, si audes, quod una anima „ propria voluntate peccante, non potuerunt perire „ tot aīæ nondū habentes proprias voluntates „ Argue de origine aīarū cunctationē meā, quia „ non audeo docere, vel affirmare quod nescio „ propter te de hujus rei tā profunda obscuritate „ quod placet; dū tamen fixa et inconcussa fit „ sit ista sententia, quia illius unius culpa mors oīū „ est, et in illo omnes perierunt „. Addito uno Evangelii testimonio ita pergit.

„ = Sed poterat Ambrosius hoc intelligere, quod „ tu non potes, non hoc dici propter arbitriū singulorū, sed propter originē seminis, unde omnes „ futuri erant; secundū quā originē omnes in „ illo uno erat. ut Ō. =.

En scopus Aug! Hereticus ab existentia peccati ad modū propagationis deflectebat. Aug. invitū revocat Pauli testimonio, et Ambrosii interpretatione. Utrobique dicimur in Adā omnes peccasse, et expresse Ambrosius ait, nos omnes in Adā fuisse, et cū Ambrosio idē dixerat Aug.

Sed quoniam Augustini locutione eandem traducem affirmari putabat julianus; adhuc anceps Aug. super eandem origine, sapienter dimissa illa quæstione; sin minus quoad animam, certe quoad ad corpus affirmat nos in Ada fuisse; atque ita veram esse contendit suam assertionem et assertionem Ambrosii: id belle demonstrat Levi decimatione. Hæc principia certa sunt, et apta ad certandum cum juliano. At hic attingere quæstionem alteram, num per aliquod decretum voluntas nostra in Ada voluntate fuerit suspensa, non aliud fuisset, quam januam aperire juliano, qua illam a statu quæstionis propositæ digrederetur, quod hæreticus desiderabat, et undique occasionem id faciendi quærebat

originariam labem propagari. Ex pluribus unum seligo, quod lib. 1. de nuptiis et concupisc. cap. 23. legitur = hac concupiscentia profecto peccati vinculum generatione trajicit in posteros.. natos non ex bono, quo bonæ sunt nuptiæ sed ex malo concupiscentiæ... reos Diabolus parvulos tenet =

Cum Augustino cum Juliano controversiam non fuisse de modo, quo peccatum in Adæ posteros derivatur (quam tamen quæstionem hæreticorum more ad disputationem alio pertrahendam identidem julianus obtrudebat); sed de Catholico dogmate, quo profitemur Adæ reatum in omnes vere diffunditur. Augustinus itaque quam manifesta Scripturarum testimonia haberet, in quibus orthodoxa veritas traditur, his tanquam sapiens disputator inhærebat, quæ ab juliano cum admittebantur, tanquam sapiens disputator insistebat, quin ad aliam de modo quæstionem digrederetur; quamvis si interdum leviter attigit, ea protulit, quæ non melius, quam in nostra sententia possunt exponi, ut in ea confirmanda ostensum est. Levi decimationem adduxit Aug. non ad demonstrandum modum, qua hæreditaria culpa ad nos usque pervenit, quæ non erat disceptationis punctum; sed ad juliani argumentationem infringendam, qui eam ob causam in Adæ posteros in illo peccasse negabat, quod cum ille Dei præceptum transgressus est, isti non existebant. Hæc autem ratio belle infirmatur Levi decimatione, quæ in Abraham peracta fuerat, antequam tribus illa extaret; quamvis adæquata similitudo hinc institui non possit, si contra Augustini scopum ad modum explicandum, quo hæreditaria culpa diffunditur, illam detorquemus. Decimari enim, quum denominatio duntaxat externa sit, quæ nihil immutat in Filiis ratione parentum, sed quosdam civiles effectus spectat; nullum absurdum est, si a Parentibus in Filios derivetur. At denominatio peccatoris internam animæ maculam arguit, ex qua homo et Dei odio, et pœna dignus efficitur; qui animæ reatus, sicut omne peccatum ut imputetur a justissimo Deo, voluntarius esse debet.

(Dum ait tandem Hipponensis Præsul, concupiscentiæ peccati vinculum generatione trajicere, conditionem duntaxat

meminit, sine qua originalis culpa non propagatur, non autem causam assignat, propter quam parvuli fiant ejus culpæ rei. Negari sane non potest ad contrahendum illud paternum peccatum necessariam esse originem ex Adamo per naturalem generationem; cui in hoc naturæ corruptæ statu concupiscentia ab Adæ culpa exorta comitatur. Sed aliud præterea cum eodem Augustino necessarium fuisse contendimus, nempe divinum decretum, quo posterorum voluntates cum parentis voluntate conjunctæ fuerint; quum sine hoc decreto non appareat, unde voluntarium posteris esse possit id peccatum, quum tamen clare asserat Aug. nisi voluntarium sit, peccatum esse non posse. Lege Simonet pag. 154

Objicies 2do. Hoc divinum decretum, quo inclusæ dicuntur posterorum voluntates in voluntate Adami adeo est obscurum, et incertum, ut ne ab illis quidem, per quos inventum fuit, possit explicari. Fuitne pactum aliquod expressum, et expectato Adami consensu initum, ut ceteroquin fieri debuisse videtur, quum pactum definiatur = duorum aut plurium in idem placitum? = An pactum implicitum, seu absolutum Dei decretum ab Adami consensione omnino independens? Si hoc alterum statuatur, decretum istud patefactum ne fuit Adamo, antequam peccaret? an vero celatum? Nihil sane potest definite pronunciari. Immo vero definite è rejiciendum, et tanquam infinitæ Dei sanctitati repugnans, et tanquam hominibus injuriosum. Potest quidem Princeps in Curatoris voluntate voluntatem pupilli quantum ad civilia negotia suspendere: at neque Princeps neque Deus id efficere potest in ordine ad peccandum. Annon injuriosus Princeps ille, qui eos Curatores, et Tutores constitueret, quos aliorum bona dissipaturos prævideret? Sed nunquid non agnoscebat Deus futurum fuisse ut Adamus ceterorum omnium caput constituendus, peccaret? Qui ergo fieri potest, ut eo decreto admisso Dei Justitia servetur?

R. ex circumstantiarum ignoratione facti, quod aliunde probatur, negandum non esse. Ceterum probabiliter dici potest, pactum illud, seu potius decretum fuisse omnino absolutum ab uno Dei arbitratu dependens, Adamo tamen ~~...~~ antequam delictum patraret, significatum. Alterum exigere

videtur Dominium Dei supremum; alterum autem suavis Dei Providentiae, ut magis a peccato adeo tantum sibi noxio, universamque posteritati averteretur. Neque hujusmodi decretum aut Dei sanctitatem dedecuit, aut ullam Adae posteris injuriam irrogavit. Quid enim infinitae Dei bonitati adversum in hoc decreto? „Adamum universi hominum generis morale caput „ita constituo, ut si praecepto de fructu arboris scientiae boni et mali non comedendo ipse obtemperaverit, ejusmodi obsequendi studio iis omnibus, qui ab eo sunt nascituri, originalem justitiam mereatur: sin autem hoc meum praeceptum fuerit transgressus, omnes qui naturali generatione ab eo descendent, nec peculiari privilegio fuerint excepti, eodem scelere sint involuti„. Equidem Principum terrae auctoritas huc perfingere nequit. Nempe in bonis dumtaxat temporariis illi dominantur: at vero Deus Rex Regum, et Dominus dominantium non res modo externas moderatur, sed humanas etiam voluntates magis in sua habet potestate, quam homines ipsi suas. Quum ergo nec Principes hujus saeculi injuste agere censeantur, qui ob grave parentis facinus avitis praerogativis ejusdem filios privent; et leges in subjectos pupillos ferre possint, quae pupilli voluntatem eandem esse cum Tutoris voluntate faciant; quare injustus appellabitur Deus, quod omnium nostrum voluntates primi hominis arbitrio innumeris divinae gratiae praesidiis instructo ita incluserit, ut illo vel obediente Dei legi vel reluctante eadem ab illo essemus vel beatitate vel clade involvendi.

Qui hoc supremum Dei decretum eo nomine accusant, quod pro sua sapientia Deus Adami lapsum jam praevidebat: ii profecto omnem ei ferendarum legum potestatem injustissime denegant. Quippe mens illa suprema, atque omnium rerum cognitione praedita tota aeternitate ante leges conditas unumquemque mortalem, qui leges ferendas violaturus erat mente animoque praevidit. Hic quoque amplior est Dei in homines quam Regum in subjectos potestas; et quamquam hi Tutores eos constituere nequeant, a quibus pupillorum fortunas noverint dissipandas, potuit tamen Supremus Mundi Rector Adamo, a quo profligandam sciverat, nostram omnium felicitatem, concredere

Neque enim pupillorum fortunae jura, ut dominus, proprietas Regibus subjiciuntur, sed jurisdictionis tantum, quod Regnorum Moderatoribus solum de pupillis benemerendi auctoritatem tribuit, onusque imponit eorum damna studiose praecavendi. At propterea Deus ultimumque in res omnes dominatum exercet, omnia potest ad suam non bonitatem modo, aut justitiam, sed majestatem quoque supremamque auctoritatem ostendendam convertere; nec magis obligatur hominum flagitia, quam interitum impedire. At non modo justum hoc decretum nos decet appellare, verum etiam salutare, nobisque maxime expetendum. Nusquam enim tutiori in loco res mortalium collocari potuerant, quam quum nostrum omnium salus unius primi hominis arbitrio relinquebatur. Namque in eo formando sola Divini Opificis manus laboraverat, tamque liberaliter omnibus ornamentis fuerat munitus, quam ornatum eum esse portebat, qui ex uno Sapientissimi Artificis Magisterio, cujus perfectissima sunt opera, prodiisset; cuique soli universi generis humani felicitas erat concredenda.

Corrolarium. Cum Adae Posteris primigenea culpa sit voluntaria, quoad ejus fieri poterat, explicatum est. Hinc facile colliges qua ratione in Adami nepotes transmittatur. Quum dicimus ad hanc labem contrahendam naturalem generationem esse necessariam, eamque appellarimus conditionem, sine qua homo Adae crimine non inquinaretur, quoniam pro supremo Dei arbitratu, qui aliter, uti Christus, nasceretur, divina comminatione, qua in parente Nepotibus etiam facta est, non continebatur. Sed inanime corpus peccati est incapax, utpote quod in anima tanquam in subjecto residet.+ Rursus si vel uno temporis puncto anima existeret, antequam corpori uniretur, ob eundem naturalis generationis defectum, ex quo dici non posset Adae Filius, seu ab Adam descendere, eo momento originali culpa careret. Restat igitur ut tum primum originalis noxa contrahatur, quum anima in corpus ad illud informandum ingreditur. Tunc ex corpusculo et anima simul colligatis exurgit homo, qui tanquam ab Ada peccatore descendens fit et ipse peccator. Cum haec in difficillimo argumento explicationem

+ atque idcirco priusquam anima crearetur, et in corpus infunderetur originariae culpae locus esse non potest.

sibi satisfactum non fuisse diceret, is responsionem, illud quod supra innui, ex Augustino habeat„ Quid autem horum sit verum, libentius disco, quam dico; ne audeam docere quod nescio. Hoc autem sed tamen scio, id horum esse verum, quod fides vera, antiqua, Catholica, qua creditur et asseritur originale peccatum, non esse convicerit; (alioquin) ista fides non negetur, et hoc quod de anima (nos diximus modo) latet, aut ex otio discitur, aut sicut alia multa in hac vita sine salutis labe nescitur. Magis enim curandum est sive in parvulis, sive in grandibus, quo anima sanetur auxilio, quam quo vitiata sit merito, quae tamen si vitiata negabitur, nec sanabitur„

Caput V.

Naturam humanam per Adae peccatum in deterius mutatam fuisse ostenditur; et quamvis libertas supersit, ipsam tamen una cum ceteris ad facultatibus magis debilem esse, quam fuisset in natura pura sustinet.

13 XII. Qui miserrimam conditionem, in quam a die nativitatis omnes Adami Nepotes dilapsi sunt ob primigeniam illam noxam, de qua per duo superiora capita disseruimus, attente ponderaverit, is sentiet profecto, quam vere ab Aug. lib. 6. contra julianum c. 8. Adami delictum appellatum fuerit„ Peccatum magnum, ineffabiliter grande peccatum, apostasia ineffabilis, peccatum grandius quam judicare possumus, cui posterorum peccata quamlibet horrenda aequari et praeferri non debent„ Quum gratia divinae ad operandum salutaria necessitatem, de qua lib. seq. perpetuus sermo futurus est, non aliunde magis, atque ex natura nostra per originale peccatum sauciatae vulneribus eruere liceat; in his primis duce ss. Aug. et Toma stabiliendis elaborandum nobis est, atque ostendum contra Pelagianos, Adae peccato totum hominem tam secundum corpus, quam secundum animam in deterius commutatum fuisse. Sed quoniam ex adverso faterentur Calvinus, jansenius, de quibus consule caput 3. et 5. lib. primi, ac quicumque eorum vestigiis institerunt majorem cladem in originis noxam illatam fuisse putaverunt, quam revera illa sit, ac liberum arbitrium ita extinctum peccato illo, ut praeter lubentiam, ut dicimus, et spontaneitatem in agendo nihil reverae libertatis, cujusmodi in Adamo vigebat remansisse

eorum quoque audacia hic castiganda est. Ac ne quis vocis ambiguo haereat in re maxime necessaria, quid libertatis nomine intelligendum sit, licet ex Metaphysica compertum vobis esse debeat, non nisi brevissime hoc loco repetendum existimavi.

XIII. Libertas, quæ vi nominis non aliud significat quam immunitatem, et interdum pro immunitate peccati, aut legis, aut servitutis, aliarumque miseriarum accipitur, quod ad rem nostram spectat, dividitur in libertatem a coactione, seu violentia, et in libertatem a necessitate. 16.

Illa finiri solet per immunitatem a quacunque vi extrinsecus illata, per quam voluntas licet pro viribus resistat ad aliquid amplectendum, vel rejiciendum impellatur. Hac libertate gaudet homo, quoties sponte sua; sive non reluctando aliquo fertur, quin illa vis eidem sit extrinsecus illata, quæ ad voluntatem pertingere nunquam potest. Eadem libertate pollet Deus, quum semetipsum amat. Quamvis enim ad sui amorem necessario pertrahatur, neque ulla ratione se ipsum odio habere, aut non amare possit; ad id tamen nulla vi extrinsecus illata, sed duntaxat ex interna, atque infinita sua perfectione determinatur. Ejusmodi liberum, quod ab Angelico 1. 2. q. 6. definitur „id cujus principium est intra cum cognitione finis „; idem est ac spontaneum, et voluntarium. Altera est libertas indifferentiæ, quæ non modo coactionis, aut vis extrinsecus illatæ, sed etiam cujuslibet etiam intrinsecæ ineluctabilis necessitatis immunitatem includit. Communiter hæc solet definiri, Facultas, quæ habitis omnibus ad agendum requisitis potest agere, et non agere (et hæc libertas contradictionis dicitur, seu exercitii), aut etiam opposita agere (et hæc libertas contrarietatis, seu specificationis nuncupantur). Ad liberum hominis arbitrium, quale in præsenti naturæ statu cum ex divinis litteris, tum ex intima uniuscujusque experientia nos constat habere, satis non est immunitas a coactione, seu vis extrinsecus illata, sed requiritur etiam immunitas cujusvis ineluctabilis necessitatis „ Hoc ad libertatem arbitrii pertinet (inquit S. Thomas in 2. sent. dist. 25. q. 1. a. 1. ad 2.), ut actionem aliquam facere vel non facere 17.

Libertas a coactione est immunitas a vi ipsi agenti extranea, quæ contra ipsius agentis inclinationem ipsum ad agendum compellat. Lapidem sursum trudis, contra ipsius naturam, qua deorsum tendit, agere compellis. Tam præclare hic Lutherus, quam impie in pluribus aliis „ voluntas, si cogeretur, voluntas non esset. Nam coactio potius est, ut sic dicam, noluntas „.

Libertas a necessitate, est facultas, quæ post omnia ad agendum requisita potest unum præ alio objectum eligere. Hinc libertas electionis, indifferentiæ, et simpliciter libertas appellatur.

Quatenus potest eligere actum aut illius omissionem, dicitur libertas exercitii, seu contradictionis. Quare? quia etc. Quatenus potest eligere v. g. bonum, et malum, virtutem, et vitium, dicitur contrarietatis. Quatenus potest eligere hoc potius præ aliis bonis, hoc præ aliis peccatis, dicitur specificationis.

Libertatem indifferentiæ, seu electionis rejiciunt Prædestinatiani, non autem libertatem a coactione. Hinc Calvinus „ Voluntatem movet Deus non qualiter multis seculis traditum est, et creditum, ut nostræ postea sit electionis motioni aut obtemperare, aut refragari, sed illam efficaciter efficiendo „.

Itaque a multis seculis tradita, et credita est idea libertatis, quam impugnat Calvinus. Quænam hæc idea, ut nostræ sit electionis etiam post motionem Dei, seu post omnia requisita unum amplecti; alterum rejicere.

possit"; et p. 1. q. 83. a. 3. "Proprium liberi arbitrii, ait, est electio: ex hoc enim liberi arbitrii esse dicimur, quod possumus unum recipere, alio recusato, quod est eligere". Angelico praiverant veteres Ecclesiae PP. quibuscum sane Augustinus, Damascenus, Anselmus, et Bernardus, qui hoc argumentum accuratius pertractarunt. Sed illud etiam percommode cadit, Novatores, qui post originale peccatum solam libertatem a coactione remansisse statuunt, de Adami innocentis libertate disceptantes nobiscum sentire, dum illam definiunt per eam animae facultatem, qua habitis omnibus ad agendum requisitis agere potest, et non agere, velle ac nolle. Hanc eandem libertatem quoad substantiam una cum ceteris naturae humanae facultatibus post originale certum est remansisse, ut mox exponemus.

18. XIV. Sed inter Catholicos fervet acerrima quaestio, num liberum arbitrium, ceteraeque humanae hominis facultates naturales fuerint per originariam labem intrinsecus vulneratae, attenuatae, atque infirmatae. Quum concilia et Patres humanam naturam per illam universalem noxam sauciatam, atque infirmatam esse statuissent; passim Molinistae, ac plures alii Scholastici, quorum sententiam communem appellat Cardinalis de Aguirre Theologus Benedictinus, per solam donorum supernaturalium jacturam exponunt hujusmodi vulnera atque infirmitatem. At Pater Lazzaniga communem fuisse olim existimat nedum Theologorum, verum etiam Fidelium persuasionem per Adae lapsum fuisse naturam humanam sauciatam, vulneratam, infirmatam cum in intellectu quantum ad veri cognitionem, tum potissimum in voluntate quantum ad prosequutionem boni; graviterque conqueritur, Molinam pervulgatae huic hominum persuasioni refragatum esse, statuisseque naturales vires post originariam culpam secundum se mansisse, quales illas habituri essemus, si in puris naturalibus ad naturalem duntaxat finem essemus ordinati. Suavissimi Theologi Suarez, Vasquez, Cardinalis Bellarminus, aliique passim ejus asseclae Molinae sententiae subscripserunt; oppositam acriter defendentibus quotquot in Thomistarum et Augustinensium scuto juvarunt. In hac difficillima quaestione, in qua dixer

mallem, quam docere, quod mihi sentiendum esse videatur, paulo post fiet manifestum. Nunc graviora stabeamus, et magis necessaria.

Assertio I.

Natura humana per peccatum originale tam secundum corpus, quam secundum animam in deterius commutata est.

Probatur primo ex celebri parabola hominis descendentis ab Jerusalem in Jericho, qui ut refert Lucas evangelista c. 10,, incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum; et plagis impositis abierunt, semivivo relicto,,. Mira consensione hunc locum Patres interpretantur de Adamo, qui a Diabolo, aut etiam ab Angelis ejus tanquam a latronibus in illo casu miserando justitia originali, ceterisque ornamentis spoliatus, et tam in corpore, quam in anima graviter sauciatus fuit. Ita parabolam illam exponunt Origenes hom. in Luc. 34. Greg. Naz. Orat. de Theol. Basil. hom. in aliqua Script. loca; Chrysost. Hom. in Lucam; Ambros. in hunc locum, Hier. epist. ad Fabiolam, et alibi, August. pluribus in locis, Gregor. M. Bernardus, aliique. Ac ne quis putet in hujusmodi infortunio solum Adamum fuisse involutum, audiat Apostolum clamantem Rom. 5. per unum hominem peccatum intrasse in mundum, et per peccatum mortem, et ita mortem in omnes homines pertransiisse, et regnasse mortem ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adam,, et Ephes. 2 c. 3, ut significaret omnem justitiam in Adam nos perdidisse, natura, inquit, eramus filii irae.

Probatur 2. ex Patribus et Conciliis. Sed quis eos omnes vel recensendo potest commemorare? Duos tantummodo referam. S. Justinus Martyr in Dialogo cum Tryph. ,, Humanum genus, inquit, per Adam in mortem, et fraudem seductionemque serpentis conciderat,,; et S. Joan. Chrysost. hom. 10. in epist. ad Rom. ,, Manifestum est, quoniam non ipsum peccatum, quod ex legis transgressione, sed illud peccatum, quod ex Adae inobedientia, hoc erat, quod totum perdidit, omnia contaminavit... Adam ex semetipso nascentibus, quamvis non

Ecclesiastici 40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, et jugum grave super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturae, in matrem omnium. Cogitationes eorum et timores cordis, adinventio expectationis et dies finitionis: a residente super sedem gloriosam usque ad humiliatum in terra et cinere: ab eo qui utitur hyacintho, et qui portat coronam usque ad eum qui operitur lino crudo: furor, zelus, tumultus, fluctuatio, et timor mortis, iracundia perseverans, et contentio... Ad haec mors, sanguis, contentio et romphaea, oppressiones, fames et contritio et flagella: super iniquos creata sunt haec omnia et propter illos factus est cataclysmus,,;

Gen. 3. Maledicta terra in opere tuo: spinas et tribulos germinabit tibi in sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es, quia pulvis es et in pulverem reverteris.

manducaverint de ligno, factus est causa mortis, quae per eum inducta est„. Concilia vero plurima contra Pelagianos congregata hoc aperte statuerunt. Id clarissime definivit Arausicanum II. c. 1. „Si quis per offensam praevaricationis Adae non totum, id est secundum corpus, et animam in deterius dicit hominem commutatum, sed animae illaesa libertate durante corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, Pelagii errore deceptus adversatur Scripturae„ et c. 2 „Si quis soli Adae praevaricationem suam, et non ejus propagini asserit nocuisse; injustitiam Deo dabit contradicens Apostolo„. Quae iterum declarans Trid. synodus sess. 5. in decreto de peccato originali ita sanxit „Si quis non confitetur, primum hominem Adam cum mandatum Dei in paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem, et justitiam in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam praevaricationis hujusmodi iram, et indignationem Dei atque adeo mortem, et cum morte captivitatem Diaboli, totumque Adam per illam praevaricationis offensam secundum corpus, et animam in deterius commutatum fuisse anathema sit„ et mox „Si quis Adae praevaricationem sibi soli et non ejus propagini asserit nocuisse; et acceptam a Deo sanctitatem, et justitiam quam perdidit, sibi soli, et non nobis etiam perdidisse, aut inquinatum illum per inobedientiae peccatum, mortem et poenas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem et peccatum anathema sit„.

Probatur III enumeratione poenarum, quas ob Adae peccatum natura humana experitur. Qui grandem earundem numerum videre desiderat; Bellarminum lib. 6. de Amiss. gratiae et statu peccati cap. 9. et seqq. percurrat. Nos brevitati studentes primo gratiae sanctificantis, infusarumque virtutum amissionem recensemus. Nam ut ait s. Hieronymus (apud Suarez) „Id perdidimus in Adamo, quod recipimus in Christo„. Secundo eidem Adae culpae sine ulla haesitatione adscribendas numeramus illas teterrimas plagas, quas animae naturalibus potentiis originale peccatum inflixit. De his agens Angelicus Doctor 1. 2. q. 85. a. 1. ita docet „In quantum ratio destituitur suo ordine ad verum, est vulnus ignorantiae: in quantum vero voluntas destituitur ordine ad bonum, est vulnus malitiae;

in quantum irascibilis destituitur suo ordine ad arduum, è vulnus infirmitatis; in quantū vero concupiscentia destituitur ordine ad delectabile moderatū ratione, est vulnus concupiscentiæ: sic igitur ista quatuor sunt vulnera inflicta toti humanæ naturæ ex peccato primi parentis,,. Hæc omnia tradiderat etiā Augustinus, et in suis plerisque libris fuse pertractaverat. Ipso Adamū prævaricantē consequuta ē moriendi necessitas, ut ex Apostolo dictum est; quæ tñ priusquā defungamur,, quot alia corporis, vitæque hujus calamitates, et ærumnæ nobis subeundæ sint, quæ non ad malitiam, nequitiamque iniquorum, sed ad conditionem pertinent, miseriamque communē, quis ullo sermone diget, quis ulla cogitatione comprehendit?,, S. Aug. lib. 22. de Civit. cap. 22. Quarto demū huc revocandæ sunt Dæmonis insidiæ, in cujus captivitatē antiqua illa impietate decidimus. Hujus vaferrimi serpentis plures detegens astutias S. Leo serm. 7. de Nativitate ait,, Omniū discutit (Dæmon) consuetudines, ventilat curas, scrutatur affectus, et ibi quærit causas nocendi, ubicunque viderit studiosius occupari; novit cui adhibeat æstus cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui opponat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus invidiæ: novit, quem mœrore conturbet, quē gaudio fallat, quem metu opprimat, quem admiratione seducat,, Jam vero acres adeo, perpetuæque Dæmonis insidiæ originaria ignorantiæ, malitiæ, infirmitatis, et concupiscentiæ vulnera non possunt non vehementer augere.

Objicies 1. contra quatuor vulnera naturalibus facultatibus inflicta. Peccatum originale æquale in omnibus est, ergo et pœna in omnibus æqualis eē debet. Recensita vulnera, seu defectus valde in hominibus dispares cernuntur. alii enim vel ab ipsa prima adolescentia magis ad impietatē proclives sunt; atque alios in irā, alios in luxuriā, ingenio hebeti; atque alios ingenio tardiores, alios in irā, alios in luxuriā cæteris propensiores experimur. Qui ergo fieri potest, ut multiplex hæc pœnarum diversitas ad idē, atque in omnibus æquale peccatum sit referenda?.

R.º eidē culpæ idē per se supplicium respondere, per

per accidens vero esse diversum. Diversitatem istam merito referimus in parvulis ad inequalem attemperationem partium, ex quibus corpus ipsum coalescit; quaeque a proximis genitoribus originem habet. Quum enim climatum qualitas in corpora non parum influat, corporum etiam exercitatio, quae si moderata fuerit, ad vires confirmandas nive conferre potest, in aliis ob inopem fortunam modum excedat, in aliis opulentis omnino desideretur; peccata insuper actualia non raro corrumpant homines, ac debilitent; hinc consequitur, adeo diversam inter se in parentibus corporis constitutionem, diversaque natura. Quis autem ex attenuatis et infirmis conjugibus aeque atque ex robustis et benevalentibus robustam, et benevalentem prolem expectet? aut in uno atque in altero climate aeque vivacem? et promptam? At ex Philosophia, atque experientia constat, animi vires, indolem et peculiares propensiones ex corporis compage pendere. Cur igitur praeter quamquod ex originali culpa, multae singulares humanae naturae passiones, et infirmitates non etiam repetendae.

Objicies 2do. contra morbi debitum ob originale inductum. Omnes in Adam peccarunt; non omnes tamen moriuntur: ergo primigenia noxa causa non est mortalitatis origo. Resp. Quae in latina versione 1. Cor. 15. ita referuntur „Ecce misterium vobis dico: omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur„; graeca lectio sic habet „non omnes quidem resurgemus, omnes tamen immutabimur„ Sed graeci ~~Patres~~, Theodorus, Heracleotas, Diodorus, et Apollinaris, ut refert S. Hier. in epist. ad Miner. imo etiam S. Chrysost. Theodoretus, et Theofilactus, ut constat ex eorum commentariis in hanc epist. graecam lectionem secuti sunt; quid? Quid ajo graecos? ipse Hier. in scripturis omnium latinorum peritissimus epist. ad Marcellum scripsit „Sancti, qui in adventu Domini Salvatoris in corpore fuerint deprehensi, in iisdem corporibus occurrent ei, ita tamen ut ingloriam et corruptam, et mortale gloria et incorruptione, et immortalitate mutet, ut qualia corpora surrectura sunt in talem substantiam etiam vivorum corpora transformentur„. Et Maximus Augustinus quum in aliis con

1. Cor. 15. v. 51. ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω· πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα.

mentariis suis varia de hominum morte docuisset, dubitavit denique in l. de quaest. ad Dulcitium q. 5. et l. 2. Retract. c. 33. apertius dubitationem suam exponens ait „ aut non morientur (sancti nemirum, qui existent sub adventum aeterni judicii), aut de vita ista in mortem, et de morte in vitam aeternam celerrima commutatione tanquam in ictu oculi transeundo mortem non sentient „. Haec quod ita sint graecam lectionem quis non amplectatur? At hinc recte infertur non omnes esse morituros, q. e. d.

R. Dgdo ants: omnes in Adam peccaverunt, nec tamen omnes moriuntur, actu scilicet mortem non subeunt, tr omitto ants; nec tamen omnes moriuntur, idest mortalitatis debito obstricti non sunt nego ants, et consequentiam. Omnes per Adae peccatum moriendi necessitatem, aut si aliter quis loqui velit, mortis reatum, vel debitum omnes contraxisse ex momentis pro hoc dogmate recensitis adeo est manifestum; ut nullus dubitem ad fidem etiam pertinere. At nemo facile dixerit ad fidei dogma pariter spectare sententiam illorum, qui censent, postremos etiam homines sanctos ante supremi judicii diem esse ~~mori~~ actu morituros. Plures sane graeci ab ea sententia non fuerant alieni, ut in objectione dictum est. neque ea propter ab Ecclesia unquam sunt reprehensi. Fatentur etiam celebres Theologi hanc sententiam nec erroris, nec temeritatis incusari posse; Estius, Cornelius a Lapide, Nat. Alexander, apud Tournely, quibus et Cardinalis Cajetanus est accensendus, qui et in 1. Cor. c. 15, et in 2. c. 5. et in 1. Thessal. 4. et in 2. ad Thim. c. 4. et in Act. c. 10. illam defendit. Quod enim spectat locum Divi Pauli nobis objectum, tres reperiuntur lectiones. Primam refert s. Aug. l. 20 de Civit. c. 20. ad Dulcit. q. 3. epist. ad Consentium olim 146. quae est nostra vulgata „ omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur „. De hac et ceteris duabus s. Hier. epist. ad Miner. ita scribit „ hoc quod in Latinis codicibus legitur, Omnes quidem resurgemus, non omnes autem immutabimur, in graecis voluminibus non habetur, sed vel Omnes dormiemus, non autem omnes immutabimur; vel non omnes dormiemus, omnes autem immu-

R. toto hoc capite Apostolus probat carnis resurrectionem Probat autem ostendendo primum Christum surrexisse a mortuis Hanc resurrectionem mortuorum innuit futuram esse pro omnibus prorsus hominibus v. 22. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Cui consonat c. 5. ad Rom. per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit et per peccatum mors, et ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Utrique consonat psalm. 88. Quis est homo qui vivet, et non videbit mortem?

V. 51. „ Ecce misterium vobis dico: omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. in momento, in ictu oculi, in novissima tuba: canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti: et nos immutabimur „. Hanc mutationem aute jam explicuerat dicendo corpus surrecturum in gloria, in virtute, spiritale, incorruptum. Si prima lectio graeca admittatur „ omnes dormiemus non autem omnes immutabimur „ nulla difficult. At si altera obtineat „ non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur „ tunc verbum hoc immutabimur, cum Angelico erit intelligendum de mutatione corporis non in statum gloriae, aut impassibilitatis, aut agilitatis, aut subtilitatis, seu spiritualitatis sed de mutatione ex corruptione ad incorruptionem. Omnes enim etiam damnati corpora habebunt incorrupta, quae ne aeterno quidem igne poterunt solvi. Sed quomodo Catholica veritas defendenda ut in o. Ceterum praeferenda est vulgata, tum quia Hier. hanc amplectitur in epist. ad Minervium et Aug. lib. 20. c. 20. de Civitate, ubi eandem comprobat verbis illis Apostoli omnes in Christo vivificabuntur, et illis Geneseos Terra es, et in terram ibis, ut ipse legit; nempe ut ipse interpretatur in hoc ibis amissa vita, quod eras antequam sumeres vitam, et Angelicus; tum quia Ecclesia vel

gatam approbavit. Ceterum Caimenius etc. ut o. Nimirum Scripturam parum pro nihilo reputat, quod innumeris scripturae locis potest comprobari. Salomon Prov. 4. se dicit Unigenitum coram matre sua; sed ex eadem matre habuerat fratrem primogenitum, qui in poenam adulterii Davidis infans mortuus est. Christus de Lazari morbo: infirmitas haec non est ad mortem. et tamen mortuus est, at brevi resurrexit. Idem Christus non capit Prophetam perire extra Hierusalem, qui tamen in Calvariae monte crucifixus fuit. Item Christus de filia Principis sinagogae dixit non est mortua puella, sed dormit. At vere mortua erat: sed mors illa ad brevissimum tempus perduravit. Quidni igitur et sancti, qui invenientur in adventu Domini, nec morituri, nec resurrecturi dicantur, quod in momento morituri sint et statim resurrecturi, seu in ipso raptu, ut existimat Aug. et Ans. seu potius in terra antequam dicatur surgite mortui et vocantur ad judicium. In terra eos morituros putat Caimenius et Thomas. Apostolum ad Tessal. exponens Ambrosius ait „ In ipso raptu mors praeveniet, et quasi per soporem, ut egressa anima in momento reddatur; cum enim tollentur, morientur, ut pervenientes ad Dominum praesentia Domini recipiant animas, quia ad Dominum mortui esse non possunt „

(a) nisi quod (lib. 20. c. 20. de Civit. nostram vulgatam ex professo veritatem probat, ostendens omnes etiam sanctos, de quibus loquitur Apostolus esse morituros; sed quum postea lib. 2. Retract. se ancipitem praebuerit, in medio rem hanc reliquisse videtur.

tabimur „, ex quibus colligunt Theologi hanc divi[sam] sententiam non esse Catholici dogmatis firmum argumentum de morte omnibus prorsus subeunda. S. Hieronimus [...] scribit in epist. ad Mar. de qua dictum est in objectione, alibi vero in epist. ad Miner. in qua ita ratiocinatur „ Hoc autem sciendum, quod magis conveniat veritati ita legere. Omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur, maxime quia sequitur: Mortui resurgent etc. „ S. Augustinus in eo dubio persistisse dicendus est, quum nullum in ejus commentariis monumentum reperiatur, ex quo arguere liceat eum hoc dubio recessisse. (a) Quare Gennadius l. de Eccles. dogm. c. 7. ita concludit „ Hanc rationem (omnes omnino homines esse morituros) maxime Patrum (intellige latinorum) turba tradente suscepimus; verum quia sunt et alii aeque Catholici ac eruditi viri, qui credant, anima remanente in corpore morientes, immutandos ad incorruptionem, et immortalitatem eos, qui in adventu Domini inveniendi sunt, et hoc eis reputari pro resurrectione ex mortuis, quod mortalitatem immutatione deponant non morte; quolibet quis acquiescat modo, non est haereticus „

Lectionum diversitas illud quidem obtinuit, ut neutra sententia tanquam haeretica traducatur; sed efficere non potuit, ut latinae graeca non praeferretur. Hujus rei fundamentum attingit Scholarum Angelus in hunc Apostoli locum, ubi alteram lectionem referens ait ~~lectionis~~ lectionis „ Licet haec littera, scilicet, omnes moriemur, etc. non sit contra fidem, tamen Ecclesia magis acceptat primam, scilicet, quod omnes ~~morientur~~ moriemur quia omnes morientur, etiamsi tunc sint aliqui vivi „ [...] ~~Urgebis. Idem Apost. 1. Thessal. 4. ait~~. Deinde Caimenius in eundem Apostoli locum graecam cum latina versione ita conciliat „ Istud, non omnes dormiemus, hoc modo oportet accipere, quod non dormiemus diuturna dormitione, ut opus sit sepulcro, ac solutione ad corruptionem sed brevem mortem sustinebunt, qui tunc reperientur „

Urgebis. Idem Apostolus 1. ad Tessal. 4: Nos qui vivimus, inquit, qui residui sumus in adventum Domini non praeveniemus eos, qui dormierunt, quoniam ipse Dominus in jussu, et in voce Archangeli, et in tuba Dei descendet de

+ sive resurgemus etc.,

Cœlo, et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi; deinde nos qui vivimus, qui relinquimur, rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum Domino erimus,, Ergo isti adhuc viventes rapientur, quin umquam sint mortui. Deinde nonne profitemur, Christum venturum esse judicare vivos et mortuos? Si omnes sunt morituri, ubinam vivi judicandi?.

R. Angelicus in hunc alterum Apostoli locum lectione 2. opposita narrata sententia ita subjungens ,, Sed hoc videtur difficile... et ideo videtur aliter esse dicendum, quod omnes morientur, et omnes resurgent, et quidem simul; nec Apost. dicit, quod illi prius resurgent, quam isti; sed quod illi prius resurgent, quam isti occurrant... est autem inter bonos, et malos differentia, quia mali remanebunt in terra, quam dilexerunt, boni rapientur ad Christum, quem quæsierunt,,.

Voces septimi articuli in Cathechesibus vulgo explicantur vel dicendo, vivos esse electos vita gratiæ viventes, mortuos esse reprobos, qui mortui sunt morte peccati; vel cum s. Thoma, qui in suppl. q. 78. a. 1. ad 1. docet ,, Distinctio illa vivorum et mortuorum non est referenda ad ipsum judicii tempus... sed ad illud tempus determinatum, quod immediate judicium præcedet, quando scilicet judicii signa incipient apparere,,.

Assertio II.

Liberum hominis arbitrium per originale peccatum extinctum non fuit.

Prob. 1. ex divinis literis. Geneseos 4. 6. Caino ~~inquinato~~ [commisto] non solum originis culpa, sed etiam fratris sanguine [avaritiæ, invidiæque labore laboranti] ac ~~Fratricidii peccato~~ [commisto] dixit Dominus ,, Quare iratus es, et cur concidit facies tua? nonne si bene egeris, recipies, sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? Sed sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius,,. Deut. 30. v. 19. ,, testes invoco hodie Cælum et terram, quod proposuerim vobis (utique originaria culpa ~~maculatis~~ [infirmatis]) vitam et mortem, benedictionem, et maledictionem. Elige ergo vitam, ut et tu vivas, et semen tuum,,. In novo autem fœdere 1. Cor. 7. v. 37 ,, Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, et hoc judicavit servare Virginem suam, bene

BN

Cain objurgatur Quare iratus etc. Sed serio non dicimus cani, quare latras? aut leoni quare rugis? quia scimus non posse bestias illas pro arbitrio latravare, et non latrare etc. Ergo.

Si bene egeris etc. irrisoria hæc loquutio: si solem stare feceris, quia non è in tua potestate solem sistere. Ergo ē dicit si bene, sin autem male etc.

Sub te appetitus ejus, hoc est in tua potestate. dominaberis illius; idest peccato, seu cupiditati peccandi, si volueris, resistes

Belarminus 100 Patres adducit 50 græcos, totidemque latinos

Ad hæc scripturarum testimonia revocari possunt ea oia, in quibus bene agenti vita æterna promittitur. Conditio enim bene agendi supponit libertatem: neque homo nisi ironice promittit sub conditione impossibili.

Secundo oia præcepta, quæ sub culpa, et æterna damnatione quidquam præcipiunt. Crudelis ille Princeps, et Dnus, qui subditis etc.

Tertio ipsa consilia, et adhortationes. Quis enim stultus hortetur hominem, ut per aera volet, ut supra nubes conscendat etc.

Quarto ea oia, in quibus dicuntur homines Deo resistere, ejusque voluntati reluctari: Quid debui facere vineæ meæ et non feci? in quod expectavi ut faceret uvas, et fecit labruscas? Quoties volui congregare filios tuos et noluisti: Vos semper spiritui sancto resistitis.

14 Aug. post exortam hæresim Pelagianam De grat. et lib. arb. c. 2. Revelavit Deus per scripturas suas sanctas esse in hoie lib. voluntatis arbitrium,, c. 2. quomodo jubet si non est lib. arb.

Lib. 4. adversus Jul. c. 8. Multo minus dicerem, quod me dixisse mentiris, negari lib. arb. si gratia commendetur.

facit,, Ex his, ut mille alia ejusdem roboris prætermittam, manifestum est in homine etiam lapso inesse libertatem, quæ immunis sit non solum a coactione, sed etiam a quavis antecedente, atque inelectabili necessitate.

Prob. 2. ex unanimi tam græcorum, quam latinorum Patrum consensione. Ex græcis duos tantum adducam. Cyrillus Alex. lib. in Joannem cap. 10. ,, rationali creaturæ, inquit, liberam potestatem Creator largitus est, et suæ voluntatis habenas unicuique commisit, ut in eo sit, quidquid probaverit, eligere,, Damascenus lib. 2. orthodoxæ fidei cap. 6. ,, in nostra potestate sunt ea, quæ liberum est nobis facere, vel non facere,,. Ex latinis autem quoniam semper ad Augustinum appellant adversarii, ipsum audiant Augustinum. Libro 2. cap. 5. in actis cum Felice Manichæo ait,, Rationalem creaturam etiam ipsam factam sive in angelis, sive in homine accepisse liberum arbitrium, quo si vellet, si Deo servire vellet, secundum voluntatem ac legem Dei apud eum haberet, æternam felicitatem; si autem agi ejus sub lege noluisset, sed potestate sua uti, contra ejus fecisset imperia secundam ejus justitiam pœnæ debitæ subjaceret. ,, Esse autem liberum arbitrium, atque inde peccare quemque si velit, non peccare si nolit, non solum in divinis Scripturis, quas non intelligitis, sed etiam in verbis ipsius Manichæi vestri probo,, Denatura et gratia cap. 65. quum sibi objecta ea divi Hieronimi verba retulisset,, liberi arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate trahimur. alioquin ubi necessitas est, nec corona est,, ita respondet ,, quis non toto corde suscipit? quis aliter conditam humanam neget esse naturam? = Denique adeo est manifestum, quod habet lib. 3. de lib. arb. ut negari nulli nulla ratione possit,, Si laboriosum e, inquit, omnia mandare memoriæ, hoc brevissimum tene (vos etiam quærite) Quæcumque causa ista e voluntatis, si ei resisti non potest, sine peccato ei ceditur. Si autem potest, non ei cedatur et non peccabitur. An forte fallit incautum? Ergo caveat ne fallatur. An tanta fallacia est, ut caveri omnino non possit? si ita est, nulla peccata sunt. Quis enim peccat in eo quod nullo modo caveri potest? Peccatur autem: caveri igitur potest,,.

Probatur 3tio ratione, quæ huic Catholicorum dogmati sponte

suffragatur. Sed quid ajo Catholicorum dogma? imo vero omnium omnino gentium persuasio, omnium nationum firmissimum dogma est appellandum. Nulla est enim gens tam barbara, quae leges, praecepta, exhortationes, consilia non admittat. Verum ut monet etiam Angelicus (1. p. q. 83. a 1.) „frustra essent consilia, exhortationes, praecepta, prohibitiones, praemia et poenae, nisi homo esset liberi arbitrii„. Unicuique insuper constat ex intimo sensu, et sui metipsius experientia, se immunem esse non a coactione dumtaxat, sed etiam a qualibet necessitate, cui resistere non possit. Quam naturae vocem qui non exaudit, non alia ratione vinci potest, quam invictissimo Scoti argumento: tamdiu scilicet fustibus verberetur, donec fateatur verberantem liberum esse ad non verberandum.

Merito Concilium Senonense anno 1528 celebratum in decretis fidei cap. 15. sanxit „hanc igitur haeresim arbitrii libertatem prorsus auferentem non tam damnamus, quippe quae olim ab Ecclesia et sacrosanctis Conciliis damnata sit, quam communi hominum conceptioni, et apertis Scripturae testimoniis declaramus esse contrariam„. Et Synodus Trid. sess. 6. can. 5. anathemate eum percellit „qui liberum hominis arbitrium post Adae peccatum amissum, et extinctum esse dixerit„. Hinc elucet clarissime tertiam Jansenii propositionem tamquam haereticam fuisse confixam antequam scriberetur ab Auctore, in cujus sensu iterum ab Ecclesia haereseos nota fuit inusta.

Objicies I. plura Scripturae loca, in quibus innui videtur hominem in hoc naturae corruptae statu omni libertate spoliatum esse. Primum est illud Ester 13. v. 9. „Domine Rex omnipotens. in ditione enim tua cuncta sunt posita, et non est, qui tuae possit resistere voluntati, si decreveris salvare Israel„. Alterum est huic simile, quod Rom. 9 v 18 et seq. legitur „cujus vult miseretur et quem vult indurat... voluntati enim ejus quis resistit„. Tertium ejusdem epistolae cap. 7. v. 15. „Non quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum, illud facio„ et v 23. „Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis„. Quae omnia

v. 20. Si autem quod nolo illud facio: jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. v. 24. Igitur ego mente servio legi Dei, carne autem legi peccati

Cæterris testim. continet necnon orationem Mardochæi deprecantis Dnum, ut ab iniquo decreto, quod Artaxerses tulerat in Judæorum perditionem, servaventur. Poterat autem eos servare, quin perimeretur lib. arb. Nam illud hic arbitrium defendimus, quod positum est in electione actuum nostrorum, non quo fiat, ut nobis possibile sit obtinere quidquid inepte desideramus. Loquitur de Pharaone, quem induravit illum flagellis, sicuti pueri nequam magis indurantur verberibus. Pharao proprie se ipsum aggravavit et obduravit. Exod. 8:15. Videns Pharao quod data esset requies, ingravavit cor suum. Et cap. 9. Videns Pharao quod cessaret pluvia, auxit peccatum, et ingravatum est cor ejus, hebraice, aggravavit ipse cor suum. Cap. 10. Peccavi in Dnum. Calvino minus impius sibi non Deo causam attribuens. Ceterum non Deus volens iniquitatem ipse est. Vellet autem Deus intentator malorum est Deus autem neminem tentat sed ipsius est per positionem indurare ita homines indurare, ut bene agere deinceps non possint, quod tentare. Testis repugnat vox naturæ Deum summum bonum homines ad malum adigere; qua voce omnes etiam barbari edocti recurrunt ad Deos suos, ut opitulentur, pro certo habentes non nisi bonum ab eis esse expectandum

hoc beni, invictoque argumento confirmatur: Homo, seu liberum arbitrium per Adæ peccatum factum est arbor mala, sicut per omnipotentem Christi gratiam, hominem sanctificantem fit arbor bona. At Christus ipse Matthei c. 18 dixit „non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere„. Ergo Voluntas hominis quamdiu originaria culpa fœdata est bene agere nequit; sicut per Christi gratiam sanctificata amplius peccare non potest.

R.° ad primum, nihil aliud per illa verba significari nisi quod notavit Aug. lib. de corr. et gratia. c. 14 „Deum sine dubio habere humanorum cordium, quo placet inclinandorum omnipotentissimam potestatem„ Quod etiamsi ratio hanc Dei potestatem cum hominis arbitrio conciliandi inter profundiora misteria esset collocanda; nunquid ideo christiano viro licitum esset alterutrum inficiari, quum in scripturis manifesto utrumque Deus revelaverit. Verum non una, sed plures istud explicandi viæ, quas Catholici inierunt, suo loco exponentur. Ad secundum: Apostolus ibi tradit, in Deo supremum et absolutum esse gratiarum dominium, qui vi sine ulla injustitiæ labe nonnullis uberiora denegat auxilia, quorum subtractione quotidie magis in malo sese obfirmant, alios interim efficacissima concedit, quibus certo me salvantur. Sed hinc gratiæ necessitas arguitur, non vero libertas tollitur. Ad tertium regero cum s. Aug. lib. 1. contra duas epist. Pel. cap. 10, Paulum per malum quod odit et tamen facit significare concupiscentiam, quam justus involuntarie patitur. Concupiscit enim caro adversus Spiritum, quin efficere ut, nonnullius motus oriantur, aut pro arbitrio statim compescantur, licet pro ea qua donatus est libertate possit atque adeo debeat illis dissentire. Per bonum autem quod justus non agit, quamvis tamen velit, significantur opera bona sine reluctante concupiscentia patranda. Vellet enim justus ita fieri idoneum ut nulla concupiscentia repugnaret, quod in hoc sæculo nequit obtineri. Qua vero ratione ab Apostolo concupiscentia licet eidem humana voluntas obsistat, peccatum, aut peccati lex fuerit appellata dictum est superius.

Ad argumentum postremo loco objectum respondeo, arborem malam seu liberum arbitrium, quamdiu malum est, fructus

bonos æternæ vitæ dignos facere non posse; sicut nec arbor bona quandiu bona est potest fructus malos proferre. At et arbor bona potest per peccatum liberrime admissum fieri mala; et arbor mala per Christi gratiam, si eique illi excitanti consentiat, et cooperetur eidem excitanti libere consentiendo, et cooperando adjuvanti bona fieri potest. „ Habet unusquisque, inquit Aug. lib. 2. de actis cum Felice Manichæo, in voluntate eligere, quæ bona sunt, et esse arbor bona, et aut eligere quæ mala sunt, et esse arbor mala „.

Objic. 2. ex auctoritate ss. Patrum, qui per ipsam voluntatem libertatem exponunt, quodque spontaneum est et voluntarium, liberum etiam appellant. Sed hinc solam libertatem a coactione in hoc naturæ statu eos cognovisse apparet. Ad. ergo libertatem indifferentiæ, quæ potestas sit habitis omnibus ad agendum requisitis agendi et non agendi, in naturæ corruptæ statu non admiserunt. Majorem prop. ostendunt imprimis s. Aug. plura testimonia. lib. 3. de lib. arb. cap. 3. „ Voluntas nostra, inquit, nec voluntas esset, nisi esset in nostra potestate; porro quia est in potestate libera est, „ et ibidem „ illud in potestate habere dicimur, quod cum volumus facimus „ Illud igitur ex s. Aug. in nostra est potestate, quod cum volumus facimus; sed omnes actus voluntarios, licet necessarios, quum volumus, elicimus; ergo actus omnes voluntarii licet necessarii sunt in nostra potestate. Atqui ex s. D. quatenus hujusmodi actus in nostra sunt potestate, nobis sunt liberi; ergo liberi sunt quia non coacti sed spontanei, et voluntarii, licet necessario fiant.

Magistrum secutus est discipulus ejus s. Fulgentius lib. 2. de Verit. Prædest. cap. 4. „ his verbis, si volueritis, et si nolueritis, inquit, procul dubio libertas humani declaratur arbitrii: velle enim et nolle voluntatis esse nullus negat „. Consentit Damascenus de fide Orthodoxa cap. 14, ubi ait Arbitrii libertas nihil aud aliud est, quam voluntas „ Anselmus quoque lib. de Concordia cap. 2. „ ex libertate fit, quod fit ex voluntate „ Neque aliter loquuti sunt Bernardus loc. lib. arb. cap. 1. s. Thomas in 2. d. 25. q. unic. a. 4.

v. 15. Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. 16. A fructibus eorum cognoscetis eos.

R. concessa maj. sensu mox exponendo, nego min. Theologi
post divum Thomam dupliciter modo spectant voluntatem, primo
est voluntas formaliter sumpta, scilicet libera; secundo ge-
ner. voluntas est facultas quaedam interdum agens per modum
naturae ad unum necessario determinatae. „Voluntas, inquit
Angelicus q. 2. de Potentia ar. 3. in o„ voluntas, in quantum
voluntas, cum sit libera, ad utrumque se habet: potest enim
agere vel non agere, sic vel sic facere, velle et nolle„ en
Voluntas formaliter sumpta, sive prout est libera. Pergit
S. D. „ si respectu alicujus hoc voluntati non conveniat, hoc
accidit voluntati, non in quantum voluntas est, sed ex inclina-
tione naturali, quam habet ad aliquid, sicut ad ultimum finem
quem non potest non velle„ En voluntas prout agit per
modum naturae ad unum necessario adstrictae. Hanc doctrinam
ita clare, constanterque docuit Aug. ut qui in ejus operibus
adductam distinctionem non videat, sit oportet utroque lumine
laesus. Quaest. 2. ex 83. „ Melior homo est, inquit, qui volun-
tate, quam qui necessitate bonus est„. Libr. contra Fortun.
Manichaeum disp. 1. n. 15. „ Sic enim possit habere meritum,
si voluntate, non necessitate boni essemus„. Quaenam
isthaec voluntas, nisi prout est omnino libera, nullaque vinc-
ta necessitate, cui eam manifeste opponit Augustinus?
Audire vultis ex S. D. voluntatem per modum naturae necessario
agentem, quin tamen ei voluntatis quidem nomine illam dignetur?
Lib. de duabus animabus cap. 12. „ Peccati reum tenere quem-
quam, quia non fecit, quod facere non potuit summae ini-
quitatis est, et insaniae. Quamobrem illae animae quidquid
non voluntate faciunt, idest si libero et ad faciendum et ad
non faciendum animi motu careant, si denique his abstinen-
di ab opere suo potestas nulla conceditur, peccatum earum
tenere non possumus„ Ecce solam potestatem et ad faciendum
et non faciendum indifferentem voluntatem nominat voluntatem
autem necessario agentem non voluntatem, sed naturam appellat.
Voluntatis denique, et potestatis vocabulis indifferentiam, liber-
tatem indicans, ita illam a spontaneo, et voluntario, quod natu-
rae attribuit, ita illam distinguit contra Felicem Manichaeum
lib. 2 cap. 8. „ in mentis inquiens, non necessitatem natura
facit, sed voluntas culpam„ et cap. 4. „ quod dicit, omnem

aut hoc facite aut illud facite, potestatem indicat, non naturam,,

Itaque non solum Angelici aetate, sed etiam Augustini tempore ea viguit consuetudo, quae communi omnium sermone recepta modo etiam viget, ut liberrimam agendi, et non agendi potestatem voluntatis nomine appellamus, et actus ab omni necessitate immunes, voluntati, quatenus voluntas est, adscribamus. Patres profecto, qui nobis objiciuntur, non tantum ita de natura corrupta, sed etiam de innocentis Adami libertate sunt ita loquuti, ut patet de Aug. libro praecipue de Corr. et gratia. Ergo si fatentibus Praedestinatianis per hujusmodi phrases ss. Ecclesiae Patres Adamo innocenti indifferentiae libertatem non negarunt, nec ab homine quidem lapso per easdem loqutiones confiteantur denegatam fuisse, sed illam ipsam quoad substantiam permanere. Tandem et illud hic est attentius advertendum, Patres, Augustinum praesertim pro hominis libertate contra Fatalistas pugnasse. Quorsum vero tot Disputationes tam prolixae, tam acres, si liberum illud dumtaxat, quod spontaneum, et voluntarium dicimus, erat vindicandum? Quis enim ex gentilibus Philosophis non sponte ac voluntarie nos agere negavit? Quis adeo delirasse dicendus est, ut volitiones nostras ab ipsa voluntate proficisci inficiatus fuerit?

Instabis 3.+ ex Augustino. Docet s. Pater primi hominis peccato liberum arbitrium periisse; ergo ex s. Augustini sententia libertas indifferentiae, qua donatus fuerat Adam, in hoc naturae statu non reperitur. Prob. ans. Epist. ad Vitalem 217. cap. 4. n. 12. ,, liberum arbitrium, inquit, ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus,,. In Enchir. cap. 30 ,, libero arbitrio male utens homo, et se perdidit, et ipsum,, Operis imperf. lib. 1. n.o 104. ,, periit, ait, libertas non peccandi,,; et lib. 6. n.o 21. ,, Qui dicit non quod volo bonum facio: sed quod nolo malum, hoc ago. non illi ab hoc mala liberum est abstinere et ideo invocat liberatorem, quia perdidit libertatem,,.

+hic substitue instantiam inferius positam primam, et addas

R. Dist. ans: docet Augustinus primi hominis peccato periisse liberum arbitrium quoad modum, et perfectionem, qua immune erat ab ignorantia, concupiscentia, et aliis difficultatibus, concedo, periisse liberum arbitrium quoad substan-

tað, et prout ē facultas agendi, et non agendi habitis omnib. ad agendū requisitis, nego añs. Augustinus sæpe liberū arbitriū per peccatū extinctū esse docet, sæpe negat. Ut hæc invicem concilientur Catholici æque ac Heterodoxi ad varias liberi arbitrii species, seu notiones recurrunt. Prædestinatiani inter liberum arbitriū a coactione, et liberū a necessitate distinguentes, hoc per Adæ peccatū extinctū esse, illud vero remansisse contendunt. Catholici autē libertatem ab ignorantia, a concupiscentia, cæterisque difficultatibus illo peccato revera periisse concedunt; immunitatē vero a necessitate, seu indifferentiæ libertatē remanere asseverant. Hujus controversiæ arbiter sedeat Augustinus, legitimus doctrinæ suæ interpres, et idoneus hujus causæ judex.

Jamvero constans Augustini doctrina est, per Christi gratiā illam nobis libertatē restitui, quam perdidimus in Adamo. Sed per Christi gratiam non recuperamus libertatē a necessitate quoad substantiā; sed verā et supernaturalē salutariter agendi potestatē, felicē a morali peccandi necessitate immunitatē, eorū quæ agenda sunt, vel fugienda cognitionem magnā inopinātem, justitiæ alacritatē, et delectationem. Ergo Major adeo ē certa in universis Aug. operibus ut ea nunquā viderit, qui in hanc ~~nunquā~~ sententiam incurrent. Legantur saltē libri ad Bonif. et lib. 1. c. 3. lib. 2. c. 15. lib. 3. c. 9. lib. 4. c. 3. palā fiet, quod affirmamus. Brevitatis gratia illud unū attendendū quod habet lib. de corr. et gratia cap. „ Hæc autē Christi gratia quæ modo electis confertur tanto major est, ut parum sit homini per illam reparare perditā libertatē „ Assumptā propos. ipsi adversarii admittunt, ne illa negata sit iis concedendū, quod infirmantur.

Ad primum itaque respondeo ex Aug. nos primi hominis peccati granditate illud liberū arbitriū perdidisse, quod gratia sanitatis ornatum nulla ignorantia, nulla bonorum temporaliū concupiscentia, aliave difficultas in Dei dilectione retardabat, quamvis gratia medicinalis beneficio in nobis licet immerentibus aliquatenus restituatur. „ Arbitrii liberi infirmitatē, inquit Aug. Epist. ... lib. 13. cap. 69, nonnisi per Christi gratiā potest humana reparare natura „

Ad 2dũ Libero arbitrio male utens homo non ita illud perdidit quoad substantiã, ut penitus extinctũ sit, quemadmodũ ne se quidẽ ita perdidisse certum est: perdiditergo illud et semetipsũ in deteriorẽ statũ, ~~absolutã bene agendi~~ impotentiã præcipitando, in quo perpetuo jacebit; nisi ipsa voluntas hominis Dei gratiâ fuerit liberata, et ad omne bonũ actionis, sermonis, cogitationis adjuta, ut affirmat lib. 2. contra duas Epist. Pel. cap. 5. n. 9.

Ad 3tiũ. Quænam libertas non peccandi perierit discendũ ex ipso Augustino. Talis inquit ille vires habebat Adami voluntas, quæ sine ullo fuerat instituta peccato, et nihil illi ex se ipso concupiscentialiter resistebat, ut digne tantæ bonitati, et tantæ bene vivendi facilitati perseverandi committeretur arbitrium. Nunc vero posteaquã est illa magna peccati merito amissa libertas, quoniã ad nonnulla superanda quæ vel male cupiuntur, vel male fugiuntur magnis aliquando et totis opus ē viribus voluntatis, facta est quædã moralis peccandi necessitas, qua non liberat, nisi ille cui non tantũ dicimus: Dimitte nobis debita nostra, verũ etiã ne nos inferas in tentationẽ. Adde de Natura et Gratia cap. 67.

Ad 4tũ. Ultro concedimus cum Aug. Apostolo, et aliis etiã justis modo libertatẽ deesse, qua valeant impedire, quominus interdũ concupiscentiæ fluctibus jactentur. At negamus cũ eodẽ Augustino, nos libertate carere, qua eisdẽ non consentiamus. Lib. ĩ 5. contra Julian. cap. 26 dixit,, Non ait: ne feceritis, quia eas non habere non poterant, sed ne perfeceritis, id-est ne opera earum consensu voluntatis impleatis,,.

Instabis 2. Inane commentũ ē distinctio illa voluntatis modo agentis libere, modo autem instar naturæ, quæ ab Augustino nec umquã tradita fuit, nec unquã cognita. R. anns. Lib. de natura et gratia cap 40. quũ illi Pelagius objecisset ,, Voluntatis arbitrio, ac deliberatione privatur, quidquid naturali necessitate constringitur ,, ita respondit Augustinus ,, et hic nonnulla quæstio est. ~~Res enim~~ enim absurdũ est, ut ideo dicamus non pertinere ad voluntatẽ nostrã, quod beati esse volumus,

De natã et gratiâ c. 67. repetens ea, quæ lib. 3. de lib. arb. c. 19. docuerat,, non tibi deputatur ad culpã, quod invitus ignoras, sed quod negligis quærere quod ignoras,,. Eodẽ cap. cũ censura notarentur ejus verba de lib. ex lib. eodẽ 3. de lib. arb. supra relata in nostra Assertione,, Potest ei cavere, quæcunque illa est, veritas: Potest plane,,.

quia id omnino nolle non possumus, nescio qua et sua constrictione naturæ. Nec dicere audemus ideo Deum non voluntatem, sed necessitatem habere justitiæ, quia non potest velle peccare„. Ergo ex Augustino ad voluntatem libere agentem spectat quidquid agit, licet naturali quadam necessitate ad volendum adstringatur.

R. nego anu; ad probationem consequens esse: ad voluntatem libere agentem libertate contradictionis, et exercitii spectat quidquid agit voluntas, licet naturali quadam necessitate specificationis, seu contrarietatis ad volendum adstringatur, concedo consequentiam: ad voluntatem libere agentem libertate contradictionis, et exercitii spectat quidquid agit voluntas, licet naturali necessitate contradictionis, et exercitii ad volendum adstringatur, nego consequentiam. Alia est libertas contradictionis, et exercitii, ut supra innuimus et alia libertas contrarietatis, seu specificationis. Prior in eo posita est, ut voluntas possit æque agere et non agere, ex. gr. elicere actum charitatis, et non elicere, quamvis forte non posset actum oppositum elicere, scilicet Deum odio habere. Libertas contrarietatis autem et specificationis in eo consistit, ut voluntas possit bonum eligere æque ac malum.+ Potestas hæc malum perpetrandi ad libertatis essentiam non pertinet. nam ut ait S. Anselmus Dialog de lib. [illegible] „ nec libertas, nec pars libertatis est potestas peccandi„; sed ut docet S. Thomas [illegible] defectus libertatis. Eodem quoque modo partior necessitatem, eamque necessitatem specificationis, seu contrarietatis appello, qua voluntas ad unam actuum speciem adigitur insuperabiliter, quin ad unum individuum potius quam ad aliud determinetur; illam vero, qua voluntas ad individuum actum ita adstringitur, ut illum nullo modo possit omittere, contradictionis, seu exercitii necessitatem nomino. Jam vero cum necessitate specificationis ho. v. gr. ad bonum generatim determinante, recte componitur libertas contradictionis, seu exercitii. Quamvis enim Deus natura sua ita sit bonum determinatus, ut ad malum flectere non possit et Christus vi unionis hypostaticæ peccare non potuerit in Deo tamen, et in Christo semper stetit libertas contradictionis, quatenus est potestas se se determinandi ad unum actum

+ et inter plura bona aut mala unum præ alio

pro alio, et ex pluribus pro libito eligendi. Eodem pacto licet homo naturali necessitate ad amorem beatitudinis in communi feratur, remanet tamen liber quoad exercitium respectu hujus vel illius rei, in qua suam collocat felicitatem. Sed haec argumentandi ratio non libertatem solum naturae per originis labem vitiatae impetit, sed liberum arbitrium etiam Adami innocentis, quod vel ipsi Praedestinatiani Calvinus, Jansenius, Quesnellus ab omni necessitate fatentur immune.

Instabis 2. Ex Augustino neque necessitas ad unum individuum determinans officit libertati. Lib. 5. de Civit. cap. 10 „ Neque enim, inquit, et vitam Dei, et praescientiam Dei sub necessitate ponimus, si dicamus necesse esse Deum semper vivere, et cuncta praescire „. Sed quod sub necessitate non ponitur, illud est ipse liberum; ergo praescientia et vita Dei ex Augustino libera est, quamvis nullo modo aut mori, aut aliquid possit ignorare.

R. Vitam Dei si sumatur pro actibus ipsi liberis, qui etiam sunt ipsi vitales, esse liberam; non autem quatenus est in eo absoluta quaedam, et felicissima semper existendi, vivendique necessitas. Contingentium quoque naturam ipsi libera in radice, quatenus ea poterat non creare, atque idcirco ea ut existentia non cognoscere. Necessariorum autem cognitio est illi undequaque necessaria. Sed hoc loco Augustinus Dei scientiam, ejusque vitam non eximit a naturali necessitate, quae ipsi Deo intima sit sed a necessitate extrinsecus illata, quam tanquam humanae libertati infensam verebantur Stoici. Anima vero sine sine altera dominari potest, ut constat ex omnibus Dei activitatis.

Instabis 3, ut supra. Instabis 4. Homo in statu naturae corruptae est necessario peccat: ergo libertas originali peccato prorsus periit. Planus Aug. lib. 1. oper. imperf. c. 105. ita Julianum alloquitur „ Multum erras, qui vel necessitatem nullam putas esse peccandi; vel eam non intelligis, illius esse peccati poenam, quod nulla necessitate commissum est „ et lib. 1. Retract. cap. 15. „ Qui cogenti cupiditati bona voluntate resistere non potest, et ideo facit contra praecepta justitiae, jam hoc ita peccatum est, ut sit etiam poena peccati „.

R. Homo necessario peccat, necessitate quadam morali;

„ Si illa definitur esse necessitas, secundum quam dicimus necesse esse, ut sit aliquid, vel ita fiat, nescio cur eam timeamus, ne nobis libertatem auferat voluntatis. Neque enim etc. ut o. nullis interjectis pergit „ sicut nec potestas ejus minuitur, quum dicimus mori, fallique non posse „

R. Stoicos reprehendit, qui plura necessitati quidem fatali subdebant, quae hominibus magnae erat calamitati, et formidini. Unde incipit caput his verbis „ Unde nec illa necessitas formidanda est, quam formidando Stoici laboraverunt „ inde considerat esse quasdam leges, quas quidem immutare non possumus, quaeque nobis sunt poenarum plenae, ac molestissimae; quas necessitatem appellat, quin liberum tollatur arbitrium, quo recte vivimus, ut necessitas mortis. Ab hac mortis necessitate transit ad necessitatem, qua Deus vivit, et omnia cognoscit. Hanc necessitatem ibidem contendit non esse formidandam, neque inde colligendum Deum esse sub necessitate, utique Stoica, ut etiam perinde ac si Deus sub alterius rei potestate ac dominatu viveret. Hoc confirmat ex ejus omnipotentia, vi cujus nec mori, nec falli potest, inquiens „ Dicitur omnipotens faciendo quod vult, non patiendo quod non vult „. Nec verbum hic quidem, quo innuat Aug. esse tantum liberum Deum ad vivendum, ad cognoscendum, ad errorem. Hanc doctrinam applicans huic libertati ait „ cum dicimus necesse esse, ut cum volumus, libero velimus arbitrio, et verum procul dubio dicimus, et non ideo ipsum lib. arb. necessitati subjicimus, quae adimit libertatem „. inde necessitatem ex hac perversitate tolli affirmat, quam per eam aliqua patimur. Nempe non nostram, sed alienam ita

i dēs redit ad punctū controversiæ contra Ciceronem, contendens, licet Deus videat futura, tñ libertatem non tolli; hancque difficultatē ita dissolvit, ut ideo necessariū sit Deū cognoscere futuras actiones hoīū, quia revera sunt futuræ, et libere ponendæ. Docet Aug. quamvis plura sint necessaria v. g. mors, Dei vita, Dei scientia, Dei omnipotentia, tamen ~~nostrā~~ hoīū libertatē sartā et tectā servari. Etsi enim necessario moriturus sit, tñ actiones, quibus vivit, liberrimæ sunt: licet Deus necessario vivat, intelligens et oipotens, subditus non ē necessitati Stoicorū ab externo oriundæ, nec minus liber in suis actionibus ad extra. Neque dicas Stoicos, ut ibidē ait Aug. fato non subdidisse voluntates Nā præterquamquod nonnulli eþ. voluntates subderent, ut ait Cicero de fato, alii ex fixo naturæ ordine quē fatū et necessariū volebant, plura incommoda redundare volebant in hāc, ex quo putabant impediri aliquos effectus nostræ libertatis jure ergo Aug. adhibet illa exempla partim verū, quæ impediri non possunt, partim quæ possent, ut fatū excluderet.

13. librum de natura et gratia expresse contra Pelagiū fuisse scriptū. Quid ergo ibi naturæ nomine

et consequente, admitto; peccat necessario necessitate plya atque antecedente, nego ant. distinguo etiā consequens peccato originali periit libertas quoad ejus perfectionē concedo, quoad substantiā nego cons. Quatenus perierit libertas originali atque ex mente Augustini satis innotescit, non solū ex scopo ejus gravos impugnandi, sed etiā ipsius verbis. Passim enim docet inesse modo in homine peccandi quandā necessitatē, vagam scilicet indeterminatā, quæ frequenter ipsius hominis actualē malitiam, et præsertim orationis negligentiā consequitur. Itaque De natura et gratia cap. 66, Quod autem, inquit, ex vitio naturæ, non ex conditione naturæ sit quædā peccandi necessitas audiat homo, atque ut eadē necessitas non sit, discat Deo dicere: De necessitatibus meis educ me. Vide Tournely de Deo et divinis attributis pag. 255. in fine.

Assertio III.

Idem tamen liberum arbitrium, cæteræque naturales hominis facultates adeo per Adæ peccatū sauciatæ fuerunt, ut debiliores factæ sint, quā fuissent in statu naturæ puræ.

Probatur primo ex Parabola in primæ Assertionis probatione adducta. Homo ille, qui, ut Patres interpretantur descendens ab Jerusalem in Jerico naturam humanam Adæ peccato corruptā repræsentavit, non solū spoliatus dicitur, sed etiam vulneratus. Atqui nisi facultates hominis naturales debiliores factæ fuissent, quam essent in natura pura; homo per peccatū Adæ solū denudatus fuisset supernaālibus donis, non autem sauciatus; ergo. Probatur minor ex Patribus, qui expoliationē illam, et plagas commentantes ita loquuntur, ut præter supernaālium bonorū jacturā, nova vulnera inflicta homini fuisse aperte significant. S. August. serm. 2. de verbis Apostoli, Sunt homines, inquit, ingrati multū tribuentes inopi, sauciæque naturæ. Verū est, magnas arbitrii liberi vires homo, quum conderetur, accepit, sed peccando amisit. in mortē lapsus ē, infirmus factus est, a latronibus semivivus in via relictus est, lib. de Natura, et gratia c. 15. explicans illud psalmi 40 sana animā meam, Quid sanatur, inquit, si nihil ē vulne

ratum, nihil sauciatum, nihil debilitatum, atque infirmatum?" et cap. 53. "Quid tantum de naturæ possibilitate præsumitur? vulnerata, sauciata, vexata, perdita est," integrum volumen esset exarandum, si cetera id genus omnia forent recensenda. At prodigio simile diceremus, hujusmodi phrasibus non aliud, quam divinæ gratiæ expolitionem significare voluisse. S. Fulgentius sui Magistri vestigia sequutus de incarn. et grat. c. 13 loquens de homine lapso, "spoliatus, inquit, vestimento fidei, carnaliumque concupiscentiarum vulneribus sauciatus sic jacuit oppressus ditione peccati, ut nullatenus aliquod bonæ voluntatis initium habere potuisset." Quis vero de homine in puris naturalibus condito, una peccati voce prætermissa tantundem dici posse affirmet? Addo et luculentissimam D. Thomæ interpretationem in 2. dist. 29. q. 1. a. 2. "Adam, inquit, peccando, fuit vulneratus in naturalibus, et spoliatus gratuitis, ut dicitur in Glossa Lucæ 10."

Probatur ex Conciliis Arausicano II. et Trid. quorum primum affirmat c. 13. arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, et cap. 25. liberum arbitrium inclinatum, et attenuatum fuisse. Tridentinum autem sess. 6. c. 1. declarat originali peccato liberum arbitrium fuisse viribus attenuatum, et inclinatum. Quomodo vero liberum arbitrium attenuatum, infirmatum et inclinatum? Nunquid per solam gratuitorum privationem? At præterquamquod et illam destitutionem commemorant, illamque a ceteris plagis satis distinguunt, vox hæc inclinatum et nativa sua significatione, et juxta conciliorum usum non solum alicujus indebiti doni privationem indicat, sed positivam etiam in malum impulsionem: quo plane sensu eadem sess. can. ult. concupiscentiam dicit a peccato esse et ad peccatum inclinare. Sed Conciliorum sensu ad Pontificum mentem expendamus. Cœlestinus in decretis annexis suæ epistolæ ad Episcopos Galliæ cap. 9. ita liberum arbitrium Dei gratia liberari affirmat, ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente sit prudens providum, et Gelasius I. in epist. ad Episcopos per Picenum, originali peccato confitetur, "ipsam humanam substantiam depravatam esse." Hiscene caractenibus sola donorum supernaturalium destitutio exprimitur?

alium satis firmum Aug. testim. vide l. 1 ope. imp.
Ubi postquam advertisset Pelagianos, concedere per actualia peccata induci peccandi consuetudinem, peccandi necessitatem, eamque recte nominari secundam naturam subjicit: "Cur ergo non creditis tantum saltem valuisse illud primi hominis ineffabiliter grande peccatum, ut eo vitiaretur humana natura universa, quantum valet nunc in homine uno secunda natura," idest prava consuetudo. Hoc loco S. D. de industria probat per peccatum originale invectam esse peccandi necessitatem; idque præstat ex una parte supponens peccati ejus existentiam; ex altera assumens hypothesim Adversariorum, quam admittit et ipse de efficacitate consuetudinis peccatorum actualium. Quis vero neget per actualium peccatorum consuetudinem debilitari potentias animæ in ordine ad verum, ad bonum, ad arduum, ad delectabile. Ergo ex Aug. tantundem saltem fuere debilitatæ per peccatum originale.

An hujusmodi infaustæ dotes naturæ puræ convenirent, ut pro tenebrosa, languida, imprudens posset appellari? Apage.

Probatur 3tio, et res aperte declaratur Angelici Præceptoris Doctrina, quæ ita mihi aperta visa est, ut ejus auctoritas præ omnibus aliis momentis in hanc me sententiam impulerit. Itaque 1. 2. q. 85. a. 1. hæc docet Doctor „ Bonum naturæ humanæ potest tripliciter dici. Primo ipsa principia naturæ, ex quibus ipsa natura constituitur, et proprietates ex his causatæ, sicut potentiæ animæ, et alia hujusmodi. Secundo quia homo a natura habet inclinationem ad virtutem; ipsa autem inclinatio ad virtutem est quoddam bonum naturæ. Tertio modo potest dici bonum naturæ donum originalis justitiæ, quod fuit in primo homine collatum toti humanæ naturæ. Primum igitur bonum naturæ non tollitur, nec diminuitur per peccatum; tertium vero bonum naturæ totaliter est ablatum per peccatum primi parentis; sed medium bonum naturæ, scilicet ipsa naturalis inclinatio ad virtutem, diminuitur per peccatum „. Et a. 3. declarans vulnera nobis per originale inflicta „ sunt autem quatuor, inquit potentiæ animæ, quæ possunt esse subjecta virtutum, scilicet ratio, in qua est prudentia; voluntas, in qua est justitia; irascibilis, in qua est fortitudo, et concupiscibilis, in qua est temperantia. In quantum ergo ratio destituitur suo ordine ad verum, est vulnus ignorantiæ; in quantum vero voluntas destituitur ordine ad bonum, est vulnus malitiæ: in quantum vero irascibilis destituitur suo ordine ad arduum, est vulnus infirmitatis; in quantum vero concupiscentia destituitur ordine ad delectabile moderatum ratione, est vulnus concupiscentiæ: sic igitur ista quatuor sunt vulnera inflicta toti humanæ naturæ ex peccato primi parentis „. Si quis per solam originalis justitiæ privat. hæc se explicare posse contendat audiat quid superius dixerat q. 82. a. 1 ad 1. „ Sicut ægritudo corporis habet aliquid de privatione, in quantum tollitur æqualitas sanitatis, et aliquid habet positive, scilicet ipsos humores inordinate dispositos, ita etiam peccatum originale habet privationem originalis justitiæ, et cum hoc inordinatam dispositionem partium animæ „.

Ex his divi Thomæ sententiis ita colligo. Natura corrupta est deterior natura pura, si natura corrupta passa est

per originale peccatum detrimentum aliquod, et diminutionem in bono aliquo quod naturæ humanæ convenit ex ipsa sua naturali constitutione principiis. Atqui natura corrupta passa est detrimentum in propensione ad virtutem et ad Deum suum auctorem, quod illi convenit ex ipsa sua constitutione naturali. Ergo natura corrupta per peccatum debilior est, quam fuisset natura pura. Majorem admittunt etiam Adversarii. Minor constat ex adductis Angelici testimoniis, et iterum luculentius ab ipso traditur 1. 2. q. 85. a. 2. „Bonum naturæ, quod per peccatum diminuitur, est naturalis inclinatio ad virtutem, quæ quidem convenit homini ex hoc ipso, quod rationalis est: ex hoc enim habet, quod secundum rationem operetur, quod est agere secundum virtutem„. Profecto rationalis homo si in puris naturalibus ponatur, ad Deum et ad virtutem ordinatus et conversus poni debet. Per originale vero peccatum aversus fuit a Deo, saltem conversus et conversus ad creaturas. Ergo non est in eadem constitutione, ac fuisset in natura gratia quidem carens, sed a peccato prorsus immunis.

Objicies primo. Angelicus quum sibi opposuisset illa verba Dionysii vulgo Areopagitæ ex cap. 4. de div. nomin. „Nec Angelica munera his tributa aliquando permutata, sed integra sunt, penitusque conspicua„ ita respondet, imo vero assertionem admittit in 2. d. 3. q. 4. a. ad 5. „Nec tamen non solum pro Angelis prævaricatoribus, sed etiam pro homine originaria culpa vitiato admittens in 2. d. 30. q. 1. a. 1. ad 5. ait „Nec homo, nec Angelus per peccatum aliquid naturalium amisit, aut in aliquo diminutus est„. Loquens item de primi hominis integritate 1. p. q. 95. a. 1. „Manifestum est, inquit, quod illa subjectio corporis ad animam, et inferiorum virium ad rationem non erat naturalis, alioquin post peccatum mansisset, quum etiam in Dæmonibus data naturalia permanserint„.

R. Itane boni sunt Adversarii, ut ad illum Angelici locum nos provocent, in quo eorum sententia certissime profligatur? Bona naturalia debentur dupliciter, inquit ibi s. Thomas, vel prout sunt ipsa considerata, secundum quod naturæ debentur ex propriis principiis, et sic nec homo, nec Angelus per peccatum aliquid naturalium amisit,

vel in aliquo diminutum est... Vel secundum quod ordinatur in finem ultimum, et hoc modo in utroque bona naturalia diminuta sunt quidem, non penitus amissa, in quantum ipse factus est minus habilis, et magis distans a finis consecutione et propter hoc etiam homo gratuitis spoliatus dicitur et in naturalibus vulneratus Jacæ 10 in Glossa„. Poterat-ne apertius suam mentem prodere? Illa ergo virium inferiorum subjectio recte ab Angelico dicitur supernaturalis; quæ post peccatum non superfuerit, remansura profecto, si ex propriis naturæ principiis ortum haberet. + In primo

+ ~~aut naturæ~~ tuis deberetur.

Di. enim bonis, quæ ad primam naturalium bonorum classem revocavit S. D. nulla jactura, aut diminutio facta est. Nec porro ad secundam classem ab Angelico recensitam spectat illa subjectio tanta saltem, quantam in Adamo sumus alibi contemplati, ut consideranti innotescit.

Instabis. S. Thomas 1. 2. q. 85. a. 3. docet, diminutum esse naturæ bonum„ quatenus omnes vires animæ remanent quodammodo destitutæ proprio ordine, quo naturaliter ordinantur ad virtutem; et ipsa destitutio vulneratio dicitur et quæst. 82. a. 1. ad 3.„ Quamvis ex peccato originali sequatur aliqua inclinatio in actum inordinatum, non directe sed indirecte, scilicet per remotionem prohibentis, idest originalis justitiæ, quæ prohibebat inordinatos motus„ In compendio tandem Theol. c. 95.„ Pœna peccati originalis, inquit,) non est nisi subtractio doni, quæ supernaturaliter primo homini divinitus sunt concessa per ipsos in alios derivanda„. In hisce testimoniis Angelicus statuit, non aliud malum in hominis per originale dimanasse, quam supernaturalium bonorum privationem. Ergo Angelicus docuit omnia naturæ bona integra permansisse.

Resp. falsam esse minorem. In primo enim testimonio aperte tradit ex originali quamvis sequutam esse destitutionem ordinis, quo vires animæ ordinantur naturaliter ad virtutem. En ergo manifestum naturæ bonum per originale sublatum, aut certe diminutum non penitus ablatum at certe diminutum. Quam autem ipsam destitutionem vulnerationem appellat, inadæquatum peccati effectum significat. Ibi

ita pergit „ Quatuor sunt vulnera inflicta toti naturæ ex peccato primi parentis... in quantum et ratio hebetatur præcipue in agendis, et voluntas induratur ad bonum; et major difficultas bene agendi accrescit, et concupiscentia magis exardescit „ Anne in natura puræ conditione ratio hebetata, voluntas indurata dici potuisset? Numquid hic comparationem potius instituit cum Adamo innocente? At quando ibi bene agendi difficultas, quando concupiscentia exardesceret, ut ex innocentiæ ad peccati conditionem descendendo illa magis aucta, hæc vero magis exardere dicatur?

Alterum testimonium ita obtruncatum exhibetur, ut si integrum afferatur nobis luculentissime patrocinetur. E vestigio enim subdit: „ sicut etiam ex ægritudine corporali indirecte sequitur inclinatio ad motus corporales inordinatos „. Qua ægritudinis similitudine in eodem ar. exponit peccatum originale complecti non solum justitiæ originalis privationem, sed etiam inordinatam animæ facultatum dispositionem, ut in Assertionis nostræ probatione notatum fuit. Neminem autem velim adeo hebetis sit ingenii, qui non percipiat sano non esse infirmum debiliorem.

Ad tertium, non acriter contendam cum Patre Sazzaniga originalis justitiæ subtractionem pœnam quidem esse primi peccati, at non item vulnera, de quibus loquimur, quæ ipse non pœnas proprie dici, sed effectus existimat. Si effectus sunt appellandi, satis liquet testimonium illud nequidquam obesse. Sed quoniam ab Augustino hujusmodi plagæ passim dicuntur esse pœnæ illius peccati, respondeo Angelicum una supernaturalium donorum subtractione in pœnam peccati facta sufficienter cetera quoque innuisse. Namque hac intellecta statim intelligitur homo aversus a Deo, et conversus ad creaturam; atque line minus habilis, et magis distans a finis consecutione.

Objic. 2. Vulnera, quibus ipsa natura sauciata dicitur, non sunt neque subtractio alicujus physicæ perfectionis, neque alicujus qualitatis ad malum animi inclinantis. Nam Angelicus sæpe affirmat post

N. B. et confer loca.

Pelagius arguebat adv. Aug. de natura et gratia „ quomodo potuit humanam debilitare naturam, quod substantia caret? „ quemadmodum peccatum non esse substantiam dixerat.

Cui Aug. ita respondet cap. 20. „ Abstinere a cibo non est substantia, et tamen substantia corporis, si omnino abstinetur a cibo ita languescit, ita valetudinis inæqualitate corrumpitur, ut si aliquo modo perduret in vita, vix possit ad eum cibum revocari, unde abstinendo vitiata est. Sic non est substantia peccatum, sed substantia est Deus, et solus verus ... creaturæ cibus, a quo per inobedientiam recedendo, et per infirmitatem non valendo capere et gaudere, audis, quemadmodum [illegible] ... ut fœnum, et aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum „

peccatum naturam sibi relictam fuisse, ignotæ autem qualitates jampridem a scholis fuerunt eliminatæ. Quid ergo restat, nisi ut dicamus non aliter naturam corruptam a natura pura differre, quam ut spoliatum a nudo? Profecto corpus quamvis in deterius commutatum fuerit, donis quidem gratuitis fuit destitutum, non autem deterius aut debilius factum, quam esset in natura pura. Ergo idipsum de anima est asserendum. Quod etiam Augustinus non obscure significavit lib. 4. contra Jul. c. ult.º scribens „ Quid est, quod post cibum prohibitum, nuditas indicata, nisi peccato nudatum, quod gratia contegebat? Gratia quippe Dei magna ibi erat, ubi terrenum, et animale corpus bestialem libidinem non habebat. Cui ergo vestitus gratia non habebat in nudo corpore quod puderet, spoliatus gratia sensit, quod operire deberet „

R. per originale peccatum neque ullam animæ facultatem sublatam fuisse, nec realem aliquam qualitatem superadditam; sed pronum factum esse hominem ad bonum delectabile creatum, debitoque ordine, ac relatione ad suum Creatorem destitutum. Hoc gravissimum vulnus, ex quo Angelicus aliarum pravitatem derivat, quodque omnium peccatorum fomitem invenit, si quis absque novæ qualitatis additamento, aut alicujus nativæ facultatis destructione percipere nequeat, vulnera communiter inflicta consideret, aut D. Thomæ vestigiis insistens, ceteras infirmitates examinet, quibus profecto, quin aut nova qualitas inferatur aut aliqua tollatur præexistens facultas, natura humana infirmari potest, ac debilitari. Quod de natura humana dicimus, quantum ad animam; idem quantum ad corpus nonnulli affirmant. Verum peccati originalis subjectum anima sit non corpus, mirum videri debet, si majori eadem pœna fuit anima mulctata, quam corpus. Dixit quod ex Angelico 1. 2. q. 109. a. 2. ad 3. magis est natura humana corrupta per peccatum quantum ad appetitum boni, quam quantum ad cognitionem veri; quia peccatum Adæ, utpote peccatum pura malitiæ magis voluntatem, quam intellectum infecit. Neque huic assertioni testimonio, quod in medium adducunt adversarii, quidquam proficiunt. Gratiæ enim privationem commemorans ceteras detrimenta non est inficiatus, sed aperte illa in de natura et gratia c. 3. ut vidimus, confessus est, et tota, qua potuit energia declaravit.

Caput VI.

Agitur de pœnis originalis peccati, quæ in altera vita luendæ sunt; ac statuitur, parvulos sine baptismate decedentes æterna damni pœna esse mulctandos, igne vero non esse cruciandos.

XV. Circa statum parvulorum, qui baptismatis un- 19.
a non abluti decedunt, non minus Hæretici inter se,
quam Orthodoxi cum illis, et secum ipsi digladiantur.
Vincentius quidam Victor, ut refert S. Aug. lib. de anima,
et ejus origine cap. 9. „ De illis Parvulis, qui morte
præveniuntur, priusquam baptizentur in Christo, quum
respondere voluisset, ausus est eis promittere non so-
lum Paradisum, sed etiam regnum Cælorum „. Vincentii sen-
tentiam ita amplexus est Zuinglius, ut pro certo habuerit,
Christianorum Filiis id esse concedendum, de parvulis autem
infidelium idem esse probabile affirmavit. In Zuin-
glii errorem de Fidelium parvulis Calvinus, Martinus
Bucerus, Petrus Martir, aliique horum sectatores consen-
tiunt. Pelagiani, ut dictum est lib. 1. cap. 1. n. 4. infantibus
etiamsi non baptizentur promittunt eis extra quidem regnum
Dei, sed tamen æternam, et beatam quandam vitam suam, ut
loquitur Aug. lib. de Hæres. cap. 88. Per æternam illam
et beatam vitam Pelagianos naturalem tantum beatitu-
dinem intellexisse censent plures cum Belarmino. Hæc
de Hæreticorum placitis. Inter Catholicorum autem
sententias prima occurrit Magistri. (Catholicorum 20.
autem opinionibus prima illa occurrit, quæ fuit Ma-
gistri sentent. lib. 2. d. 33, quem alii etiam secuti docue-
runt, parvulos ante regenerationem morituros non solum
damni pœna mulctandos esse, verum etiam internum ani-
mi dolorem ex æternæ beatitudinis privatione percepturos,
a pœna tamen sensus, quæ in ignis cruciatu posita est,
immunes fore. Altera sententiam, quæ plurium est Scho-
lasticorum, tradit Angelicus q. 5. de malo a. 1. 2 et 3. asse-
rens hujusmodi infantes ita privatione beatificæ visio-
nis in inferis puniri, ut nullum sive internum, sive exter-
num dolorem patiantur. Alii denique autumant parvu-
los ante baptismum raptos in inferis propter originale

Caput VI.

Agitur de pœnis originalis peccati, quæ in altera vita luendæ sunt; et constabilita æterna parvulorum, qui sine baptismate decedunt, pœna damni. Diversa Patrum, ac Theologorum placita de pœna sensus referentur.

His Doctorum placitis adde opinionem Ambrosii Catharini, Ludovici Molinæ, Alberti Pighii, et aliorum docentium hujusmodi infantes beatitudine quadam naturali esse donandos. Vid. Bellarm. eos refut. de Amissione Gratiæ l. 6. c. 2. Vid. et Soggen. pag. 182.

Rom. 5.
Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic per unius justitiam in omnes homines in justificationem. Ergo ex Adamo omnium damnatio, a qua nonnisi per Christum liberantur.

Matthæi 25. v. 46. Et ibunt hi in supplicium æternum: justi autem in vitam æternam,, de quibus dixerat v. 34. Venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi,,

Joan. 3. Sicut Moises exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam. – Qui credit in eum non judicatur. – Qui credit in filium habet vitam æternam, qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Parvuli non respiciunt in serpentem et ergo nec vitam.

Joan. 10. 27. Oves meæ vocem meam audiunt: et ego cognosco eas, et sequuntur me: et ego vitam æternam do eis,,.

Concilium Moguntinum sæc. 16. De doctrina fidei c. 8. definit,, primum illud peccatum propagatione [illegible] transire, ac reatum pœnam suam trahere ut sint omnes natura iræ Dei, mortisq. ac damnationis rei,, Redintegretur argumentum ex Apostoli verbis hic indicatis, et ab Aug. explicatis.

peccatum utraque pœna damni, et sensus in æternum cruciandos. In hanc sententiam plures, quos recenset Cardinalis Norisius in Vindiciis Augustinianis c. 3. §. 5. descenderunt ~~eamque eidem communem opinionem Latinorum Patrum qui post exortam Pelagianam hæresim scripserunt~~, ~~probat Edmundus Simmonet, quamvis a sæc. 12. fere omnes scolasticos oppositam docuisse confiteatur~~.

Assertio II.

Parvuli, qui sine regenerationis sacramento decedunt nec supernaturali, nec naturali beatitudine perfruentur.

Probatur 1 pars. Christus joan. 3 ,, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei,, Ergo Parvuli regenerationis aqua non muniti numquam in regnum Dei introibunt, sed extra regnum Dei supernaturalis beatitudo, nusquam reperitur, ut ostendit Aug. serm. 14 de verbis Apostoli; ergo infantes illi supernaturali beatitate in æternum carebunt. Accedit Ecclesiæ judicium in Conciliis expressum. In Carthaginensi enim hæc veritas definita fuit, teste Aug. epist. 175. olim 90. ad Innocentium anno 416. illis verbis = Quicunque negat parvulos per baptismum Christi a perditione liberari, et salutem percipere sempiternam anathema sit: Deinde in Milevitano, quod ~~eundem Aug.~~ epist. 176. alias 92. eodem anno coacto, eumdem enim capita hæresis Pelagianæ, Innocentio P. referens ait,, Parvulos quoque parvulos, etsi nullis innocentur Christianæ gratiæ sacramentis habituros vitam æternam nequam præsumptione contendunt,, Quare idem S. Pater lib. 2. de orig. aiæ c. 12. scripsit,, Novellos hæreticos Pelagianos justissime Concilium Catholicorum, et Sedis Apostolicæ damnavit autoritas, eo quod ausi sunt non baptizatis parvulis dare quietis, et salutis locum etiam præter regnum cælorum,, Tandem Conc. Florentinum sess. ult. protulit,, illorum animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas,, ; et Trid. sess. 5. decreto de pecc. orig. anathemate percellit, qui dicerit, negat,, parvulos .. nihil ex Adamo trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam

Prob. 2. pars de beatitudinis naturalis destitutione.+ Qui aeternum sunt damnandi, nulla neque naturali beatitate sunt fruituri. Quum enim aeterna damnatio sit maximum infortunium, illi quaecunque beatitudo repugnat. Aeternum vero damnandos esse parvulos sine baptismate obeuntes constat adductis Carthaginensis praesertim et Florentini testimoniis, et ex pluribus ss. Patribus, qui aperte asserunt, eos in ignem sempiternum esse detrudendos. Ergo. Profecto quae nam beatitudo illis donari potest, qui natura sunt Dei irae Filii, vero peccato, eoque mortali fœdati, odibiles Deo, subque Dæmonis captivitate? „Non baptizatis parvulis, inquit Aug. lib. 1. de aña, et ejus origine cap. 9 nemo promittat inter damnationem, regnumque calorum, quietis, vel felicitatis cujuslibet, atque ubilibet quasi medium locum: hoc enim eis hæresis Pelagiana promisit„.

~~Confirmatur~~ Objic. S. Augustinus pluribus in locis hujusmodi parvulorum pœnam appellat omnium mitissimam. Sed beatitudine, ac potissimum visione beatifica privari est pœna omnium maxima. Ergo. Deinde originali minor pœna quam veniali culpæ debetur: quo minus enim voluntarium est peccatum eo leviori supplicio est puniendum; originale autem, non nisi in aliena, protoparentis voluntate, nobis voluntarium fuit, alterum vero sua quisque voluntate ac libere committit. Sed veniali culpæ tanta damni pœna non debetur, ut ob illam æternum homo careat beatitudine: ergo neque originis peccato.

R. concessa majore distinguendo minorem, æterna beatitudine privari est omnium gravissima in illis, qui damnantur non solum ob hoc originale, sed etiam ob actualia peccata, concedo; in illis, qui ob unum originale damnantur, nego minorem; Rem explicat s. Thomas, qui q. 5. de malo a. 1. ad 3. ait, „Gravitas alicujus pœnæ potest attendi dupliciter. Uno modo ex parte ipsius boni, quo privatur per malum pœnæ, et sic carentia visionis divinæ, et fruitionis D. ei est gravissima pœnarum. Alio modo per comparationem ad eum qui punitur, et sic tanto gravior est pœna, quanto id, quod subtrahitur, est magis proprium, et connaturale ei, cui subtrahitur. Sicut magis dicremus puniri hominem, si auferretur ei patrimonium suum, quam si impediretur, ne perveniat ad regnum, quod ei non debetur.

+ quam illi concessere Ambrosius Catharinus, Albertus Pighius, et Hier. Savonarola, adversus quos docte Belarminus de Amissione Gratiæ lib. 6. c. 2. Bellarmini argumenta sunt jam recitata, et nunc quia negata eis vita æterna „quid, ait Aug. nisi mors æterna remanebit? Deinde quia Greg. M. perpetua tormenta, aliiq. PP. ignem, Gehennam etc. passuros affirmant.

Tertio quia PP. et Ecclesiæ exorcismi probant eos eos esse sub potestate Dæmonis.

Quarto. quia eorum locus erit infernus ex omnium Patrum ore, ubi esse nequit locus Beatitudinis, ut concedere videtur Catharinus, qui super terram eos futuros ait. Quinto, quia ratio beatitudinis est status omnium bonorum aggregatione perfectus; qui undenam eis advenit? ex se ipsis? fieri nequit. A Deo? sunt ejus iræ filii.

Objicit Catharinus ex Apostolo sicut per unius delictum etc. ut in altera pagina. Sed ibidem omnes quotquot, in omnes quoad sufficientiam, non efficaciam. ... et majores justificandos.

Obj. 2. ex cap. 12. Danielis. multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, alii in vitam æternam alii in opprobrium. Sed Aug. Ambros. Hier. Theod. per multos illos intelligunt omnes.

Obj. 3. Quodammodo ipsis deberi naturalem beatitudinem illis, quia inconveniens ut pœnam quam sua sine fraude, quia non habebant sine crimine; quia nullum habentes impedimentum valent in immensum proficere cognitione. Sed æquivoce omnia hæc negantur.

Obj. 4. Cælum Cæli Dño, terram autem filiis hominum. Vidi Cælum novum, et terram novam. Sed terram cooperiendam aqua, ut initio mundi, et locum suum naturalem omnia ... ... tacent. Numquid in aqua pisces in aere, vel cælo aureo aves? Quorum locum infernum ... PP. ...

Et per hunc modum dicitur esse mitissima omnium pœnarum sola carentia visionis Divinæ, in quantum visio Divina est quoddam bonum supernaturale". Neque regerant adversarii, regnum Cælorum ab Augustino patrimonium infantium etiam eorum, qui non sunt regenerati, appellatum fuisse; idenim quod asseruit Aug. contra Pelagianos disputabat, qui originale in parvulis inficiabantur. Porro licet i. e. M. et ipsi propter regnum Cælorum creati fuerint, illius tamen acquirendi jus nullum prætendere possunt, nisi eis per baptismum illud conferatur. Ad 2dum pariter respondet s. Thomas loc. cit. ad 9. asserens, "peccatum veniale originali comparatum quodammodo esse majus, quodammodo esse minus. Peccatum enim veniale comparatum huic personæ vel illi magis habet de ratione peccati, quam peccatum originale, quia peccatum veniale est peccatum voluntarium voluntate hujus personæ, non autem peccatum originale (intellige voluntate physice propria) Sed peccatum originale comparatum ad naturam est gravius, quia privat naturam majori bono, quam peccatum veniale privet personam, scilicet bono gratiæ et propter hoc ei debetur carentia visionis divinæ, quia ad visionem divinam non pervenitur, nisi per gratiam, quam veniale peccatum non excludit".

Assertio II.

Parvuli originaria solum naxa maculati ignis ardore non torquentur.

Probatur ss Patrum auctoritate, et scholæ Magistrorum consensione. S. Gregor. Nazianz. orat. 40 in s. Baptisma de parvulis originali peccato, fœdatis, in eoque decedentibus agens, "Quinimo, inquit, futurum est, nec cælesti gloria, nec suppliciis a justo judice afficiantur, utpote qui licet baptismo consignati non fuerint, improbitate tamen careant, atque hanc jacturam eam potius, quam fecerint, quam fecerunt". S. Gregorius Nissenus orat. de infantibus "immatura, inquit, mors infantium, neque in doloribus, ac mœstitia esse eum, qui sic vivere desiit intelligendum esse nobis suggerit". His accensendus est s. Ambrosius lib 2. de Abraham c. ult. affirmans parvulos non baptizatos immunitatem habere pœnarum. Ita Patres ante Pelagianorum hæresim scribebant. Postquam vero ista profligata fuit, nec ulla erat suspicio eam vero

Aug. Angelici. Apocalipsis 18. "quantum se glorificavit, et in deliciis fuit, tantum date illi tormentum et luctum". Sed parvuli peccato originali nullam actualem delectationem perceperunt. Ergo non debetur illis pœna sensus

Alii. js. ult. et Marci 9. "Vermis eorum non moritur, et ignis non extinguetur". Sed parvuli nullo morsu vermis, idest conscientiæ stimulis ob propriæ electionis peccatum pungentur; ergo credibile etiam est nullam ignis pœnam esse subituros.

tentia mitior pro infantibus ita obtinuit, ut saeculo 13. communiter traderetur. Angelicus q. 5. de malo a. 2. ita loquitur,, Sicut communiter dicitur, peccato originali non debetur poena sensus, sed solum poena damni, scilicet carentia visionis divinae,, Praecipua ratio ejus est,, quia poena proportionatur culpae; et ideo peccato actuali mortali, in quo invenitur aversio ab incommutabili bono, et conversio ad bonum commutabile, debetur et poena damni respondens aversioni, et poena sensus respondens conversioni. Sed in peccato originali non est conversio, sed sola aversio, vel aliquid aversioni respondens, scilicet destitutio animae a justitia originali; et ideo peccato originali non debetur poena sensus, sed solum poena damni,,.

Sancto Thomae consentit divus Bonaventura in 2. d. 33. a. 3. q. 1. ubi hanc sententiam et magis cum fidei pietate, ac judicio rationis concordare, et magis approbari communiter a Magistris affirmat. Saeculo 14. de hac opinione eadem scripsit Scotus; et Gregorius Ariminensis, quamvis eorum Patrum, qui adversus Pelagianos disputantes oppositum docuisse videntur, territus auctoritate, controversiam in medio relinquat; mitiorem tamen sententiam, et communem opinionem appellat, et consensum Magistrorum

Probatur 2 ex Pontificia auctoritate, et Concilii Florentini decreto. Innocentius III. cap. Majores de Baptismo ejus definite ait,, Poena originalis peccati est carentia visionis Dei, actualis vero poena peccati est gehennae perpetuae cruciatus,, jam vero quam vanum esset hoc Pontificis effatum, quam inconcinnum parvulos inter ac caeteros damnandos assertum discrimen, si utraque poena infantibus ante baptismum sublatis deberetur? Verba Florentini, actuale mortale peccatum, et originale disparibus poenis multandum esse affirmantis superiore assertione recitavimus. Si per dispares poenas tum a conspectu divino arcendos, tum igne; sed minus interno atque adultos supplicio cruciandos esse parvulos contendas, necesse est ut illud quoque admittas, postrema Concilii verba plane redundare. Quippe omnibus notissimum erat, nec actualia peccata, quibus graviter laeditur Majestas Dei, aequales in inferno poenas ferre.

Bernardus ab Angelico citatus, serm. 3. de resurrectione,, sola propria voluntas ardet in inferno,,:

Ratio prima indicatur ab Angelico.

Secunda. Principes non consueverunt Filios parentis rebellis furca, similive poena multare, sed eos duntaxat avitis bonis expoliare, aut etiam in exilium pellere. Eo minus igitur Deus, quo benignior est, et magis ad clementiam proclivis. Rursus Magistratus non solet punire ob carentiam justitiae habitus, sed duntaxat ob furta. Ergo quum originale potissimum consistat in privatione debitae justitiae, non ad inaequali crimine, etc.

Tertia. Quum homo etiam adultus baptizatus, nulla satisfactio ab Ecclesia injungitur, neque propter originalem culpam ullum dolorem concipere tenetur. Ergo nulla poena sensus illi correspondere videtur, aut deberi.

Quarta. Sicut dubium esset, num hac poena affligantur parvuli; tamen in hanc sententiam esset inclinandum, quia Deus etiam male merentibus benefacere solet; et sicut bonos supra condignum remunerat, ita malos infra condignum punire dicendus est.

Quinta. Sensus fidelium est iste. Sed fideles Catholici in Religionis negotio dependent a Pastoribus, qui eosdem instruunt. Sed credibile non est Pastores omnes ita deceptos fuisse.

Objic. 1. Matthaei 25: ad universale judicium omnes gentes congregandae dicuntur, et partim ad dexteram partim ad sinistram judicis Christi collocandae; qui ad dexteram erunt, in Caelum sunt recipiendi; illis vero, qui a sinistra stabunt, dicetur: discedite a me maledicti in ignem aeternum. Sub parabola arboris fructum non ferentis zizaniorum, et malorum piscium reprobi describuntur in ignem mittendi. In Apocalypsi denique 20. ita res omnis absolvitur = qui non est inventus in libro vitae scriptus, missus est in stagnum ignis =. Jam vero parvuli non regenerati baptismate ad sinistram procul dubio sunt collocandi; arbores sunt infructuosae, zizania non triticum, mali non boni eiusque pisces, nec demum in libro vitae conscripti. Ergo mittentur in stagnum ignis. Neque in stagnum projicientur, quin tamen igne comburantur. Namque Dominus paleas, quales certe sunt infantes non baptizati, comburet igne inextinguibili ut dictum est Matthaei 3.

Hujusmodi vero scripturas in puerorum tormentum et combustionem adeo aperte interpretatus est Aug. serm. 14 de verbis Apostoli, ut nulla queat ratione in oppositam sententiam detorqueri. „Nullus, inquit, relictus est locus medius, ubi ponere queas infantes. Alii erunt ad dexteram, alii ad sinistram; non novi aliud. In dextera regnum Caelorum est. Percipite regnum. Qui ibi non est, in sinistra est. Quid erit in sinistra? Ite in ignem aeternum. Qui non in dextera, procul dubio in sinistra. Ergo qui non in regno, procul dubio in igne aeterno. Extrema sententia ut sonet, quid illud sit regnum et quid sit ignis aeternus, tunc, inquit, ibunt isti in combustionem aeternam, justi autem in vitam aeternam. Ecce exposuit tibi quid sit regnum, et quid ignis aeternus, ut quando confiteris parvulum non futurum in regno, fatearis futurum in igne aeterno". Haec quum apertissima sint et luculenter [illegible] documentum ostendant, supervacaneum est, plura ex eodem referre, quae Eminentissimus Norisius in Vind. Augustinianis nobis apposuit diutius perpendit, et auget. Augustinum sequitur Fulgentius lib. de fide ad Petrum c. 27. ubi inter fidei regulas hanc quoque proponit „firmissime tene, et nullatenus dubites, non solum homines jam ratione utentes, verum etiam parvulos, qui ... sine sacramento sancti Baptismatis de hoc saeculo transeunt, igne

aetern

Assertio II.

Utraque sententia, et quae affirmat, parvulos cum originali peccato decedentes poena sensus atque adeo ignis cruciatu plectendos; et quae hoc ipsum negat, de plurium SS. Patrum, insigniumque Virorum auctoritate jure gloriatur.

Vol. 1. pars. ~~Latini Post exortam haeresim Pelagianam usque ad saec. XII ita de hujusmodi Parvulis unanimiter Patres senserunt.~~ S. Augustinus serm. 14. de verbis Apostoli sic loquitur: „ Nullus relictus est medius locus, ubi ponere queas infantes. De vivis et mortuis judicabitur; alii erunt ad dexteram, alii ad sinistram; non novi aliud ... in dextera, ad regnum utique aeternum; in sinistra in ignem aeternum. Qui non in dextera, procul dubio in sinistra. Ergo qui non in regno, procul dubio in igne aeterno... Ut doceret (Christus) quid sit regnum, et quid sit ignis aeternus, hinc, inquit, abibunt isti in combustionem aeternam, justi autem in vitam aeternam. Ecce exposuit tibi, quid sit regnum, et quid ignis aeternus, ut quando confiteris parvulum non futurum in regno, fatearis futurum in igne aeterno. Nec aliud etiam Paulus Apostolus quum terreret homines, non eos terruit, quod erunt in igne sempiterno; quo sine dubio ibunt, nisi corrigantur; sed tantum terruit, quia in regno non erunt; ut quod viderint se perdere spem regni, non viderent esse consequens, nisi poenam ignis aeterni „ Quibus s. Pater aperte docet, parvulos non baptizatos cum reliquis hominibus resurrecturos; illos in extremo die fore in Divini judicis sinistra; illis dicendum esse: ite in ignem aeternum; ac tandem ignis sempiterni poenam ac combustionem esse passuros.

Lib. de Dono Persev. c. 12. „ Absit, inquit, ut causam parvulorum sic relinquamus, ut esse nobis dicamus

(b) non invenitur ibi locus hic

Serm. 14. de verbis Ap. „ Videris tibi miseri-cors, quia non aufers ei vitam, damnas ta-men, quem separas a regno Dei, non eum percutis, sed in exilium mittis„; En Pelagiani pœnam damni licet maneam confi-tebantur, sed percussionem seu pœnam sensus non admittebant. Ergo Aug. eos reprehen-dens de utroque, utramque agnoscendam volebat.

S. Aug. lib. 1. op. imp. c. 138. parvulos istos ait impudenter negari esse vasa in contumeliam, quae describit Apostolus.

Lib. 5. op. imp. c. 6. ut probet parvulos non solum adultos peccatores esse sub Diaboli potestate affert exemplum illius, qui in Evangelio refertur a dæmone vexatus, cujus Pater respondit ab infantia sua hu-jus vexatum, de quo ita pergit „ Nonne membra ejus et sensus Diabolus sibi, et affligeret, vindicabat?

Ex his habemus, parvulos ituros in ignem æternum, ituros in igne æterno ha-bituros inconbustionem ignis, in secunda morte futuros vasa contumeliæ, ire apta eo corpus ad pœnam, dire ardos, et affli-gendos a Dæmone, non solum damnandos, sed et percutiendos

incertum, utrum in Christo regenerati si moriantur parvuli transeant in æternam salutem, non regenerati autem transeant in mortem secundam„; Quid vero sit mors secunda exponit serm. de Oct. Paschæ 6. seu 162. de Temp. dicens: „ Mors autem secunda ipsa est corporis et animæ punitio sempiterna. Per mortem vero secun-dam anima solius mali hominis in æternum cum corpore cruciatur. Utraque ergo mors omnem hominem tenetur obstrictum, quia naturæ transgressio unumquemque [illegible]gat peccatis obnoxium„;

In epist. 28. ad Hieronym. „ Cum ad pœnas ventum parvulorum, magnis mihi crede coarctor angustiis, nec quid respondeam prorsus invenio; non solum eas pœnas dico, quas habet post hanc vitam illa damnatio, quo nec-esse est trahantur, sed ~~eas ipsas~~, si de corpore exierint sine Christianæ gratiæ sacramento, sed eas ipsas, quæ in hac vita dolentibus nobis versantur ante oculos, quas enumerare si velim, prius tempus, quam exempla de-ficient„; In hac ipsa epist. „ Certus sum, inquit, quod anima sine gratia Mediatoris et sacramento ejus, in qua-cumque corporis ætate de corpore exierit, et in pœna futuram et in ultimo judicio recepturam corpus ad pœnam;

(b) Lib. 5. contra Julianum c. 8. aperte pronuntiat par-vulos non renatos ignibus æternis arsuros. Demum aliis pene multis omissis Lib. 3. Operis imp. n. 199. alloquitur Julianum: si non eruitur a potestate te-nebrarum, et illic remanet parvulus: quid miraris in igne æterno cum Diabolo futurum, qui in Dei regnum intrare non sinitur„?

Vetustissimus auctor Hypognosticon, idest subno-tionum l. 5. c. 5. „ Finge Pelagiane locum ex officina vestri dogmatis tui, ubi alienâ a Christi gratia vitâ requiei et gloriæ possidere parvuli possint. Dexteram

justi judicis sedentis, et sinistra: regnum et gehenna, vita et mors; justi et iniqui. in dextera igitur justi sunt constituti, in sinistra operarii iniquitatis. in regno requies baptizatorum. in gehenna pœna incredulorum. Vita ad lætitiam gloriæ, mors ad fletum et stridorem dentium. justi in regno Patris cum Christo, iniqui in igne æterno parato Diabolo et Angelis ejus,,

S. Avitus Viennensis in carmine ad sororem Fuscinam sic loquitur de parvulo sine baptismate decedente:

Quisque beneficiis cum cessat Filius esse,
Perditionis erit: tristes tunc edita nolunt
Quæ flammis tantum genuerint membra parentes,,

S. Fulgentius lib. de fide ad Petrum c. 27. Firmissime tene et nullatenus dubites (a) ... parvulos sine Sacramento S. Baptismatis ... ignis æterni supplicio puniendos sempiterno. Sæc. VI.

Quindecim Episcopi Africani in Sardinia exules, et quorum unus erat ipse Fulgentius in lib. de incarn. et gratia: ,, Si ad salvandos homines, sicut isti volunt, non excitat, neque mutat, sed expectat voluntates; quomodo infantibus qui baptizantur, donat æternam salutem, quorum bonam nec expectat nec invenit voluntatem? sed alios quomodo sine baptismate mortuos æternis cruciatibus damnat (Deus) cum in eis nullam culpam malæ voluntatis inveniat? Nonne istos inimicos gratiæ Dei ad hoc sua perversitate cogit, ut Deum putent iniquum in obitu omnium parvulorum, ubi nulla interveniente vel bonitate, vel malitia alios vident potiri regno, alios interminabili deputatos incendio?,,

S. Gregorius M. l. 9. Mor. c. 12. ait eos perpetua tormenta percipere. S. Isidorus Hispal. l. 1. differ. spir. pari judicio damnandos in ignem æternum. S. Elredus

(a) non solum homines ratione utentes, verum etiam parvulos etc.

Rursus S. Fulgentius lib. 2. de Verit. Prædestinat. cap. 12. ait parvulum ante baptisma morte præreptum esse æternis ignibus deputatum. cap. 14. affirmat hujusmodi pueros ituros in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, et Angelis ejus. et paulo post Reddet unicuique secundum opera sua, ut non solum pro originali peccato æternis ignibus ardeant (quibus arsuri sunt sine baptismate morientes etiam parvuli) sed etiam etc.

Hæc interim 40. capitula ad regulam veræ fidei firmissime pertinentia fideliter crede, fortiter tene, veraciter, patienterque defende. Et si quem contraria his dogmatizare cognoveris, tamquam pestem fuge, et tamquam hæreticum abjice. Si quis non solum omnibus, sed etiam singulis contraire voluerit, hæreticus et Christianæ fidei inimicus, atque ex hoc omnibus Catholicis anathematizandus apparet

Quis vero quantusque fuerit Fulgentius constat ex eo quod vivi e monacho monachorum Abbas, ex Abbate [illegible] Ruspensis licet reluctans ac fugiens creatus fuerit; et sui temporis [illegible] appellari meruerit. Obimmugnatos acerrime [illegible] eos una cum aliis 60 Epis. in exilium missus, quorum lingua et ingenium B. Fulgentius dicitur [illegible] eius vita.

(a) ab exordio Pelagiani usque ad sec. XII. scripserunt. Teste Noris ex Scotistica familia totidem stant pro Augustiniana familia, quot ex ipsis Augustinianis; quamvis Scotum et Bonaventuram contra nos habeant. Albertus M. ex familia Praedic. probabilem ait Augustini sententiam.

Rationes supra indicatae ab Aug. Deinde peccatum originale e ipsum Adae peccatum pro quo Adam sicut ea mortuus, utramq. poenam passus erat. Praeterea in hac vita parvuli omnes corporales aerumnas patiuntur: ergo et in altera vita utraque puniantur poena.

Abbas in Anglia: Quid? injustum aestimas, ut lignum inutile et infructuosum ignis depascat? Cogita praeterea totum humanum genus quasi lignum aridum, infructuosum, in sua radice vitiatum, utpote veneno antiqui serpentis infectum, justissime ad ultimum flammis, igni destinatum, adjudicatum damnationi,,

Horum suffragiis mu… parvulos ante baptismum morte praeventos igne luere poenam ex recentioribus plures docuerunt. Frater Laurentius Berti Eremita Augustinianus refert, si de Thoma de Argentina exceperis, ita sentire omnes sui instituti Doctores. Noris ex externis plures recenset praesertim ex Discipulis Scoti. Silvius affirmat sententiam hanc Scripturis, et Patribus esse conformiorem. Simonet demum probat hanc esse mentem Patrum, qui

Prob. II. Pars. Oppositam sententiam tradiderunt inprimis nonnulli Patres antequam haeresis Pelagiana debacchari coeperet. Nam s. Gregorius Nazianz. orat. 40. in s. Baptisma de hisce parvulis ait,, eos existimo futurum, ut postremi nec coelesti gloria, nec suppliciis a justo judice afficiantur,, S. Gregor. Nyssenus,, immatura mors infantium neque in doloribus ac moestitia esse eum, qui sic vivere desiit, intelligendum esse nobis suggerit,,

Sententia haec, quae a Pelagianorum tempore usque ad saeculum 12. conticuisse videtur, post Magistrum sententiarum, qui eodem sec. 12. docuit, brevi Scholasticorum communis facta est. Angelicus enim Praeceptor q. 5. de malo a. 2.,, Dicendum inquit, quod sicut, q… 13. scripsit, q. 5. de malo a. 2. Dicendum, inquit, sicut communiter dicitur, peccato originali non debetur poena sensus, sed solum poena damni, scilicet carentia visionis divinae,, Praecipua autem ejus ratio

ut legend
ta quas
infructu
antiqu
ius, ign

ante hy
ex recen
iy Bert
De Thom
y rui [illegible]
recenset
Firmat
confor-
tus, qu
traddiden
us) Pelag
Napo
ait,
laria,
gor. Hym
nby
insol

fenpore
ost Mag.
Scholas
Praecip.
uit, qu
inquit,
ali non
scilicet
jiy rat

» quia p[illegible]
li mor[illegible]
bono, [illegible]
pana [illegible]
sponde[illegible]
non er[illegible]
qui ve[illegible]
origine[illegible]
nasce[illegible]

O[illegible]
33. a. 3[illegible]
modal[illegible]

14. J[illegible]
viden[illegible]
in e[illegible]
Schol[illegible]
bapt[illegible]
quo[illegible]
trad[illegible]

nam[illegible]
si qu[illegible]
pugn[illegible]
sic s[illegible]
pro[illegible]
obru[illegible]
the e[illegible]
qui[illegible]
nas[illegible]

signi[illegible]
bis[illegible]
stra[illegible]

„quia pœna proportionatur culpæ; et ideo peccato actuali mortali, in quo invenitur aversio ab incommutabili bono, et conversio ad bonum commutabile, debetur et pœna damni respondens aversioni, et pœna sensus respondens conversioni. Sed in peccato originali, inquit, non est conversio, sed sola aversio, vel aliquid aversioni respondens, scilicet destitutio animæ a justitia originali: et ideo peccato originali non debetur pœna sensus, sed solum pœna damni„

Divo Thomæ consentit S. Bonaventura in 2. dist. 33. a. 3. q. 2. adnotans et ipse hunc dicendi modum magis modum magis approbare Magistros communiter. sec. 13. sec. 14. Scotus in 2. d. 33. q. unica rursus affirmat hanc videri Magistrorum esse sententiam. Et sec. 16. Estius in eandem 2. dist. eandem 33. §. iterum refert omnes fere Scholasticos sequi sententiam Magistri, parvulos non baptizatos a pœna sensus eximentis. Postea vero quis posset recensere quot, quantique viri hoc jam tradiderunt?

Objicies contra primam partem. Quid prohibet, ne nomen tormenti, supplicii, gehennæ, ignis, incendii, vel si quid simile occurrat apud veteres Patres, sensu improprio accipiatur ad indicandam quamcunque pœnam, sive sensus ea sit, sive solius damni? Ita certe loco supra indicato Patrum phrases intellexit Angelicus, cujus obscure subscripsit etiam D. Bonaventura. Ratio autem ita eos interpretandi, quia tunc impugnabant Pelagianos, qui hujusmodi pueros non solum a pœna sensus immunes volebant, sed æterna etiam vita donari.

Resp. tunc solum esse locum metaphoricæ terminorum significationi, quum rare ista verba usurpantur, et ex aliis ejusdem Scriptoris testimoniis genuinus sensus demonstratur; non autem si ubique idem loquendi modus

occurrit: secus enim certa regula non superesset dignoscendi, num verba sensu obvio et stricto, an improprio et metaphorico essent accipienda. Quare s. Thomas tutius est ita Patres intelligere, quod videret omnes pene scholasticos tunc in sententiam mitiorem inclinare, nec putavit necessarium veterum mentem hac super re diuturniori examine investigare, quod deinceps a pluribus factum est. Atque hoc ipsum de s. Bonaventura dicendum videtur.

Quod addebatur, Patres tunc Pelagianam haeresim impugnasse, id quidem potest de aliquibus, non autem de omnibus affirmari. Caeterum et qui ad Pelagianos decertabant non est verosimile eos ita de parvulorum damnatione sensisse, ut adeo aperte in sententiam, quam falsam haberent, inclinarint. Ita enim suis Adversariis ansam praebuissent ad calumniandum, eos in oppositum errorem incidisse; quemadmodum illi perpetuo querebantur, per gratiae necessitatem a Catholicis propugnatam humanam libertatem auferri, quam calumniam ubique Patres longe a se repellunt. Imo vero et de hoc ipso apud Hieronymum Dialogo 3o extremo conquesti sunt Pelagiani, in Catholicorum sententia parvulos non renatos aeternae miseriae cruciatibus esse praeparatos: cui tamen Pelagianorum querimoniae respondens s. Hieronymus nunquam asseruit ab hujusmodi suppliciis parvulos illos futuros esse immunes; sed hujusmodi poenae causam duntaxat assignavit peccatum originale demonstrans.

Dices. S. Augustinus Enchiridii cap. 93. lib. 1 de peccator. meritis cap. 16. et lib. 5. contra Julianum cap. 11. affirmat hujusmodi parvulorum poenam esse mitissimam et levissimam omnium, quae, qualis, et quanta erit, inquit postremo loco, quamvis definire non possim, non tamen audeo dicere, quod eis, ut nulli essent, quam ut ibi essent, potius expediret. Lib. autem 3. de

libero arbitrio cap. 23. objectioni Manichæorum dicentium: hujusmodi parvulos in futuro judicio neque inter justos, neque inter injustos locum habituros, respondet „ superfluo quæri de meritis ejus, qui nihil meruerit „: tum ibi pergit: „ non enim metuendum est ne vita esse potuerit media quædam inter recte factum et peccatum; et sententia judicis media esse non possit inter præmium, atque supplicium „: Nonne hujusmodi verbis Augustinus a parvulis non baptizatis omnem pœnæ sensum eliminat?

Ad hæc facilem solutionem habere. Nam quod dicit s. Pater infantes mortuos sine baptismate fore in damnatione mitissima et omnium levissima, non absolute loquutus est, sed comparate ad adultos, qui personalibus peccatis maculati sunt. In Enchiridio enim cap. cit. ait: „ Mitissima sane omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum quod originale traxerunt, nullum insuper addiderunt: et in ceteris qui addiderunt, tanto quisque tolerabiliorem ibi habebit damnationem, quanto hic minorem habuit iniquitatem „; Ex eo autem quod anceps fuerit Aug. quid, quomodo, et quantum parvuli sint ab igne cruciandi, nequit inferri dubium quoque fuisse num sint aliquid passuri. Sic enim ignorabat etiam quid, quomodo, et quantum ab eodem igne torqueantur Dæmones, quos tamen sciebat miris sed veris modis torqueri. Nihilominus definire non audebat, eis potius expedire natos non fuisse, cum hoc Dominus, ut ibidem ait, non de quibuslibet peccatoribus, sed de scelestissimis, et impiissimis dixerit, qualis fuit Judas, de quo Math. 26. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.

Restat testimonium ex lib. 3. de lib. arb. desumptum. Advertendum heic autem ibi Augustinum impugnare Manichæos, qui peccatum originale negantes ex hujusmodi parvulorum ~~damnatione~~ miseriis inferebant eos naturæ

constitutione malos esse, et sine ulla eorum culpa fore damnari. Hinc illæ eorum voces: qualis in futuro judicio deputabitur, cui neque inter justos locus est, quoniam nihil recte fecit; neque inter malos, quoniam nihil peccavit? Quid ad hæc Augustinus? Ex eorum principiis eos refellens affirmat horum parvulorum vitam esse posse mediam inter recte factum, et peccatum; ac proinde judicis sententiam quoque mediam inter præmium, et supplicium; ac consequenter ex futuro illorum judicio inferri non posse malum esse illorum substan[tiam]. Sed hinc non sequitur docuisse Augustinum, vitam parvulorum reipsa esse mediam inter recte factum et peccatum, aut judicis sententiam reipsa esse futuram mediam inter præmium et supplicium; sed talem futuram esse duntaxat in hypothesi si qua peccatum originale non contraherent. Hoc autem ibi tradidisse Augustinum, exponit constat ex cap. 12. de dono perseverantiæ, ubi de illa sua doctrina ita loquitur: "Cum vero rectius possit intelligi, non me propterea de ea re dubitasse credi oportere, quia contra quos tunc mea dirigebatur intentio, sic mihi visi sunt refellendi, ut sive pœna esset peccati originalis in parvulis, quod veritas habet, sive non esset, quod nonulli errantes opinantur, nullo modo tamen, quod Manichæorum error inducit, duarum naturarum boni scilicet et mali permixtio crederetur."

Sed fac Augustinum, quum libros de lib. arb. exararet de hac parvulorum pœna revera dubitasse (quod tamen quam alienum sit a veritate ostendit luculenter verbis modo citatis ex libro de dono Perseverantiæ, aliisque superius a nobis adductis ex eodem libr. depromptis) numquid propterea deinceps etiam perpetuo dubitasse censendus? "Siquando, inquit S. Doctor loco nunc indicato, aliquando libros de lib. arb. laicus Romæ cœpi, et in Africa presbyter explicavi, adhuc de damnatione infantium non renascentium, et de nascentium liberatione dubitassem

nemo, ut opinor, est tam injustus, atque invidus, qui me proficere prohiberet, atque in hac dubitatione remanendum mihi esse judicaret;,,

Neque opponas sententiam illam tract. 19. in Joannem: Dicitur alibi sic: Ibunt isti in ambustionem aeternam, (de quibusdam sinistris. Nam utique de quibusdam solum sinistris dictum est ituros in supplicium aeternum: quandoquidem ceteri erunt a dextris in vitam aeternam destinati. Dicuntur scilicet quidam non relate ad sinistros, sed relate ad omnem judicandorum turbam. Atque frustra objicerentur illa verba, quae serm. 14. de Verbis Apostoli c. 6. leguntur, Haec illis sola poena est non esse in Patria. Cum enim confiterentur pelagiani parvulos excludi a regno Caelorum; et nihilominus vellent, eos nescio quae aeternae vitae frui tranquillitate; ex eorum principiis ita ferme illos revincit: etiam hoc tantum abesse a Caelorum patria maximum illis supplicium est: quamnam ergo beatitatem, o Pelagiani, fingitis habere illos, quos a Patria perpetuo exulare conceditis?

Quaeres ex duabus hisce sententiis quaenam sit praeferenda, et rudi populo praedicanda.

Respondeo verbis Gregorii Ariminensis Scriptoris gravissimi, qui in 2. sent. dist. 33. q. 3. saeculo 14. ita scripsit: ,, Quia hujus quaestionis non vidi partem aliquam expresse determinatam ab Ecclesia, et tamen Quod mihi videtur negare auctoritates sanctorum; e contrario etiam non est tutum contraire communi opinioni, et consensui Magistrorum nostrorum: idcirco neutri parti alteram praeferens, dijudicationem meliori lectori relinquo,, Idem praestitit saec. 16. doctiss. Estius. Itaque si apud fidelem populum de hujusmodi parvulo-

lorum supplicio discerendum est; hoc ipsum attendendum existimo, ut inculcata eorum poena damni, quae in dubium a nemine potest revocari, circa sensus cruciatum utraque sententia à multis patribus tradita, huic indicatur. Ita enim fiet, ut ex mitiore parentes illi, quibus absque ulla eorum culpa Filius aliquis priusquam baptizaretur, praereptus fuit, solamen aliquod percipiant: severiore autem excordes, ac negligentes vehementer excitabuntur ad omnem curam adhibendam, ut conceptus fœtus et vivus enascatur, et quamprimum baptismatis sacramento regeneretur.

Quaeres 2do quid sentiendum sit de opinione Serrani affirmantis etc. (ut in alio Ms. si tamen quaesitum hoc brevitatis causa non sit praetermittendum).

ndendu
ucas in
unciati
re inarcu
ue obrgu
bizaretu
revenon
excitatu
y, fatu
Iaccrano

e Saran,
c fruti

aterni
nvqia
[illegible]
[illegible]
ucua
[illegible]
iccva
[illegible]
quis
[illegible]
[illegible]
das
[illegible]
illu
quoq
nump
conv
utia
Coit
nihil
tur
parv
nmor
que hu
lo id,
Dos n
[illegible]
[illegible]
navvu
bare
vant.
nomin
Eccle
etiam
ignis
vit,
quod
[illegible]

aeterni supplicio sempiterno puniendos". Quod eadem energia quindecim Episcopi in Sardinia exules, et quorum unus erat ipse Fulgentius, declararunt. Denique aliis praetermissis S. Gregorius M. lib. 9. Moralium cap. 16 modo 21. "perpetua tormenta, inquit, percipiunt et qui nihil ex propria voluntate peccaverunt". Ergo qui a manifesta sacrarum litterarum auctoritate juxta mentem ss. Patrum intellecta recedere non audet, parvulos adhuc originis labe inquinatos ignis sempiterni ardoribus cruciandos fateatur necesse est.

R. Non committam equidem, ut cum Durando parvulos negem judicandos, quum et Apoc. 20 dicatur: vidi mortuos et magnos et pusillos stantes in conspectu throni, et libri aperti sunt; et communis sit haec Patrum doctrina. Neque illud abnuam, ad sinistram divini judicis constitutos, judicium quoque subituros, cujusmodi eorum conditio postulat, quo nempe jam olim lata super eos sententia confirmetur, non vero secundum facta personalia, quae nulla suo arbitrio patrarunt, excutientur. Denique communem illam improbis sententiam: discedite a me maledicti in ignem aeternum, ad parvulos pertinere nihil repugno, licet Suario peculiarem in eos latam sibi videatur. Non ignoro, illud tantum, Discedite a me maledicti ad parvulos, totam vero sententiam ad adultos dirigendam esse, plurimos ob culpae in utrisque discrimen existimasse. Sed age neque huic sit locus responso: quid dicere vetabit, ignis nomine locum, in quo detinendi erunt parvuli, designari; eos vero torquendos non esse? At paleas, inquis, arbores, fructum quae non tulerunt, in ignem non solum mittet Dominus, sed eodem igne inextinguibili eum comburet. Regerunt non pauci parabolis illis parvulos non baptizatos haudquaquam contineri; neque arbores novellas, quod illico atque insitae sunt, fructum non ferant, igni cremari; nec malorum piscium, aut palearum nomine venire infantes, qui nunquam in aream, aut sagenam, scilicet Ecclesiam fuerint recepti. Qui huic responsioni non acquiescat, etiam excipiat non reprobandam interpretationem "Nomine ignis frequenter in Scripturis qualibet poena figurari consuevit". Verba sunt Angelici Doctoris in 2. Dist. 33. q. 2. a. 1. ad 1. quod S. Thomas ab Augustino ipso, quem unum adversarii vellent hujus controversiae judicem, didicisse videtur. Hipponensis S

q. 9. in Josue quærenti cur eum, qui furtum fecerat o' anat. mate, Josue jusserit lapidari, quem D̃nus cremari jusserat ut legitur cap. 7. ita respondet „ Magis quærendum ẽ, cur tribulationẽ ignẽ appellaverit D̃nus, quam credendum, Josue aliud fecisse quã jusserat Dominus ... ignis nomine potuisse pœnas significari Scriptura testis est in Deut. ubi legitur dicitur ad filios Israel Et eduxit vos de fornace ferrea ex Ægypto, ubi utique ignem tribulationẽ intelligi voluit „

Quæ mãgno apparatu, parique contentione ex Augustino solent Augustiniani proferre parum, aut ne parũ quidem urgent, qui nobiscũ sentiunt, novissimo die ad Christi judicium sistendos esse pueros salutari aqua non ablutos, sinistrũ judicatus occupaturos, cum Diabolo, atque universo impiorum cœtu damnandos. Hæc omnia Augustinũ secuti ultro fatemur, nostri contra Norisium defendimus, in inferis quidem detinendos esse hujusmodi infantes, at sempiterno igne non esse cremandos. Atque hoc illud est, quod plerisque in locis, ac præsertim nuperrime citato significat Augustinus. Quod si quando s. Doctor asseruit ignis æterni supplicio esse puniendos, ut rejicere affirmavit Enchiridii 23, et post eum s. Fulgentius, aliique nonnulli duplex ad eorum dicta responsio reddi potest. Primam nobis exhibet Angelicus q. 5. de Malo a. 2. ad 1. inquiens „ Nomen tormenti, supplicii, gehennæ, et cruciatus, vel si quid simile in dictis Sanctorũ inveniatur, est large accipiendũ pro pœna, ut ponatur species pro genere. Ideo autem sancti tali modo loquuti sunt loquendi usique usi sunt, ut detestabilẽ redderent errorẽ Pelagianorũ „. Altera responsio ex hoc eodẽ Angelici loco erui potest, atque his verbis refertur a s. Bonaventura. hic Augustinus plus dixit, minus volens intelligi. Augustinus in locis illis non intendit dicere quod parvuli sensibiliter crucientur, sed intendit eorum pœna significare manifestare, quantum ad carentiã visionis Dei, et quod etiã ad utilitatem loci; et hoc abundanter in quibus plus dicens minus volens intelligi. Nec sine causa: hoc enim facit ad extirpandã illã hæresim, quæ dicebat parvulos nulla pœna puniri. Unde sicut in moribus documentum est, quod qui vult ab uno extremorũ pervenire ad mediũ, debet declinare ad alterũ extremũ, sic ep. B. Aug.

Ita Augustinum interpretandi in ipso Augustino fundamentum reperimus. Hujusmodi enim parvulorum punitionem ipsemet mitissimam pœnam appellavit Enchir. 93. et libro 1. de peccat. merit. c. 16 damnationem omnium mitissimam; ac tandem lib. 5. contra Julianum c. 8 ait illos neminem dubitare posse, illos in damnatione omnium mitissima futuros. Quæ, qualis, et quanta erit, quamvis definire non possim, inquit, non tamen audeo dicere, quod eis ut nulli essent, quam ut ibi essent, potius expediret,,. Ecquis vero levissimam eam pœnam dicat, quæ non solum Dei conspectu privet, sed etiam ignis sempiterni ardoribus, et cruciatibus addicat? aut cur infelicibus his parvulis, si utraque pœna plecterentur, illud Matthei 26. non conveniret: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille?

Objic. 2. Adam propter esum fructus vetiti non solum privandus fuisset beatifica visione, nisi pœnitentiam egisset, verum etiam ignis æterni pœnam subiturus. At peccatum illud transmisit in posteros; ergo utrumque etiam debitum transfudit. Insuper Christus passus est gravissimam pœnam sensus. at passus est illam maxime propter originale: huic ergo sensus pœna debetur. Tertio infantes nascuntur Filii iræ, ac sub Dæmonis potestate constituti, ut manifestum faciunt exorcismi, qui dum baptizantur, ab Ecclesia solent adhiberi. Qui ergo fieri potest, ut hæc vasa iræ in inferis non comburantur, aut sævissimus ille Tyrannus ne semel quidem servos suos flagris affligat.

R. cum Angelico, qui ruspe ait q. 5. de malo a 2 ad 4. ait „in uno peccato primi parentis omnes peccaverunt, sed ad illud unum peccatum non omnes eodem modo se habent. Pertinet enim illud peccatum ad Adam per propriam voluntatem, et est ejus actuale peccatum, et ideo ei pro ejusmodi peccato pœna actualis debebatur. Sed ad alios pertinet per originem, et non per actualem voluntatem; et ideo aliis pro hujusmodi peccato non debetur pœna sensus,,. Ad 2dum ajo, Christum nullam omnino pœnam neque pro originali, neque pro actualis nostris subiisse; et ideo ut satisfaceret utrique, pœnam sensus tollerasse.

S. Aug. lib. 3. de lib. arb. c. 23. „Dicunt qualis in futuro judicio deputabitur, cui nec inter justos locus est, nec inter malos, quibus respondetur -- superfluo quæri de meritis ejus, qui nihil meruerit; non enim metuendum est, ne vita esse potuerit media quædam inter recte factum, atque peccatum, et sententia judicis media esse non possit, inter præmium, atque supplicium,,. Hos libros in illis Retract. ~~aut~~ exponens, ~~aut emendans~~ ne verbum quidem de hac sententia.

Sermo 14. de Verbis Apostoli ad ann. 413. exaratus in summa controversiæ adv. Pelagianos æstu; qui in libr. Retract. non fuit ad novam trutinam revocatus, sicut fuit itidem divulgatum opus adv. Julianum, in quo tamen recitata sent. immutata remansit.

Illud etiam D. Marchetti advertit, S. Augustinum in eam tunc sententiam propendisse, quæ asserebat animam per traducem ex Adam originem habere; qua posita sua veluti sponte consequitur, parvulos non baptizatos utraque pœna multandos.

Ad 3tium respondeo Dæmones iræ Dei ministros accepisse potestatem non exercere, nisi quatenus Deus vult per eos iram suam manifestari: in parvulos autem, qui ad baptismum non pervenerunt, iram suam non aliter palam facere voluit, quam eos a sua facie repellendo. Ita nobis ratiocinandum esse suadet mitissima eorum pœna. „ Væ etiam, inquit S. Bernardus serm. 69. in Cant. væ etiam, quamvis mitius, quibusdam filiis iræ, qui nati in ira non expectaverunt renasci in gratia. Nempe mortui sunt qui et nati filii iræ permanebunt. Iræ dixerim non furoris, siquidem ut optime creditur, et humanissime gemitur, mitissima erit pœna, totum quo addicti sunt, aliunde trahentium „;

Corrolarium. Plura, quæ fusius ab aliis solent pertractari ex iis, quæ attigimus præsertim ex Augustino, sua velut sponte dimanant; Nimirum quidem hosce parvulos in novissimo resurrecturos esse, ad sinistram divini judicis statuendos, atque sic inferna rejiciendos, probabilius tamen in parte inferni superiore detinendos, quam puerorum limbum appellat. Angelicus r. Eorum corpora post resurrectionem eis quidem dotibus carebunt, quæ corporibus beatorum sunt propria, agilitatis videlicet subtilitatis, claritatis, atque impassibilitatis; ac proinde pati poterunt quamvis revera non patientur, quia hinc corpus animæ in alio non aget, ut ait Angelicus, nisi ex ordine divinæ justitiæ quæ in originale peccatum hujusmodi pœnam non constituit.

Quæres quid sentiendum sit de opinione Gersonis affirmantis pueros nondum natos, si forte moriantur priusquam aqua salutari ablui possint, præsertim si parentes orent, et in votis habeant, ut regenerationis Sacramentum percipiant, Baptismo Spiritus misericorditer consecrari.

R. hanc sententiam, quæ aliquos equidem, sed admodum paucos habuit sectatores, omnino rejiciendam esse. Nam ex epist. Innoc. Papæ cap. 2 ex Conciliis Carthag. Milevitano II et Tridentino laudatis in prima Assertione constat, non esse dubitandum de æterna puerorum damnatione, qui sine baptismo moriuntur, quin ulla ratione definitione illa, ad hos potius quam ad illos valeant coarctari. „ Quisquis dixerit, ajebat Aug. epist. 28. ad Hieronymum, quod in Christo vivificabuntur etiam parvuli, qui sine sacramenti hujus participatione exeunt, hic profecto et contra Apostolicam prædicationem venit, et totam

condemnat Ecclesiā, ubi propterea cum baptizandis parvulis festinatur, et curritur, quia sine dubio creditur, aliter eos in Christo vivificari non posse, omnino„. Illud igitur orare debent parentes, et assidue a Deo postulare, ut eorū Filii ad regenerationis aquā perveniant, sine qua inania eorum vota et preces, ad Filiorū beatā æternitatē. Satis aperte loquuti sunt Tridentini Patres, illū anathematizantes, qui peccatum originale „ per aliud remediū asserit tolli, quā per meritum unius Mediatoris D. N. J. C. aut negat ipsū Christi Jesu meritum per baptismi Sacramentū in forma Ecclesiæ rite collatū, tā adultis, quam parvulis, etiamsi fuerit a baptizatis parentibus orti, applicari„. Itaque merito s. Pius V. ut refert Antoine, hanc sententiā tamquā intollerandā expungi jussit in nova Romana editione Cajetani, quā et ipse adoptarat.

Sed nonnulla opponuntur, quæ non sunt dissimulanda. Ajunt primo, voluntatē reputari pro facto, ut proverbio dicitur. Ergo Filiis baptismū conferendi voluntas eundē præstat effectū, atque baptismus collatus. Secundo in parvulis rationenondū utentibus locū habet baptismus sanguinis. Quidni ergo et votū parentū eis poterit adjuvare? Tertio Fides Elisabeth meruit, ut in ejus utero Joannes Baptista sanctificaretur; et ceteri Hebræorū Filii ante diē octavū decedentes, quamvis nondum circumcisi, tamen divina lege non damnabantur. Verū ē igitur, quod scribit Augustinus lib. 4. contra Donatistas cap. 22 „ effectus Sacramenti impletur invisibiliter, quum misteriū baptismi non contemptus religionis, sed necessitas excludit„. Quæ s. Ambrosii orat. de obitu Valentiniani, Innocentii 3. capitul. Apostolicā, et d. Bernardi auctoritate ex epist. 77. desumptæ possunt confirmari.

R. ad primū proverbiū illud hic locū non habere. Nā Christi Evang. Concilia, et Patres eos qui baptismate non tinguntur, a Cælorū regno constanter excludunt. Nempe Spiritus ubi vult spirat, et amplissimū hoc Dei beneficiū, quod ex liberrima Dei pendet voluntate, non parentū desiderio, sed sacræ ablutioni fuit alligatū. Ad 2dū concedo ant., et nego conseq. Baptismi ā vices Martirio agere plura sunt, quæ non suadent modo sed aperte etiā persuadent. Id scriptura innuit Matth. 10„ omnis qui confitebitur me corā hominibus, confitebor et ego eum corā

Patre meo, et inferius „ qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam„. Idem aperte, atque unanimiter Patres docuerunt. equidem Cyrillus Hierosolimitanus Cathechesi 13. inquit „ Redimens Salvator per crucem, et in latere vulneratus sanguinem, et aquam emisit, ut alii quidem pacis tempore in aqua baptizarentur, alii vero tempore persecutionis propriis sanguinibus baptizentur„. Et Aug. lib. 13 de Civit. Dei cap. 1. „ Quicumque etiam non percepto regenerationis lavacro pro Christi confessione moriuntur tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si ablucrentur sacro fonte baptismatis„. Ecclesia denique universa infantes ab Herode interfectos quotannis solemniter veneratur. Flaminis etiam baptismum admittendum esse universa docet antiquitas. „ Invenio, inquit Aug. lib. 4. de unico baptismo parvulorum, alias de baptismo contra Donatistas cap. 22., non tantum passionem pro nomine Christi, id quod baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem, conversionemque cordis, si forte ad celebrandum misterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest„. Angelicus vero exponens in quo posita esse debeat baptismi voluntas, ita 3. p. q. 68 a. 11. loquitur „ in quantum alicujus cor per spiritum s. movetur ad credendum et diligendum Deum, et poenitendum de peccatis„. Quibus utriusque Doctoris verbis quo clarius cordis conversio, et Charitas tamquam necessaria traditur ad baptismi e in eo, qui baptismi effectum consequitur sine externo regenerationis lavacro, eo luculentius Semonis sententia reprobatur.

Ad 2^tium respondeo iterum cum Augustino epist. olim 57 nunc vero 187. ad Dardanum, privilegia Joannis nascentis esse in miraculis divinae potentiae, non trahenda in numerum exemplar naturae, et de illa mirabiliter praedicari, quod in aliis non invenitur„. In hac eadem epist. s. Doctor negat in veteri lege sine aliquo sacramento, sive circumcisio illud fuerit sive ignotum aliud, fuisse quemquam sanctificatum. Dum autem lib. 4. contra Donatistas asseruit, impleri invisibiliter effectum baptismatis, quum exterius sine contemptu praetermittitur, illud affirmavit, quod docet Apost. corde creditur ad justitiam ore autem confessio fit ad salutem. In adultis nempe ob fidei affectum, animique praeparationem baptismi effectum supplet quod cum loco Innocentius 3. et divus Bernardus etiam tradunt

Liber III.

De Necessitate Gratiæ Salvatoris.

Caput I.

Ad quodcunque salutare opus necessarium esse supernaturale Dei adjutorium, sine quo non fidem, non credulitatis affectum, non quemlibet denique pium animi motum haberi posse propugnatur; neque aliter sensisse divum Chrysostomum ostenditur.

I Quo propius inspeximus, et magis doluimus infandam naturæ 1
humanæ conditionem, in quam ob unum protoparentis delictum prolapsa est; eo promptius confiteri debemus Dei adjutorium nobis prorsus esse necessarium, ut eruamur a potestate tenebrarum, et transferamur in admirabile lumen suum. Quotus enim quisque est, qui se vulneratum, et semivivum in via relictum cognoscens, pii Samaritani operam non imploret, qui sibi vulnera alliget, oleum et vinum infundat, curam agat, et faciat misericordiam. Ista plagis sauciatum, et ab Angelo Satanæ undique se colaphizari sentiens Apostolus, Quis me liberabit, inquit, de corpore mortis hujus? Gratia ~~Dei~~ per Christum. Hanc Salvatoris Gratiam contra Pelagianos, et Massilienses, quorum errores lib. I. cap. I et 2. descripsimus, non solum ad omnia opera salutaria perficienda, sed etiam ad illa incoanda, ad credendum etiam quoque, necnon ad quamlibet piam cogitationem, piumque animi motum prorsus necessariam esse hoc capite ostendemus. Acne in voce quisquam hæreat, dupli- 2.
cem operis bonitatem distinguat oportet. Nam etiam quod mores spectat, alia est operis bonitas naturalis duntaxat, cujusmodi sunt quædam actiones saltem officio bonæ, quæ ab infidelibus etiam sine supernaturali Dei gratia fieri possunt, et nihil omnino ad æternam animæ salutem conducunt: alia est bonitas supernaturalis, qua justorum opera æternam beatitatem merentur, et opera peccatorum ad conversionem disponunt. Non de primis illis nobis hic habetur sermo, sed de secundis, quæ etiam opera salutaria, sive meritoria, sive ad pietatem etiam, et salutem æternam pertinentia dici consueverunt. Postquam catholica dogmata statuerimus, quoniam præstantissimus Pater S. Joannes Chrysostomus in Semipelagianismi suspicionem non solum ab Hæreticis, verum etiam ab nonnullis Orthodoxis vocatur, illum ab hac nota vindicabimus

Sicut palmes non pot ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere;; Hinc Aug. ne quisquam putaret saltem parvum fructum posse a semetipso palmitem ferre, cum dixisset Hic fert fructum multum, non ait quia sine me parum potestis facere, sed nihil potestis facere. Sive ergo parum, sive multum sine eo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest;;

Assertio I. Catholica.

Non solum ad consummationem, sed etiam ad initium et progressum operis salutaris necessarium est supernaturale Dei adjutorium.

Probatur 1. ex sacris litteris. Psalmo 76.,, Dixi nunc coepi, haec mutatio Dexterae excelsi;; Tren. 5.,, converte nos Dne ad te, et convertemur,, joan. 6. Nemo potest venire ad me, inquit Christus, nisi Pater meus qui misit me, traxerit eum,, et cap. 15. ,, Sine me nihil potestis facere,,. Rom. 9. Non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei,, Philip. 2. Deus est qui operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate,, 2. ad Cor. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est,,. Hujus generis alia passim in utroque testamento occurrunt. Ex quib. ita arguo.

Si ut ad Deum convertamur, ut trahamur ad aeternum Patrem ut aliquid velimus, aut cogitemus in magno salutis negotio opus nobis est Dei adjutorio; non solum ad consummationem operis salutaris, sed etiam ad initium, et progressum ideo Dei adjutorium est necessarium. Sed ex adductis Scripturae locis constat nos Dei adjutorio indigere, ut ad ipsum convertamur, ut aliquid velimus, aut cogitemus in negotio salutis. Ergo etc.

Probatur 2. ex Patribus. Cyprianus lib. 3. ad Quirin. docet,, in nullo gloriandum, quando nostrum nihil est,, Basil. hom. de humil.,, Nihil tibi relictum est o homo, de quo gloriari possis,, Greg. Niss. in psalm. 135.,, Quidquid boni et salutaris a Deo ad homines venit, id universum venit gratia et bonitate illius, quum in nobis nulla ejus accipiendi causa inesset,, Aug. Ambrosius in psalm. 123,, a Deo si quid in nobis est, debemus a Paulo edocti nihil nostrum existimandum dicente, quid habes quod non accepisti? Gregor. Nazianzenus orat. 31.,, Docet Apostolus, quod ipsum etiam recte velle divino auxilio indigeat, imo ut rectius loquar, voluntas quoque ipsa, et electio eorum quae recta et cum officio conjuncta sunt, divinum quoddam beneficium est, atque a Dei benignitate manans. Idcirco ait non volentis, idest non solum volentis, nec currentis solum, sed etiam miserentis Dei. Ita quoniam velle quoque ipsum a Deo est optimo jure totum Deo assignavit,, Ambrosius in proemio in Lucam,, a Deo praeparatur voluntas humana,, et lib. 7. in ... ,, Deus quos dignatur vocat,,. Ita Patres antequam pulsarent

Pelagiani; quibus Ecclesiā vexantibus quanta vi, quantique argumentorū copia Catholicā fidē propugnaverint, nimis longum est recensere.

Probatur tertio ex Ecclesiæ universæ consensione, quæ in precibus primū elucet. Ita autem orat Ecclesia Dom. 4 post Pascha „ Deus, a quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, ut cogitemus te inspirante, quæ recta sunt, et te gubernante eadē faciamus „. Quæ certe, ut ait Aug. lib. de Præd. SS. c. 4. non posceventur a Deo ... nisi ab illo donaretur, ut fierent „. Ecclesiæ vero græcæ fidē colligo ex illa S. Basilii oratione, quæ in universo pene Oriente in Altaris sacrificio recitari solebat „ Dona Domine virtutē, ac tutamentū: malos quæsumus bonos facito; bonos in bonitate conserva: omnia enim potes, et non est qui contradicat tibi: cum enim volueris, salvas, et nullus resistit voluntati tuæ „. Quam orationem referens Petrus Diaconus contra Faustū pugnans „ Ecce, inquit, quā breviter, quamque succincte Doctor egregius olim huic controversiæ finem imposuit docens per hanc precē non a se ipsis, sed a Deo malos homines bonos fieri, non sua virtute, sed divinæ gratiæ adjutorio in ipsa bonitate perseverare „. Elucet secundo Ecclesiæ sensus in gratiarum actionibus, quibus omnia bona a Deo se recepisse, semper fideles testari consueverunt. At ut iterū loquar cū Aug. lib. cit. cap. 19. vanū est atque inane gratias Deo agere ... si hoc ipse non fecit. Elucet tandē in Sinodo Diospolitana, in pluribus Africanis, aliisque plurimis, in quibus Pelagii errores fuere confixi, ut lib. I. Cap. 2. n. 12 commemoravimus. Quarum omniū sententiā iterū confirmans Tridentina sess. 6. can. 2. sanxit „ Si quis dixerit ad hoc solū divinā gratiā per Christū Jesū dari, ut facilius homo juste vivere, ac vitā æternā promereri possit, quasi per liberū arbitriū sine gratia utrumque, sed ægre tamen et difficulter possit, anathema sit „.

Assertio II. Catholica.

Ad fidē etiā, ejusque initiū, nec non ad quemlibet piū animi motum Christi Gratia est prorsus necessaria.

Prob. Joan. 6. 29. Hoc est opus Dei, ut credatis in eū, quē misit ille „ et v. 65. Sunt quidā ex vobis, qui non credunt. Et dicebat: pro-

Pascha hic 27 Martii

propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo,, et Mathei 11. Confiteor, inquit Christus, tibi Pater Domine Cœli, et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita Pater quoniam sic fuit placitum ante te... et nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare,,. Alterius Apostolus Eph. 2. 8. Gratia, inquit, estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis, Dei enim donum est, et Phil. 1. v. 29 ,, Vobis donatum est pro Christo, non solum, ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini,,. 1. ad Cor. 4. v. 7. Quid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis,, Quo præcipue testimonio, inquit de se Aug. lib. De præd. SS. c. 3, etiam ipse convictus sum, ad similiter convin... Addes etiam superius laudatum, Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis etc. atque ita ratiocinabere.

Ad fidem, ejusque initium, atque ad quemlibet pium animi motum necessaria est Dei gratia, si illi dumtaxat credere valent, quibus ex uno Dei beneplacito fit interna revelatio, et fides ipsa donatur; nec quisquam habet aliquid, quod non acceperit, neque a se ipso aliquid potest cogitare eorum, quæ ad pietatis opera spectant. Sed ex adductis Scripturis quod illos dumtaxat credere posse, quibus ex uno Dei beneplacito fit revelatio, et fides ipsa donatur, nec quem habere aliquid aut cogitare posse ex se ipso circa pietatis operam. Ergo ad fidem, ejusque initium, necnon ad quemvis pium animi motum necessaria est Divina Gratia.

Prob. 2. ex Patribus S. Justinus Martyr in Dial. ad Tryph. et Apologia 2. Ut ab initio existeremus non nostrum fuit; id vero ut delectu adhibito ea sectemur, quæ illi grata sunt per donatas nobis ab eo rationis virtutes, persuasionis ipsius id fit ad fidem nos adducentis,, Clemens Alex. lib. 5. ,, dico ergo fidem sive fundata sit a Charitate, sive a timore ... esse divinum aliquid,, et lib. 6. ,, Quanquam quidem dicunt sibi Magistrum, non perveniunt ad Dei notitiam, omnis ferente gratia ad quantulamcunque cogitationem,, Ambrosius lib. 1. de Cain et Abel c. ult. quidquid autem sanctum cogitaveris, hoc Dei munus est, Dei inspiratio, Dei gratia,, Hil. in psalmum 118. ,, Omnia Propositi ad munus Dei retulit

sive ut lex justificationum ibi statuatur a Domino, sive ut sibi intelligentia prestetur, sive ut deducatur in semitam, sive ut cor ejus in testimonia inclinetur".

Plurima Græcorum Patrum testimonia, quibus hoc dogma continetur, collegit Halerius Sorbonicus Doctor, et Habertus Episc. Vapicensis libro, quod inscripsit, Theologia Græcorum Patrum vindicata circa materiam universam Gratiæ adversus Jansenium, et Joan. Saussajum, quorum ille Patrum Græcor. fidem in gratiæ tractatione insaspectionem vocavit; iste vero s. Augustinum de hoc eodem argumento a veteri Ecclesiæ traditione recessisse familiari sibi temeritate [condentia] commentus est. Catholicam autem veritatem egregie pertractat Aug. lib. de præd. ss. quem omnes deinde Patres sequuti sunt.

Probatur 3. ex Concilio Arausicano secundo, quod can. 5. ita definit " Si quis sicut augmentum, ita etiam et initium fidei, ipsumque credulitatis affectum .. non per gratiæ donum; sed naturaliter nobis inesse dicit; Apostolicis dogmatibus adversarius approbatur"; et can. 7. Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ cogitare, ut expedit, aut eligere, sive salutari, idest Evangelicæ prædicationi consentire posse confirmat absque illuminatione et inspiratione spiritus sancti, qui dat omnibus suavitatem in consentiendo, et credendo veritati, hæretico fallitur spiritu". Quod a Trid. etiam confirmatum fuit sess. 6. can. 3." Si quis dixerit, sine præveniente Spiritus s. inspiratione, atque ejus adjutorio hominem credere ... posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur anathema sit".

Denique ratione etiam Theologica id est manifestum. Finis enim, et media ad illum consequendum necessaria ejusdem sunt ordinis. Cum ergo æterna beatitudo posita in intuitiva Dei visione, ad quam tamquam ad suum finem ordinatus est homo, naturæ humanæ exigentiam superet; ita et media, quæ sunt fides, credulitatis affectus, ceteræque piæ animæ motiones, et proposita supernaturalia sint oportet. At natura humana omnibus gratuitis Dei beneficiis per originale peccatum exuta fuit, et sibi soli relicta; ergo nisi Christi gratia confortetur

4 cecix se eum, et illuminamini, et facies vestræ non confundentur. – Nemo potest venire ad me nisi Pater traxerit eum. Convertimini – 1. Cor. 12. Nemo potest dicere, Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto. Declina a malo, et fac bonum. Serva mandata. Mandata mea servate. – Sine me nihil potestis. Diliges Deum, diliges proximum, diligite alterutrum – Charitas ex Deo est. Charitas Dei diffusa est etc.

Ante praeparare animam in ordine naturali, ut apud se prius recogitet, et praemeditetur, et sua sensa in corde disponat, sed inter loquendum multae circumstantiae improvisae, plures nove cogitationes, quae ordinem praeconcepti turbant, et oblivisci praemeditata cogunt. Ergo majus Dei adjutorium necessarium est ad recte loquendum, quam ad meditandum, praesertim ut apte loquamur ad persuadendum. Id mihi in explicando quotidie evenit; id pariter in operibus justitiae, facilius homo disponit cogitationes, consilia, et desideria, quam externa perficiat, in quibus multae occurrunt difficultates, ad quas superandas majori indiget auxilio.

Caelum Caeli Dno, terram autem dedit filiis hominum. Jam non sum in mundo. Antequam nasceretur. Non ego laboravi, sed gratia [illegible] [illegible] [illegible]

numquam eo exurget, ut quidquam aut credat, aut velit aut cogitet, quod ad aeternam salutem possit conferre.

Refelluntur Pelagianorum, et Massiliensium argumenta

Objic. 1 ea Scripturae loca, in quibus nobis tribuuntur aliqua bona opera, et a nobis exigitur praeparatio voluntatis, ut Deus nobis intuitu bonae voluntatis suam gratiam conferat. Hujusmodi autem innumera sunt. Ezechielis 18 Facite vobis cor novum, et spiritum novum,, En opus, quod a nobis expectat Dominus. Bona autem voluntas exigitur a nobismetipsis lib. 1. Regum 7. v. 3.,, si in toto corde vestro convertimini ad Dominum... praeparate corda vestra,, Proverb. 16. hominis est praeparare animam, et Dni gubernare linguam,, et v. 9.,, cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus ejus. Zachariae 1. v. 3.,, convertimini ad me, ait Dnus, et ego convertar ad vos. Matthei 25. v. 15. Unicuique talenta dedit ad suam propriam virtutem,, Lucae 11. petite et dabitur vobis, quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis,, Demum Apostolus Rom. 7. velle, inquit, adjacet mihi: perficere autem non invenio,,

R. cum S. Augustino maxime lib. 2 ad Bonifacium et lib. de gratia et lib. arb. c. 5 in hujusmodi Scripturarum testimoniis libertatem quidem nostram commendari, nostram cooperationem, minime tamen Gratiae praevenientis necessitatem excludi excludi, quemadmodum in hisce divinis eloquiis,, converte nos Dne ad te et convertemur,, voluntas praeparatur a Dno,, et aliis prope infinitis divinae gratiae necessitas asseritur, quin tamen liberum arbitrium negetur,, Meminerimus, inquit Aug. De gratia et lib. arb. cap. 15 Meminerimus ipsum dicere, facite vobis cor novum, et spiritum novum qui dixit dabo vobis cor novum, et spiritum novum dabo vobis. Quomodo ergo qui dixit facite vobis, hoc dixit dabo vobis. Quare jubet si ipse daturus est? Quare dat si homo facturus, nisi quia dat, quod jubet, quum adjuvat ut faciat cui jubet, et lib. 2. mox citato ad Bonifacium cap. 9. Multa, inquit, Deus facit in homine bona, quae non facit homo, nulla vero facit homo quae non facit Deus, ut faciat homo,, Concilium vero Tridentinum sess. 6. cap. 5 adhuc clarius nostram docuit interpretationem

inquiens = Cum dicitur Convertimini ad me, et ego convertar ad vos libertatis nostræ admonemur. Quum respondemus Converte nos Deus ad te, et convertemur, Dei gratia nos præveniri confitemur". Sic ergo Deum quærunt, qui præparant animam, qui disponunt vias suas, qui ad Deum convertuntur, non suis viribus, sed Christi gratia præventi, adjutique id præstant.

Virtus illam, secundum quam Matth. 25. Deus talenta distribuit, non naturæ, sed gratiæ est adscribenda. " Unicuique enim nostrum (ait Ap. Eph. 4.) data est gratia secundum mensuram donationis Christi". Petitio ipsa nostra et pulsatio, eodem Apostolo judice Rom. 8. 26. gratiæ debetur. " Spiritus enim inquit adjuvat infirmitatem nostram. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus". Denique postremo Apostoli testimonio illud duntaxat innuere potuit, ne sibimetipsi contradicat Doctor Gentium, cum sibi gratiam adfuisse quæ ad volendum, non vero illam quæ ad perficiendum requiritur.

Objicies 2. plurium exempla, qui solis naturæ viribus meruerunt, ut si credas Adversariis, ut uberrima Christi gratia sibi conferretur. Zachæus enim Christi videndi flagrans desiderio in domo sua illum recepit: Latro pendens in Cruce, seque Christo commendans meruit audire: hodie mecum eris in Paradiso. Eleemosynæ denique, et orationes Cornelii, antequam in Christum credidisset, Deo ita gratæ fuerunt, ut propterea Actor. 10. ad illum missus fuerit Apostolus Petrus, qui Christum illi annuntiaret.

R. cum Concilio Arausicano 2do, quod can. 25. ita declarat " hoc etiam salubriter confitemur, et credimus, quod in omni opere bono non nos incipimus et postea per Dei misericordiam adjuvamur; sed ipse nobis nullis præcedentibus bonis meritis, et fidem, et amorem sui prius inspirat, ut et baptismi Sacramenta fideliter requiramus, et post baptismum cum ipsius adjutorio, quæ sibi sunt placita, implere possimus. Unde manifeste credendum est, quod et illius Latronis, quem Dominus ad Paradisi Patriam revocavit, et Cornelii centurionis, ad quem Angelus Domini missus est, et Zachæi, qui ipsum Dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, sed divinæ largitatis donum. Christus, inquit S. Prosper Chrisost. de Zachæo, ejus animam gratia præparaverat, cujus hospitium elegerat. De Cornelio ait Aug. de Præd. ss. 7.

Secundum prop. ... veritate S. Prosper ... tempore; secundum prop. ... habilitatem ... ab ... S. Thomas ait dona gratiæ et gloriæ Angelis et hominibus data ... dona naturæ ... gratiam ... et perficitur natura, et ... capacitatem naturæ magis ingeniosæ, magis patientis laboris accommodantur officia et ministeria, gratiasque gratis datas, ... etiam hic ... non hi natura habet rationem meriti, ... Deus elargiri dona sua. Nam Tyriis et Sydoniis si dedisset etc. ... Aug. ... aliquos ... quibus si prædicaret. etc.

„ non sine aliqua fide (incoata saltē et implicita, quæ Dei donū pariter est) donabat, et orabat„ Latronē vero simul cū Christo patientē quis neget adjutū fuisse interiori Gratia Christi quæ uno intuitu paulo ante ita cor Petri tetigerat, atque emollivit ut statim largiores lacrymas effuderit?

Dices. Pium illud desideriū Davidis, ac propositū domū Dei ædificandi salutare fuit, Deoque pergratū. Dici vero nequit Deū illi hoc desiderium inspirasse, quod Dominus impleri noluerit. Ergo sine gratia haberi pia saltē desideria possunt. Utramque præmissarū confirmat Divinæ Scripturæ sacer textus lib. 3. Reg. c. 8 Quod cogitasti (ait Dñus) in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti hoc ipsum mente pertractans. Verumtamen non tu ædificabis domum nomini meo„

R. ex Dei interdicto, ne David erigeret templū Hierosolimitanū inferri non posse Davidis propositū a Deo inspiratum non fuisse. Neque enim desunt exempla, quibus a Deo excitata in hominibus pia desideria probantur, quæ Dominus ipse impleri vetuerit. Tolle, inquit Dominus Abrahæ Gen. 22. Filiū tuū Unigenitū Isaac, et offeres illum in holocaustū. Mox tamen, ne extendas, ait, faciem tuā super puerum, neque facias illi quidquā. Euntes docete omnes gentes, inquit Christus Apostolis Matthæi 28. Sed tamen act. 16 prohibiti sunt loqui Verbū in Asia, sive in Bithiniā. Quare quis negabimus a Deo sanctū illud Davidis propositū inspiratū fuisse, licet voluerit non ab illo sed a Salomone impleri.

Objic. 3tio ex Patribus, a quibus Augustinū recessisse conqueruntur Adversarii. Profecto S. Justinus Martir Apologia a. docet eos omnes, qui ante Christū cū ratione ac verbo vixere, Christianos fuisse, quamvis Athei, et nullius Numinis cultores habiti sunt, quales inter græcos fuere Socrates, Heraclitus, atque iis similes: inter barbaros autē Abraham, et Ananias etc. „ + Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatū„ Fecit quoque ait, aliquando græcos justificavit Philosophia„ et lib. 7. „ Philosophia græca velut prærpurgat, et præparat animam ad fidē accipiendā, supra quam veritas agnitionem ædificat„ Ambrosius lib. 2. de Abraham „ Talem se præbe bonis studiis et prompta fide, ut Deus tui misereatur, et docet

+ Irenæus lib. 4. cap. 6. affirmat „ Patres ante legē promulgatā justos fuisse lege naturæ„

te,,. Hilar. [Pictaviensis] in psalm. I. ,, Est quidem in fine manendi a Deo munus, sed incipiendi a nobis origo est,, Hier. Dial. 3. adversus ipsos Pelagianos ita ait Deum nobiscum agere, ut nostrum sit rogare; illius sit tribuere, quod rogatur; nostrum incipere, illius perficere; nostrum offerre quod possumus; illius perficere, quod non possumus,,. Quid? quod ipsemet Augustinus antequam studio partium in Massilienses inveheretur in expositione quarundam propos. epistolae ad Romanos ,, quod credimus, inquit, nostrum est: quod autem bonum operamur, illius est, qui credentibus in se dat Spiritum Sanctum,,.+ Denique Hillarius [Pictaviensis] lib. 8. de Trinit. ait,, Deum nobis non dare voluntatem, quae si data esset, non haberet praemium, quum fidem nobis necessitas infixae voluntatis inferret,,.

VI. Frustra SS. Patrum testimonia collegi a Massiliensibus contra manifestam Scripturarum auctoritatem, et contra Ecclesiae judicium, contra quod nec Hieronymus, nec Aug. nec quisquam sanctorum suam defendit sententiam. Nondum exortis Pelagianorum, atque Massiliensium erroribus, Patres securius loquebantur, in iis potissimum sermonibus, quos ad populum, in fide adversus Marcionitas, Manichaeos, ceterosque libertatis hostes confirmandum habebant. Singulas voculas non tam severe, ut subinde fieri oportuit, ad limam revocabant, quod nemo tunc esset, qui in pravum sensum illas detorqueret. Quod dum dicimus longe absumus ab illorum Theologorum consilio, qui ut ab objectis Patrum testimoniis sese nullo expediant negotio, satis habent dicere, in illis explicandis non esse magnopere laborandum, quod ante motam de gratiae necessitate quaestionem, fuerint exarata, quasi vero non perpetuo fides haec in Ecclesia viguerit, quod et Aug. libris de Pred. SS. et de dono Persev. et Celestinus in epist. ad Gallies Episcopos, et Patres Africani disertissime testantur; aut proprium Theologi munus non sit circa quodlibet Religionis nostrae dogma, perpetuam in Ecclesia Dei traditionem tueri. Nempe aliud est Patres nondum prospecta Hereticorum opinione in contraria fuisse sententia, et longe aliud nondum exorta Semipelagianorum, aliorumve

+ adde alterum locum ex libro 8 de Trin.

+ exortis Hæreticis ita argumentũ aliquod pertractasse, ut quamvis pluribus eorũ testimoniis Catholicũ Dogma invicte confirmetur, plura tamen in eorũ scriptis subobscura inveniantur. Illud etc. etc.

Nascentibus hæresi non ita argumentũ aliquod pertractasse, atque ex polivisse, ut plurimis tamen, eisque perspicuis testimoniis, communibus suffragiis catholicũ dogma possit confirmari. Illud universum, quod ex Traditione Ecclesiæ Catholicæ depromunt argumentũ subvertit hoc circa plura Religionis nostræ dogmata, priusquam contrarii errores nascerentur, ac suffocarentur, non satis accurate discussa locũ habet. Quare S. Augustini verba De Præd. SS. c. 14. „Quid opus est, ut eorũ scrutemur opuscula, qui priusquam illa hæresis oriretur, non habuerunt necessitatẽ in hac difficili ad solvendũ quæstione versari quod procul dubio facerent, si respondere talibus cogerentur =„ non eo sensu intelligenda sunt, ut nihil referat scire quid Latini, græcive Patres docuerint, sed id unũ voluit, eos quid de gratia Dei senserint, qui de gratia Dei quid sentirent, nonnisi quibusdã scriptorũ suorũ locis breviter attigissent, aliquando obscurius locutos fuisse.

Itaque propius ad argumentũ Massiliensiũ accedens præterquamquod Patrũ plerorumque, qui nobis objiciuntur, fides satis constet ex testimoniis, quæ extulit ad nostras assertiones corroborandas depromptas, respondeo ad singulos. S. Justinus agens contra Gentiles qui Catholicã fidẽ tamquã novitiã respuebant, hac ex causa Socratẽ, aliosque Christianos appellavit, quia omnes ductũ sequentes legem naturalem, quã tantopere observandã esse Christus etiã jussit, observarunt; et eorũ scientia Christianæ religioni congruebat, eamque illis Christus, ut Verbũ est illuminans hominẽ venientẽ in mundũ donavit. Hinc in Apol. secunda dixit dixerat Justinus „Christum Socrati ex parte notũ fuisse„ S. Irenæus ait Patriarchas lege naturæ justificatos fuisse non ita profecto, ut Christi gratiã excluderet, sed tempus illud spectans quo ante legẽ Moysi latã, et circumcisionẽ, illi viri justi extiterunt. Quod si lib. eodẽ cap. 51, et 37. dixit Propriætas hortari homines ad justitiã, et ad bonũ opus, faciendũ hoc in nobis est; Simonianos rectè arguit, et Marcionitas atque ex præceptis, exhortationibus, nostraque libera

consensione, et obedientia liberum arbitrium ita vindicat, ut luculentis testimoniis, quae legis apud Tourney, Sinithi etiam gratiae necessitatem confiteatur.[a] Clemens Alexandrinus de praeparatione ad gratiam minus propria, quam graecae Philosophiae attribuit, per quam scabiei tollerentur errores, qui impedimento fuissent, ne fides reciperetur, loquutum fuisse non suadent solum sed plane persuadent ea, quae libris Stromatum 2. 5. et 6. habet, ubi omnia prorsus huius merita Gratiae adscribit, sine qua assentiri neque Dei nohitiam haberi posse, quae ad justificationem requiritur.[e] Quod ex Ambrosio affertur testimonium si cum illis conferas, quae ex eodem superius recitavimus, per te colliges intelligendum hic esse nonde vocatione ad fidem, verum ad ulteriorem perfectionem, ad quam obtinendam Tunsted excitamur, quem praviis studiis, quibus ipse nos excitavit, et fide, quam ipse donavit, recte vivimus. Imo ex hoc ipso testimonio ab omni suspicione S. D. absolvitur. Cur enim diceret nos prompta fide illud efficere, ut vocemur, si adhuc ad fidem vocandi simus?[10] Difficilior videtur S. Hilar. in primo testimonio, nec dissimulandum est, quod etiam ipsi operum Editores notarunt, in S. Hil. nonnulla reperiri circa hanc materiam minus exacta, quae accuratiori lima indigerent. Sed quod in psalm. 118. [illegible], ut perspicimus supra,[2] totum gratiae Dei attribuendum esse dixerint, nihil aliud hic reponendum est, nisi contendere S. Patrem,[1] perseverantiam esse donum omnino singulare, ad quam obtinendam speciali gratia necessaria est, cujusmodi non requiritur ad initium fidei, quod bene multis conceditur, quorum tamen plerisque perseverantia denegatur. In altero autem loco Manichaeos oppugnat, atque ejusmodi voluntatem nobis a Deo dari negat, quae necessario ad agendum inclinetur, liberumque tollatur arbitrium, ut ex ipsa H. Y. locutione apparet.[f] Duriuscula [illegible] S. Hieronimi[3] verba videntur. Sed rectissime contendimus ita esse emollienda, ut velint nostrum esse orare, nostrum incipere, quia liberrime oramus, liberrimeque incipimus, quamvis nunquam sine Dei gratia, ut innuit ipse Hieronymus dum ait: <u>et semper superna Dei clementia custoditur.</u> Praesertim vero epist. ad Ctesifontem inquiens: meum <u>velle</u>,

et currere meum est; sed ipsum sine Dei auxilio non est meum. Dicit enim Apost. Deus est qui operatur in nobis etc. Augustinus tandem lib. 1. Retract. c. 23. et de Pred. ss. c. 3. sententiam, quam protulerat in expositione quarundam propositionum epist. ad Romanos, ingenue revocavit.

Objic. 4. ex ratione. Homo ideo factus est rationalis, et liberi arbitrii, ut per bonas operationes suum finem consequatur. Ergo decuit eidem ita prospici, ut omnia in se haberet, quae necessaria sunt ad hujus finis consecutionem. Atqui non ita fuisset illi consultum si ad bene operandum supernaturali Dei auxilio ita semper indigeret. Ergo. Deinde intellectus hominis ex se idoneus est ad cognoscendam omnem veritatem, quum haec sit illius objectum, et voluntas ex se habilis, ut omne bonum prosequatur. Habet igitur homo ex se ipso, quo suam beatitatem obtineat.

R. ad primum, hujusmodi argumentum aliquid forte pondus esse, si homo in puris naturalibus fuisset constitutus: tunc enim naturalis beatitudinis consequutio naturales hominis vires non excederet, quamvis tunc etiam futurum esset, ut Dei auxilio naturalis ordinis indigeret, quod ut impetraret, ab homine precibus fuisset exposcendum. At in presenti providentia, in qua natura humana ex gratuita Dei bonitate ad supernaturalem Dei beatitatem vocata est, suum finem attingere nequit, nisi per media ejusdem ordinis, quaeque omnes naturae humanae facultates longe superant. Quum autem per originale peccatum jus omne amiserimus non solum ad caelestem hereditatem, sed etiam ad Dei auxilia obtinenda, sauciata natura nonnisi per medicinalem Christi gratiam in pristinum statum potest redintegrari. Ad secundum facilis est responsio; intellectus enim objectum non est verum sibi soli relictis, objectum non est veritas supernaturalis, sed illa dumtaxat, quae sunt ejusdem ordinis cum ipso intellectu. Ad alias longe superiores tunc solum pertingere valet, quum superna virtute erigitur et confortatur; idem Dic de voluntatis objecto.

Instabis. Si cui Evangelium annuntietur solis naturae viribus potest assentiri. Ergo. Profecto heretici plurimi Religionis nostrae misteriis assentiuntur, et Romanos, tum

jacobo Apostolo, credunt et contremiscunt, licet utique Christi gratia sint destituti.

R. nego anūs.‡ Christus enim de illis, qui non credunt, loquens, Nemo, inquit, potest venire ad me, nisi fuerit ei datū a Patre. Qui fieri potest, ut sine Christi gratia firmissimo assensu propter auctoritatē Dei revelantis praestito misteriū aliquod credamus, si neque cogitare [illud] possumus a nobis, quasi ex nobis? Haereticos aliqua religionis nostrae misteria credere non diffitebor; sed istud sine Dei supernaturali adjutorio praestare posse, continuo inficiabor. Hujusmodi auxilio quum Daemones sint destituti, omni etiā fide ~~supernatura~~ [mentoria]li careant oportet. Credunt tamen, [idest] ~~seu~~ potius quibusdā nostrae fidei objectis, quae naturae viribus cognoscunt, ~~naturaliter as~~sentiuntur; credunt Deū vindicem esse malorū ~~non propter justa Dei revelanti auctoritatē, sed credunt, hoc ē sciunt, nec diffi~~tentur, quod infeliciter experiuntur, et contremiscunt.

Instabis 2. In lege naturae, hoc ē ab Adā usque ad Moysem, homines solis naturae viribus cognoverunt, et crediderant ea misteria, quae scitu necessaria sunt ad caelestē haereditatē acquirendā. Plures enim extiterunt viri sanctissimi, Noe, Abraham, Isaac, Jacob aliique, quamquam nulla iis conferretur gratia Christi, qui nondū illis innotuerat. Ergo etc.

R. nego anūs. Ab Adam enim usque ad Mosem status, seu potius lex naturae appellabatur, non quia in solis naturae bonis fuerit homo constitutus, omnique supernāali gratia carens; quum illi tum quoque caelestis beatitudo in visione Dei intuitiva reposita, promitteretur: sed ita vocabatur, quia nondū erat lex scripta in tabulis lapideis, sicut tempore Mosis factum est. Veritates ergo naturales rationis lumine, supernaturales autem interna et supernaturali illustratione, vel etiam per externam revelationem, accedente tamen gratia interiore cognoscebantur. Hujusmodi supernaturalia auxilia [ex] ~~per~~ Christi venturi meritis conferebantur; quoniam, ut ait Petrus Act. 4. „Non ē in aliquo alio salus. Neque enim aliud nomen est sub caelo datū hominibus, in quo oporteat salvos fieri„. In Christū etiā seu implicite, seu expresse credebant. „Ex fide enim, ut ait Aug. l.3 contra 2. epistolas Pelagianorū cap. 4„ ex fide, qua nos vivimus, una eademque vixerunt, incarnationē, passionē, resurrectionem

‡ quū sermo est de fide supernaturali. Hinc S. Thomas 2.2.q.6 a.1 rationē reddens, cur gratia sit ad fidē necessaria inquit„ quia quū homo assentiendo his, quae sunt fidei, elevetur supra naturā suā, oportet, quod hoc insit ei ex supernāali principio interius movente, quod ē Deus; et ideo fides, quantū ad assensū, qui ē actus principalis fidei, est a Deo interius movente per gratiā.

Q. 5. a. 3. aperte asserit, haereticū unū articulū ab Ecclesia propositū pertinaciter negantē, nullū aliū articulū fide tenere. „Omnibus, inquit ad 2. articulis fidei inhaeret fides propter unū mediū, scilicet propter veritatē primā propositā nobis in Scripturis secundū doctrinā Ecclesiae. Et ideo, qui ab hoc medio decidit, totaliter fide caret„.

Ead. q. a. 2. „Quod voluntas moveat intellectū ad assentiendū potest contingere ex duobus: uno modo ex ordine voluntatis ad bonū: alio modo quia intellectus convincitur ad hoc quod judicet esse credendū his quae dicuntur, licet non convincatur per evidentiā rei — fides secundū primū modū non ē in Daemonibus, sed solū secundo modo„.

Christi credentes futuram, quam nos credimus factam,,

Instabis 5. Si fides ita est necessaria, neque suis viribus homo eam potest sibi comparare; Deus aliis fidem elargiens, aliis denegans erit personarum acceptor; homo, qui fidem non recepit, excusabilis. Utrumque autem pugnat cum manifestis Dei eloquiis. Ergo.

R. quod maximum argumentum visum est Semipelagianis vanum esse figmentum: in utroque enim consectario vehementer falluntur, aut fallere voluerunt. Ut acceptionis personarum vitium contrahatur, requiritur primo, ut ille, adversus quem peccatur, ad bona, quæ distribuuntur, jus habeat; secundo ut is, qui distribuit, aliquam personæ qualitatem respiciat, quæ ad hujusmodi distributionem nihil pertineat. Neutrum porro in divina gratiæ distributione invenitur. Quodnam enim jus ad salvantem gratiam in illis, qui sunt natura filii iræ? Quænam in hominibus naturalis qualitas, ad quam respiciat Deus, si omnes in eadem damnationis massa volvuntur? Quoniam vero Deus vult omnes homines salvos fieri atque ad agnitionem veritatis venire; nec est qui se abscondat a calore justitiæ solis, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; inexcusabilis est homo, qui non credit, et jam judicatus est. Si quis autem quærat, cur aliquibus sub initium reluctantibus, sic deinceps fides suadeatur, ut etiam persuadeatur; cur e duobus æque perversis, unus trahatur, alter relinquatur, regero: O altitudo! quam inscrutabilia sunt judicia Dei, et investigabiles viæ ejus! Qui relinquitur, justissimo Dei judicio relinquitur propter peccata: qui vero assumitur ex una Dei misericordia salvatur. V. Aug. de spir. et lit. cap. 33. n. 57.

Aug. epist. 194. aliàs 105. ad Sixtum ait,, inexcusabilem esse omnem peccatorem vel reatu originis, vel additamento propriæ voluntatis, sive novit, sive qui ignorat,,

Assertio III. Critica.

Immerito fulgidissimo Ecclesiæ græcæ lumini S. Joanni Chrysostomo Semipelagianismi macula insimulatur aspergitur.

Ostenditur. S. Joannes Chrysostomus gratiæ necessitatem non solum ad progressum et complementum, sed etiam ad initium cujuslibet operis salutaris, ad fidem quoque, et orationem aperte confessus: prorsus ergo immerito Semipelagianismi nota illi inuritur. Annus probant luculentissima ejusdem testimonia. In primis enim homilia 12. in 1. epist. ad Cor. ait,, Nihil ex te habes, sed a Deo accepisti ergo cum acceperis, habes, non hoc, vel illud, sed omnia, quæ habes: non enim hæc tua recte facta sunt, sed ex Dei gratia provenientia

Si fidem dixeris, ex vocatione illa venit, si remissionem peccatorum, si Charismata, si doctrinae verbum, si virtutis, omnia inde accepisti. Quid ergo habes, quaero te, quod non acceperis, et ex teipso recte acquisieris? Nihil dicere possis etc." Hom. 14. in Epist. quae est ad Rom. exponens illa Apostoli verba: Spiritus auxiliatur infirmitatibus nostris, ita interpretatur " Ut discas non in laboribus tantum, et periculis tibi gratiam adesse, sed etiam eam in iis, quae faciliora videntur, tecum cooperari, et ubique suam conferre opem subjungit: nam quid ut oportet, oremus, nescimus... etenim ad eam rem Dei ope egemus: usque adeo homo infirmus est, et ex se nihil". In eadem epist. hom. 18. " Eorum, inquit, qui ex gentibus credebant, fastum dejiciens, ostendensque quod totum gratia sua perfecerit, dicit. Ego palam apparui eis," Tandem Hom. 4. in caput 2. ad Ephes. haec habet, " Non enim fides ex nobis: nisi enim vocasset, quomodo credere potuissemus ... illud ipsum donum Dei, ne quis glorietur". Qui haec attente perpendent, facile perspiciet, ex Chrisostomi sententia hominem gratia destitutum non opera bona, non fidem, non orationem, nihil eorum prorsus habere, quae ad animae salutem, aeternamque beatitudinem quoquam modo conducant.

Opponunt ea loca, in quibus Massiliensium doctrinae probavisse visus est Calvino, et Jansenio, atque aliis nonnullis Catholicorum. Solemne illud est, quod hom. 42. in Genesim de Abrahamo legitur, " Istud ipsum, inquit, quod Patriarcha, qui ante gratiae tempus, et ante legem fuit, a se ipso, et a scientia, quae a natura insita est, intuitu pervenit virtutis fastigium, sufficit, ut omnes nostras excusationes refutet. At forte dicent aliqui, quod vir ille multam a Deo gratiam consecutus sit, et omnium Dominus singularem ejus habuerit curam? Fateor ita esse et ego. Verum nisi et ipse, quod suum erat fecisset, non tantum a Domino obtinuisset... Videsne quomodo ab initio quae a se ipso erant, attulerit, et propterea Divina quotidie uberrim susceperit". Tum ita pergit " Cum videt (Deus) sanam mentem nostram, et nos conari, et ensitam virtutis agones, statim et nutu suo nos adjuvat." Homilia vero 12. in Epist. ad Hebr. " nostrum quidem est, ait, praeeligere, et velle, Dei autem est perficere, et ad finem deducere," et

Ne quis crederet uni externae vocationi fidem tribuisse Chrisostomum; in psalm. 115. exponens ea verba Apostoli habentes eundem spiritum fidei, ratione cur dixerit spiritum fidei, non simpliciter fidem, " ostendens, inquit, opus esse suppeditatione spiritus ad conscendendum ad altitudinem fidei," Rursus ut probaret necessariam esse suppeditationem Spiritus S. non solum ad eam fidem, quae requiritur ad patranda miracula, sed etiam ad eam, quae requiritur ad bene vivendum, subdit " hic quoque est nobis opus auxilio Spiritus: etenim Christus: nemo venit ad me, nisi Pater traxerit eum. Sollicitudo illa in distinctione fidei, inutilis esset. Notum enim est sine externa praedicatione neutram haberi posse. Deinde verba suppeditatio Spiritus, auxilium Spiritus, attractio Patris, innuunt opus omnes gratiam interiorem praevenientem.

rursus,, quando nos elegerimus, tum multa nobis offert auxilia. His similia plurima Chrysost. percurrenti occurrent.

XV. Dum s. Pater asserit, Patriarcham Abrahamum a se ipso, et a scientia naturæ insita pervenisse ad magnum virtutis fastigium,+ non quamlibet interiorem gratiam, sed legem, et Evangelicam prædicationem, atque uberiora, quæ ipsam comitantur auxilia, ex quo lex gratiæ dicta fuit, exclusisse. Hujus interpretationis fundamenta, præter superius allata, plurima nobis alia præbet ipse Crisostomus. Numquid existimavit Chrisost. ad tantam virtutis eminentiam Abrahamum sine multis precibus pervenisse? Verum aliter nos sentire cogunt apertissimæ illius doctissimi Patris sententiæ, quibus affirmat, non magis corpori animam esse necessariam, quam animæ ipsi orationem. Sed hom. 58. in eandem Gen. docet,, Deum preces nostras semper prævenire,, Non ergo putavit Abraham a se ipso, et naturali vigore, quin Dei gratia præcesserit, tantam virtutem sibi comparasse. Iterum: si tota bona omni gratia destitutus Abraam acquisivit, falsum esset, Dei adjutorium semper priorem sibi locum vindicare; nostrisque præcedentibus meritis hanc remunerationem accipere mus, ut ajunt Semipelagiani. Verum Chrysostomus hom. 13. in Joannem,, Gratia Dei, inquit, semper in beneficiis priores sibi partes vindicat; non enim nostris præcedentibus meritis hanc accepimus remunerationem,, Ergo Chrisost. non putavit a se ipso nullo gratiæ adjutum, et præventum tanta bona sibi Abraham comparasse.+ Quando autem s. Doctor ait, nostrum esse velle, præeligere, conari, currere, ut inde ad opera perficienda Dei ope adjuvemur, et confortemur; jam gratia præventos hortatur, ut eidem pareant et obsecundent, ex quo illud mereantur, fortius auxilium accipere, quod ad operis complementum requiritur; quia enim in operis executione majora obstacula inveniuntur, majore etiam gratia indigemus. Profecto hujusmodi adhortationes frequentissimæ sunt in divinis eloquiis: Accedite ad eum, et illuminamini: Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus, quin inde nemo ullus, nisi e Massiliensium numero sit, colligat hominem nulla superna gratia excitatum salutaria

+ admisso liberi arbitrii, et rationis luminis adminiculis,

+ Verum et aliud etiam maxime attendendum, quod dum mecum cogito, difficilem mihi bilem movent Adversarii. Non hic s. Doctor de fidei elementis, de quibusdam operum initiis, piisque desideriis loquitur, sed de justitia perfecta, de fastigio virtutis; ad quod ut perveniamus nosque Abrahæ exemplo non ad fidem, aut pia desideria, sed ad difficiliores virtutis agones hortatur. Cequam de vero de gravissima certamina, et ad virtutis fastigium gratiæ necessitatem inficiati sunt Massilienses? Si quam vim hoc habet argumentum, non ego Chrysostomum Semipelagianum dicerem, sed vel ipso Pelagio pejorem, quum ille saltem externam prædicationem necessariam admiserit, quam Chrisost. negasset. Sed hoc argumento probare nituntur Adversarii.

posse incoare. Cur ergo simillimae locutiones vitio hi-bauntur doctissimo Antistiti, praesertim quod eas adhibuerit in sermonibus ad populum, in quibus de severa verborum proprietate servanda Patres erant minus soliciti, si cautiores Haereticorum suspicio nondum reddidisset?

Instabis. Homilia 51. de Pelagia Virgine et Martyre ait, habuisse eam habuisse consiliarium Jesum,, quoniam Martir ipsa illius auxilio se dignam antea praebuerat,,. Putavit ergo Chrysost. hanc incipere sine Dei adjutorio, atque per naturales conatus sibi gratiam promereri.

R. nego conseq. Virgo illa ex Chrysostomi sententia minoribus gratiae auxiliis praeventa, illa animi fortitudinem se dignam reddidit, quae cunctis fuit admirationi, ut ibidem affirmat. At etiam sermone primo de Martiribus ait, unumquemque ita se gerere debere, ut etsi martyrio par esse non possit, tamen muneris tanta dignitate se bonis actibus dignum praebeat? An propterea in ea sententia fuisse S. Praesulem dicemus, ut ad solum martirium Dei adjutorio nos indigere putaverit, caetera vero omnia, quibus ad martirium se quisque disponit, a natura viribus tribuerit? Verum aliter nos cogunt sentire ea, quae hom. 71. in Joan. quibus aperte docet, Deum nobis sua beneficia, et adjutoria non ob praecedentes labores, et conatus conferre, sed atque ita ipsius esse tum operibus nostris dumtaxat incrementum praebere, sed tum etiam omnia prorsus incoare. Illa enim verba exponens, Sicut dilexi vos, ait: Non enim vestris praecedentibus meritis debilem persalui, sed ego incaepi,,. Incipit autem Deus minores gratias concedendo, ut illi, qui lucrum reportat, majora donet; atque ab eo, qui quod accepit, abscondit in terra, et quod habet, aufertur.

Instabis 2. Hom. 12. in epist. ad Hebreos ait,, Non praevenit nostras voluntates, ne perdat nostrum liberum arbitrium,,; et hom. 17. in Joannem,, asserit,, Deum suis in nos beneficiis nostras non praevenire voluntates, sed a nobis esse incipiendum,,.

R. Chrisostomum ~~in ea~~ Hom. in epist. ad Hebr. totum esse in eo, ut contra Manichaeos libertatem defendat, et hominum socordiam excutiat, ne subitat putent omnia quod e vestigio subdit. At forte dicant aliqui et fateor ita esse et ego, ab utraque labe abunde se purgavit.

In psalm. 115. ait,, fidem esse omnium Magistram, nec absque ea nos quidquam posse. Si enim eam sustuleris, ne os quidem aperire possumus,,. Ergo in Abraha putavit fidem praecessisse. At fidem paulo ante vidimus esse Dei donum, per auxilium, per suppeditationem Spiritus, per Patris attractionem, per Dei opem, per Dei gratiam fidem ipsam operantem. Ergo putavit Abraham Dei gratiam fuisse adjutum.

Expositis Abrahae virtutibus, pergit,, Eodem modo dilecti, etiam nos si voluerimus frui superna gratia, imitemur Patriarcham, et ne contemnamus obire virtutem, sed unamquamque ita exerceamus, ut auctorem illius qui sursum residet, conciliemus nobis ad mercedem tribuendam. Numquid et nos putavit obire posse virtutem, et illam exercere sine gratia? Sed ibidem adducit discrimen, quod intercedit inter nostros agones, et ludos Olympicos, in quibus spectatores hortari quidem possunt, ut Athletae fortiter pugnent, sed non eos adjuvare,, Dominus autem noster non ita, sed simul nobiscum certat, et manum porrigit, et simul congreditur, et quasi undique enititur, ut adversarium nostrum nobis tradat,,

seu προφθάνω, quo utitur Chrisostomus innuere potest arbitrii destructionem significat enim praeoccupare, antevertere.

Ceterum in hac testimonio in epist. ad Hebr. loquitur de Perseverantia, sicuti de perseverantia loquitur Propheta David ait,, non dedit in commotionem pedes meos,, Probat vero Chrisost. dare et non dare se in commotione esse in nostra potestate. Sed Propheta non dari pedes nostros in commotionem ait esse opus Dei. Hinc quasi sibi opponens objectionem, inquit,, Quid ergo? Nihilne est in Dei potestate? in Dei quidem potestate sunt omnia, sed non ita ut nostrum laedatur arbitrium. Est ergo in nostra et in ejus potestate. Oportet enim nos primum bona eligere, et cum elegerimus, tunc affert quae sua sunt. Non praevenit προφθάνει, nostras voluntates, ne perdat nostrum liberum arbitrium,, Cum Deus [illegible] |+ per Dei misericordiam| sionis Quomodo nobis primum eligendum bonum? Quomodo impetratur perseverantia ex Augustino, Arausicano, et Tridentino? orationibus, vigiliis, lacrimis etc. Ergo nos primum hoc faciamus, ut Deus afferat quae sua sunt, quaenam? fortissimum auxilium, ne inducamur in tent. ne pedes nostri dentur in commotionem.

Quomodo [illegible] nostri [illegible] nisi nos [illegible] Neque si [illegible] dentur, [illegible] non impetrarentur a nobis, nulla nostra [illegible] sicuti nulla est in accipiendo prima gratia.

[illegible] loquitur [illegible] nihil ego semper [illegible]

per gratiam ita agi fieri, ut sibi nihil agendum relinquatur. Non ita profecto nostram Deus praevenit voluntatem, et in nobis sine ulla nostra cooperatione, absque consensu et peccatorum remissionem, et nostram sanctificationem operetur, quo sane omnis arbitrii nostri libertas tolleretur; sicuti auferretur, si gratia, cui humana voluntas resistere non posset, nos ad opus adstringeret. Utrique incommodo occurrit Chrisostomus quum Dei gratiam praedicando, qua adjuvatur libertas, non perimatur. In altera vero, quae nobis objicitur, homilia, non de vocatione ad fidem, aut de prima gratia, quam nulla ratione promereri possumus, quaeque nihil operantibus nobis obtigit, sermonem habet Chrisost., sed de ulterioribus beneficiis collatis Andreae, quem vocationi sponte obtemperantem Dominus Apostolum creavit et familiari consuetudine complexus est. Atque hoc sensu a nobis accipiendum esse, nec suas nostras voluntates praevenire, contendit, quatenus collata nobis gratia, quae ad agendum excitat et suadet, optio nihilominus relinquitur, ad quod convenimus dexteram porrigendi, ut sponte sint salvi quicumque ex adultis salvantur, sponte quoque, suaque culpa, pereant iniqui. Caveo [illegible] dam, nisi haec sit ingenua Chrisostomi sententia, quam nullis ambagibus involutam hom. 12. in cap. 4. 2dae ad Cor. ita exprimit,, Manifestum est, inquit, sua quemque voluntate vel malitiam vel virtutem eligere. verum in nostra voluntate totum? quonam modo?) totum post Dei gratiam relatum est,,

Scholium. S. Ioannis Chrisostomi, et plurium Patrum veterum Patrum circa hoc argumentum germanam sententiam consequeris, si tres quas subjicio, regulas prae oculis habeas. Prima est Sixti Senensis quam Petavius adoptavit,, Non raro scriptores, quum de gratia loquuntur, plenam et perfectam intelligunt non incohatam, et [illegible] quae [illegible] nominatur cujus plerumque mentionem non habent. Non de illa gratia, quam habebat David cum orabat psalmo 142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi, sed de illa quam habebat, cum dicebat Ego dixi in abundantia mea: non movebor in aeternum,, Non enim primum [illegible] motum, et rationis in gratia numerant, veluti pia desideria, quibus ad pleniorem procedere Dei et Dei notitia, et amore excitamur; quae sunt excellentiora gratiae munera, proindeque gratiae nomen ac titulum praecipue

meventur„ Hanc Theodoreti; Photii; Œcumenii; Theofilacti; et [illegible] sostomi interpretandi semitam ostendit Petavius lib. 9. De Deo. c. 4. n. 8. Secundam suggerit Montfauconius in Diatr. tom. 13. p. 180. S. Chrisostomus ad populum verba faciens plerumque extempore „ seu verbis omnibus et dictis advigilare non poterat in rebus maxime, quæ nondum publicis Ecclesiæ legibus asserta fuerant; sæpius etiam, quæ ad omnem torporem, et desidiæ excavationem tollendam facere videbantur, exagerare studebat„. Tertia demum ad cujusvis antitheseos veritatem opus non esse, ut unum oppositorum ex integro alterum excludat, sed sufficit in uno aliquid peculiare contineri, quod in alio non reperitur. Ita Prov. 16. Hominis est animam præparare, et Domini gubernare linguam; nec non psalm 113. Cælum cæli Domino terram autem dedit filiis hominum. Quibus si recte usus fueris antiquos Patres, præsertim vero Chris. facile intelliges, ac plane perspicies, quam vere de Græcis dixerit Augustinus lib. 1. contra Julianum ipsi respondens„ Non est cur provoces ad Orientis Antistites quia et ipsi utique Christiani sunt, et utriusque partis terrarum fides ista una est, quia et fides ista Christiana est„. /.

Caput II.

Ostenditur Christi gratiam ita gratuitam esse, ut nullis naturæ viribus possit homo se ad illam præparare.

II. Quum ad bene operandum, ad fidem, ipsumque credulitatis affectum 3 necessariam esse Christi gratiam, neque eam secundum merita nostra, quæ ex naturæ operibus essent profecta, donari contra Pelagianos, ac Massilienses, definivisset Ecclesia; non defuerunt e schola nonnulli, qui fatebantur quidem gratiam Dei proprie meritis non reddi; contendebant tamen naturæ viribus nos posse aliqua seu proxima seu remota dispositione illam mereri, atque impetrare. Hinc celebre et usitatissimum illud principium, Facienti, quod est in se, Deus suam gratiam non denegat, pluribus, atque admodum diversis rationibus explicare inceperunt. Durandus, atque alii nonnulli statuerunt adeo Facienti quod est in se Deum suam gratiam non denegare, ut opera solis naturæ viribus elicita non de condigno, sed de congruo divinam gratiam mereri dixerint. At neque Semipelagiani meritum condignum naturalibus operibus inesse putarunt, et nihilominus ab Ecclesia sunt proscripti:

Advertit Montfauconius, Chrisostomum aliquando fere quotidie ad populum sermonem habuisse, satis paratum accedere non potuisse, omisisse interdum vocem ad sintaxim necessariam, imo aliquando principii periodi oblitum sententiam imperfectam reliquisse.

1. c. 3. Abraham nescivit nos et Israel ignoravit nos. Tu Dñe pater noster Redemptor noster. Osee 6. Misericordiam volo, non sacrificium. Psal. 21. Vermis et non homo. 1. Cor. 15 non ego sed gratia Dei mecum. Non ego, sed quod inhabitat in me peccatum.

3 Massilienses [illegible] ad S. Prosperum [illegible] fatentur, [illegible] minem per opera sua, sed per Dei gratiam regeneratione salvari... voluntaria devotione remunerationem esse paratam. Apud Hilarium„ neque alicui orari curationis eam adnumerandam putant, extenta et supplici voluntate unumquemque ægrotum velle sanari; [illegible] [illegible] talis [illegible] sua [illegible] non ad [illegible] [illegible] solent [illegible] [illegible] requiritur ipsa justificatio [illegible] [illegible] debebant [illegible] illam præcedere justificationem. Ergo iis non tribuebant meritum condignum, sed congruum.

Alii effatum ita exponunt, ut in naturæ operibus nullum qui-
dem meritum, sed moralẽ quandã ad gratiã consequendã dispo-
sitionem in illis agnoscant. Discrimen autẽ inter meritũ
et hujusmodi dispositionem illud esse arbitrantur, quod me-
ritum sit „ obsequiũ cedens in honorẽ et commodũ Superioris
illud remunerantis „; dispositio autem moralis licet positiva
et veri nominis, sit quædã habitudo ad munus obtinendũ
quamvis obsequiũ illud, quod in merito invenitur, hæc non in-
cludat. Quare ex hujus sententiæ Patronis meritum propriũ,
aut alienũ præmiũ respicit; dispositio autem moralis officiũ,
seu munus ipsi disposito, non alteri conferendũ. Non longe
ab hac sententia videtur abesse Molina docens inter leges a
Deo Patre, et Christo Jesu statutas unam, eamque rationi maxi-
me consentaneam fuisse, ut quoties ex nostris viribus naturalibus
conaremur facere, quod in nobis est, præsto nobis essent auxi-
4 lia gratiæ. Alii demũ, ut cæteros mirror faciã, dixerunt opera
bona naturæ viribus facta non meriti, aut positivæ dispositio-
nis, aut conditionis stricte talis rationẽ habere, sed cujusdã
dispositionis, ut ajunt, negativæ, et quã appellant per modum
removentis prohibens, seu cujusdã termini, quo posito Deus
gratiam conferat. Quandoquidẽ hujus sententiæ Doctores
ejusmodi opera naturalia tamquã dispositionẽ mere nega-
tivã, seu terminum, ita statuunt, ut eo posito Deus gratia
elargiri dicant, et sæpe etiam elargiatur, quin hujusmodi
terminus positus fuerit, quod evidenter ostenditur ex
Rom. 10. „ Isaias audet et dicit. inventus sum a non quæ-
rentibus me: palã apparui iis, qui me non interrogabant
et invicte probat Aug. lib. 1 contra duas epistolas Pelag. ad
cap. 19. et lib. de gratia, et lib. arb. cap. 6. ubi Divi Pauli
conversionis exemplũ affert; propterea hanc opinionẽ
tutissimam, ut magis magisque Catholicã dogmata (*judicans*) vis
cap. superiore posuimus, magis magisque stabiliantur
ad cæteras rejiciendas me converto.

Assertio.

Prædestinatio ad Gratiam ita gratuita est,
ut nullo operũ naturalium intuitu conferatur.

Probatur. II. ad Tim. c. 1. Deus nos liberavit, et vocavit
vocatione sua sancta, non secundũ opera nostra, sed

secundum propositum suum, et gratiam Ad Tit 3. Non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit,, in his testimoniis gratiæ largitio ab uno Dei beneplacito suspensa prædicatur, neque ullo modo a nostris operibus dependens. Ergo ita est gratuita ut nullo naturalium operum intuitu illam Deus elargiatur. Adde et illud, Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Ex illo enim ita arguit Arausic. II. can. 6. Si quis sine gratia Dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quærentibus pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri divinitus resistit Apostolo dicenti; quid habes, quod non accepisti

Probatur 2. ex eodem Concilio apertis Scripturæ testimoniis innixo. Itaque can. 3. Si quis, inquit, invocatione humana gratiam Dei dicit posse conferri .. contradicit Isaiæ vel Apostolo idem dicenti inventus sum a non quærentibus etc. Et can 4 Si quis ut a peccato purgemur voluntatem nostram Deum expectare contendit ... resistit ipsi Spiritui Sancto per Salomonem dicenti Præparatur voluntas a Domino. Atsi homo per naturæ vires, operando, rogando, legem naturæ observando se ad gratiam recipiendam posset disponere, a se ipso voluntatem præpararet, eamque Deus expectaret, idest attenderet gratiam elargiendo. Ergo. Merito igitur Tridentinum veterem ecclesiæ fidem declarans sess. 6. c. 5 ait,, justificationis exordium in adultis a Deo per Christum Jesum, præveniente Dei gratia esse sumendum ut qui per peccata a Deo aversi erant, per ejus excitantem, atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem disponantur,, Quod quidem justificationis exordium non a gratia præveniente repetendum esset, verum a naturalibus recte factis, si per hæc homo ad gratiam disponeretur

Probatur 3tio una divi Thomæ auctoritate, de qua mire gloriantur adversarii. Possem equidem plures alias adducere, quum hæc conclusio omnibus fere illis argumentis, quæ contra Hæreticos toto cap. præcedenti adduximus, innitatur. Sed quoniam adversarii de Angelici

S. Aug lib. 1. ad Simpl q. 2. ,, Non habeo, quod intuear in eligendis hominibus ad gratiam salutarem — nisi vel majus ingenium, vel minora peccata, vel utrumque. Quisquis ergo fuerit quam minimis peccatis irretitus, atque maculatus, et acer ingenio, et liberalibus artibus expolitus, eligendus videtur ad gratiam. Sed cum hoc statuero, ita me videbit ille, qui infirma mundi elegit, ut confundat fortia, et stulta mundi, ut confundat sapientes — Restat ergo, ut voluntate eligantur. Sed voluntas ipsa, nisi aliquid occurrerit, quod delectet atq. invitet animum, moveri nullo modo potest: hoc autem ut occurrat, non est in hominis potestate,, Ann. 397

De Gratia et lib. arb. c. 6. de Paulo ait,, quem invenimus sine ullis meritis bonis, imo cum multis meritis malis, Dei gratiam consecutum, reddentis bona pro malis,, idem dic de Latrone, de Magdalena, deq. aliis innumeris

Tolleretur mysterium prædestinationis præveniens ad gratiam, quod imperscrutabile dicunt PP. cum post Paulum, et Augustinum

Pactum inter Patrem et Christum damnavit Cler. Gallic. a. 1700 [illegible] errroneum adversante Scriptura et PP. tradit. prolatam

sententia hoc loco mire gloriantur, quanam ea fuerit, investigemus. Itaque 1. 2. q. 109 ar. 6. data opera demonstrat hominem se non posse ad gratiam praeparare, "quin praesupponatur aliquod auxilium gratuitum Dei interius animam moventis sive inspirantis bonum propositum," quo in loco quum sibi objecisset celeberrimum effatum, si homo facit, quod in se est etc. ita respondet: "Nihil homo potest facere, nisi a Deo moveatur, secundum illud Joan. 15: sine me nihil potestis facere et ideo quum dicitur homo facere, quod in se est, dicitur hoc esse in potestate hominis, secundum quod est motus a Deo." Et q. 112 a. 2. "Nulla praeparatio requiritur ex parte hominis, quam praeveniens divinum auxilium, sed potius quaecunque praeparatio in homine esse potest, est ex auxilio Dei moventis animam ad bonum." His similia plurima docet Angelicus.

Objic. I. Christus Matthaei 7. praecepit Apostolis: nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos; et cap. 10. in quamcunque civitatem aut castellum intraveritis interrogate quis in ea dignus sit, et ibi manete." His in locis innuitur, Deum opera naturalia hominum inspicere, ut naturaliter bonis et honestis Evangelium praedicetur, alii autem in peccatis relinquantur. Hinc Apostolus Paulus 1. ad Tim. 1. fatetur, se "qui prius blasphemus, persecutor, et contumeliosus fuerat, misericordiam esse consequutum, quia ignorans fecerat." misericordiam sane haud consequuturus si illa sciens, pravoque animo fecisset.

R. priore loco idcirco Apostolis praecipi, ne sancta religionis nostrae mysteria profanis, et impuris hominibus communicarent, ne forte, ut ibidem subditur, conculcent ea pedibus suis. Ceterum sicut ipse Christus venit, ita etiam suos ipse Apostolos misit non vocare justos, sed peccatores. Alio in loco Christus jussit, Apostolos apud eos diverti, qui inter judaeos digni erant dignitate famae externae, non autem dignitate morum occulta; ne scilicet si ad infames divertissent, male et ipsi audirent. Quare S. Hier. hunc locum expendens, "Hospes inquit fama eligendus est, populi, et vicinorum judicio, ne praedicationis dignitas suscipientis infamia deturpetur." Sed quum ibi de judaeis sermonem habeat Christus, fortasse qui Evangelii praedicatione digni erant ex meritis gratiae et

S. Aug. per canes accipit impugnatores veritatis, per porcos contemptores. Hujusmodi hominibus concredenda non sunt mysteria. Superioribus Versibus antea docuerat Apostolos quinam et quales debeant esse correptores et Magistri. Quid vides festucam in oculo fratris tui etc. Nunc instruit quales debeant esse qui sunt docendi. S. Chrisost. per sanctum intelligit Baptisma, et Eucharistiam.

Ad 2. eodem cap. 10. in viam gentium ne abieritis — Sed potius ite ad oves, quae perierunt domus israel.

justitiam per fidem in Christum venturam. Denique Apostolus dum ait, se misericordiam consequutum fuisse, quia ignorans fecerat suam ignorantiam non adducit tamquam meritum, aut dispositionem ad misericordiam consequendam, sed innuit subjectum indulgentia et venia minus indignum. Qui enim ex malitia peccant, uti plures ex judaeis fecerunt, majus Dei vocationi impedimentum opponunt. Nec officit particula quia, secus ipsa peccata diceremus esse medium ad Dei gratiam impetrandam accommodatum; quum dixerit Proph. pslm. 4. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

Objic. 2 S. Aug. opusc. contra Porphirium c. 8. „Salus, inquit religionis hujus, per quam solam veram salus vera et veraciter promittitur, nulli unquam defuit, qui dignus fuit, et cui defuit, dignus non fuit„. et libro de dono Persev. c. 14. ait „habere quosdam in ipso ingenio divinum naturaliter munus intelligentiae, quo moveantur ad fidem„. Tandem lib. 19. de Civit. c. 13. totidem fere verbis Molinae legem, seu pactum, quod paulo ante n. 2. recensuimus tradit inquiens, Deum hominibus dedisse quaedam bona huic vitae congrua eo pacto aequissimo, ut qui mortalis talibus bonis recte usus fuerit, accipiat ampliora atque meliora.[+] Ergo ex Augustini sententia homo per naturalia bona se dignum gratia Dei efficere potest, seu ad illam praeparare, ac Deus eam legem sibi constituit, ut qui naturae bonis non abutitur, gratia subinde donetur.

R. primum locum Hipponensis ab ipso s. Doctore lib. 2. Retract. cap. 31. ita fuisse explicatum, ut amplius adversariis nequidquam prodesse sed potius obesse possit. ita enim seipsum exponit: „Quod dixi salus religionis hujus etc. non ita dixi, tamquam ex meritis suis quisquam dignus fuerit, sed quemadmodum ait Apostolus: non ex operibus etc. Et de Praed. ss. c. 10 Si discutiatur, inquit, et quaeratur, unde quisque sit dignus, non desunt, qui dicant, voluntate humana (hi sunt Massilienses); nos autem dicimus, gratia vel praedestinatione divina„.

In altero testimonio, si integrum adferatur, iterum Adversariis magno est detrimento. Agit enim de Tyriis, et Sidoniis, qui judice Christo, ejus verbi poenitentiam egissent in cinere, et cilicio, si virtutes illas vidissent, quae in Corozain et Betsaida factae fuerunt. De his Aug. disserens postquam in ipso

psalm. 4. sana animam meam, quia peccavi tibi.
Aug. ajebat gratiam dari non lapidibus, aut lignis, aut pecoribus, sed homini, quia imago Dei est mereri hanc gratiam. l. ~~de spir. et litt.~~ 4. cont. julianum. Nempe homo [illegible] reali, aptus et capax gratiae. [illegible]

+ scilicet ipsam immortalitatis [illegible] sen antem gloriam et honorem in vita aeterna ad fruendum Deo — qui autem perperam, nec illa accipiat, et haec amittat. ita legitur hoc testimonium non ut recitarat P. Valentia in longum de Aux legens et ipsam immortalitatis pacem, quasi usus bonorum temporalium rectus esset via se praeparandi ad spiritualia, et ad gloriam sempiternam merito iccirco correptus a S. Thoma de Lemos. Vid. Serry l. 3. A. c. 5. et lib. 5. sect. 6. c. 3.

ingenio divinum naturaliter munus intelligentiæ, quo moverentur ad fidem, si congrua eis mentibus vel audirent verba, vel signa conspicerent, habere dixisset, clarius suam mentem exponens ita pergit paucis interjectis „ Non erant ergo sic excæcati oculi, nec induratum cor Tyriorum, et Sidoniorum, quoniam credidissent si qualia viderant isti signa vidissent. Sed nec illis profuit quod poterant credere, quia prædestinati ab eo, cujus inscrutabilia sunt judicia, et investigabiles viæ; nec istis obfuisset, quod non poterant credere, si ita prædestinati essent, ut eos cæcos (judæos) Deus illuminaret, et induratis cor lapideum vellet auferre „. Quousque quo prædestinatio ad gratiam sit gratuita, nec ullam naturalem habitudinem respicit Deus! Tyriis et Sidoniis qui divinum intelligentiæ munus, quo moverentur ad fidem, naturaliter habebant, seu qui minus obdurati, et excæcati erant corde, negatur Evangelii prædicatio; judæis autem magis induratis, atque excæcatis prædicatur.

Ad postremum dico, Augustinum de iis loquutum fuisse, qui divina gratia adjuti, non solis naturæ viribus bene utuntur mortalibus bonis: hæc enim ut bene utatur homo, capite proxima seq. affirmat S. Doctor, opus habere Magisterio divino, cui actus obtemperet, et adjutorio ut libere obtemperet. Sic ea mentis æquissimo sane pacto redduntur ampliora atque meliora, ipsa scilicet immortalitatis pace, ut subdit ibidem. . .

[illegible] est valent con[illegible] sectionis 13

Objic. 3. antiquissimum, et ex Patribus derivatum effatum illud, Facienti quod est in se, Deus non denegat gratiam. Pro Angelicus nixus q. 24 de verit. a. [illegible] ad 2. ait „ gratiam, quæ gratum meritoria facit quamvis homo non possit ex libero arbitrio acquirere, potest tamen ad gratiam habendam se præparare, quæ ei a Deo non denegabitur si fecerit quod in se est „ Et art. 11 ad 1 tradit „ ad divinam providentiam pertinere, ut cuilibet provideat de necessariis ad salutem, modo ex parte ejus non impediatur „ quo in loco afferens exemplum in silvis hominis enutriti ait „ si aliquis taliter in silvis, vel inter bruta animalia nutritus ductum rationis sequeretur in appetitu boni, et fuga mali certissime est tenendum, quod ei Deus vel per internam inspirationem revelaret ea quæ sunt ad credendum necessaria, vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium „ idem repetit in 2. d. 28. q. 1. a. 4.

R. theologicum illud axioma intelligendum esse de eo, qui facit quod in se est, gratia tamen praeveniente, excitante, et operante adjutus, ut Assertionis nostrae momenta suadent. Quod ad Angelicum spectat, vel in summa, quam postremum ejus opus fuit, sententiam revocasse concedant Adversarii; vel semper loquutum fuisse de homine faciente quod in se est, non viribus naturae, sed gratiae adjutorio roboratum fateantur. Nam quae supra ex ejus summa retulimus satis sunt manifesta. In primo testimonio, quod objicitur, loquitur de praeparatione ad gratiam sanctificantem, quae meriti condigni, de quo ibidem sermonem habet, quoque proprie meritum solum dicitur, fons est et origo. At hanc hominem se per gratiam actualem disponere omnium cum Ind. confitemur. Ad secundum; aliud est, homine gratiae obicem non ponere, aliud se ad gratiam recipiendam praeparare; illud in pueris etiam et in amentibus reperitur, hoc autem est solius operantis gratia confortati. Quamquam Angelicus lect. 3. in c. 12. epist. ad Hebraeos docet „hoc ipsum, quod est aliquis non ponit obstaculum, ex gratia procedere". Quod autem ille in silvis enutriti hominis exemplo confici potest? Ante fidem actuales gratias a Deo concedi pro certo habemus. Quod itaque velit Deus omnes homines salvos fieri, si homo ille faceret quod in se est sequendo ductum rationis a gratia excitata et mota, Deus, qui coepit opus bonum, utique perficeret; quumque justificatio sine fide in Christum Jesum haberi nequeat, vel per interiorem inspirationem, vel per Angelum, vel per praedicatorem eidem consuleret. Quare ut concludam cum eodem s. Doctore quodl. 1. a. 7. ad 1. „Per hoc, quod hominis est se ad gratiam praeparare per liberum arbitrium non excluditur necessitas auxilii divini", immo ibidem ipse ostendit, „ad errorem Pelagianum pertinere, quod homo possit se ad gratiam praeparare absque auxilio gratiae".

Caput III.

Demonstratur Gratiam, quam ad salutariter operandum Concilia et Patres requirunt, intellectum illuminare, voluntatem movere, et utramque potentiam infirmitatis vulnera sanare.

Gra

in primo contendit „Opus meritorium a non meritorio non distat in quid agere, sed in qualiter agere: nihil enim est, quod unus homo meritorie agat, et ex charitate, quod alius non possit absque merito agere, vel velle. — Secundum Qui illum qui nondum habet habitum virtutis, non habet in sua potestate agere taliter, qualiter virtuosus agit, nisi inquantum acquirere potest habitum virtutis. Gratiam autem, quae opera meritoria etc. ut [illegible]

In secundo, ut etiam articuli titulus aperit, loquitur de necessitate fidei explicitae.

Obji. rursus. S. Thomas 1. p. q. 62. a. 6. docet Deum dona gratiarum, et perfectionem beatitudinis Angelis contulisse secundum gradum naturalium, ac proinde ratione habita ad proportionem naturae.

R. Adhuc illa pura gratia erat; quia ipsam naturam gratis ipse condiderat [illegible] ut dispositio illa in illis praecederet. At si intuitu operum daretur gratia, jam non esset gratia. Discrimen hoc assignat ibidem Angelicus ad [illegible]

Alia plura testimonia Angelici solent proferri, quae [illegible] ita [illegible] de praeparatione ad gratiam, scilicet vel habitualem vel uberiorem actualem, ut praevenientem non excludant; vel [illegible]

Dices Angelicum loqui de faciente quod est in se quod vis est ille [illegible] fidelis. [illegible] prima conversio in Deum fit per fidem juxta s. D. et juxta Aug. fides prima datur, ex qua impetrantur caetera. Ergo [illegible] q. Aug. [illegible] fidem gratiam, quod pag. [illegible] contra [illegible] Prima conversio fit per fidem quia sine illa [illegible] [illegible] eo fides [illegible] modo inchoato [illegible] perfecta [illegible] Aug. Hinc ait de [illegible] de [illegible]

„ljus acceptæ sunt eleemosynæ, et exauditæ ora-
„tiones, antequam credidisset in Christum: nec tamen sine
„aliqua fide donabat et orabat„ Quo modo„ in-
„cipit hic percipere gratiam, ex quo incipit Deo cre-
„dere vel interna, vel externa admonitione mo- 5
tus ad fidem. Fiunt ergo inchoationes quædam fidei
conceptionibus similes. Non tamen solum concipi, sed
„et nasci opus est ut ad vitam perveniatur æternam„

Caput III.

Statuitur hominem solis naturæ viribus efficere posse opera quædam, quæ tam objecto, quam fine spectato sint moraliter bona.

III. Quam mira est tam Catholicorum, tum etiam Prædestinatianorum consensio in statuenda Christi gratiæ necessitate ad omnes et singulos actus salutares, qui ad animæ sanctitatem, æternamque beatitudinem conducunt; tam acris est eorundem pugna, dum quæritur num homo ea gratia destitutus actiones aliquas elicere possit, quæ in ordine naturali moraliter bonæ censendæ sint. Sicut enim Pelagiani ac Massilienses liberum arbitrium plus æquo extulere, ita e contrario ejusdem vires alii nimium depresserunt. Ac primo Lutherus et Calvinus nullum opus in se bonum ab homine lapso fieri posse, sed omnia opera etiam hominis justificati ob concupiscentiæ labem omnia vitiantem, in se immunda esse arbitrabantur; etsi fatebantur ea justis ex meritis Christi culpæ non verti fatebantur. Hæc quidem sententia a Tridentini Concilii Patribus proscripta fuit sess. 6. can. 7. his verbis„ Si quis dixerit opera omnia, quæ ante justificationem fiunt vere esse peccata … anatema sit„ et can. 25. anathemate item percellitur ille qui dixerit in quolibet bono opere justum peccare, saltemque venialiter non damnari quia Deus ea opera non imputet ad damnationem. Hujusmodi error, ubi de bonis operibus, quibus apud Deum merentur justi, solet refutari …

IV Bajus, ut lib. 1. cap. 4. n. 25. innuimus est in eo errore fuit, ut ad quodlibet opus bonum gratiam justificantem habitualem et Charitatis imperium requiri existimaret: cum eo autem Jansenius, et Quesnellius ad omne bonum opus gratiam fidei opus esse, ac proinde omnia infidelium opera esse peccata docuerunt. Quoniam vero ex horum doctrina proscriptione potissimum hic nobis pugnandum erit, nonnullas Baji, ac Quesnelli propositiones, quæ damnatæ fuerant, in medium adduco.

Inter Bajanas sunt. 25. Omnia opera infidelium sunt peccata, et Philosophorum virtutes sunt vitia. 22. Cum Pelagio sentiunt, qui textum Apostoli Rom. 2. gentes

Fulgentius quidem: nam tradit Angelos bonos casuros fuisse, nisi peculiari et uberiori Dei beneficio fuissent affecti. inquit enim lib. 2. ad Trasimundum c. 2. Cunctos Angelos uniformi ruinæ consortio opprimi contigisse, nisi quos vellet a casu voluntatis virtus divina defenderet. certe hic loquitur de adjutorio, quo sancti adjuti fuere, ne uniformi ruinæ consortio opprimerentur, quæ verba innuunt casuros, ne simul cum ceteris caderent, eodem tempore viæ. Deinde adjutorium hoc esse proprie gratuitum indicat ea phrasis quos vellet; quod adjutorium gratiæ est Aug. ... perseverantiæ.

Confirmant hæc, quæ subjicit c. 13. ubi ait eandem datam esse gratiam, ut Angelus non caderet quo sit, et homo lapsus resurgat. Sed hæc est gratia viæ, et adjutorium quo. Ergo. Econtra: Non alia virtus Angelum a ruina potuit custodire, nisi illa, quæ lapsum ... a ruina potuit reparare. Unde in utroque gratia operata est, in hoc ut surgeret, in illo ne caderet.

Denique si stetissent, ex Fulgentio stetissent per adjutorium, quo fient facti, et velint. Ergo quia Angeli boni steterint, ... sic ut ... steterunt eo adjutorio quo. Certe ... c. 9. hoc graphice descripsit in ...: ... ... ut ... sset bonus esse si vellet, non quidem sine gratia Dei, qua agebatur ut vellet. Quid porro est regi hanc ut velit, nisi ejus voluntatem allicere, trahi, agi, ut velit, et si pro suo arbitrio possit nolle? At si homo non resistit, nonne habetur illud in ... velle a Deo, quod ... in consentientibus et adjutis adjutorio quo?

Atque ac Fulgentius Augustino addictissimus fuit Gelasius Pontifex, cujus doctrinam adversus Semipelagianos acerrime vindicavit. Nam in epist. 13. ad Episcopos Galliæ affirmat, Adam a Deo tentatum debuisse a Deo opem implorare, ne succumberet. Quodnam vero adjutorium ab eo petendum? utique auxilium distinctum a ceteris jam acceptis, et proprie singulare. ... sic verbis: Sibi primæ conditionis integritas ... nec de perceptis gratias agit, quod non quod fuisse memoratur, nec pro conservandis quæ sumpserat, poscit auxilium, nec ad ... ... probata tentationis accersit devota requirit et consulit, suaque se credit interprompta voluntati, facile sine præsidio Creatoris patuit insidiis Deceptoris.

His subscribit Gregorius Magnus lib. 11. Moral. c. 24. scribens: quod Angelorum alios in æterna luce sine lapsu permanere constituit, alios sponte lapsos damnavit. Et l. 25. c. 10. ait, aliis cadentibus ... ... similiter casuros, nisi solidati ... ...

Tamen claudat S. Bernardus de gratia et lib. arbitrio scribens Angelis bonis a ... data ... ut sine peccato servaverint ... ... non ... S. ... in Canticis ... erexit ... lapsum, dedit etiam Angelo ne laberetur; sic illud de captivitate eruens, sicut hunc a captivitate defendens. Et hac ratione fuit æque utrique redemptio, solvens illud, et servans istud". Hæc apud Smalsium ... S. CXI.

Hic adde juxta Aug. Angelos bonos fuisse ... ... apud eundem Smalsium, et ... et ex nota illa sententia ... discernit, quæ ... discernens impertit. Sed gratia communis ait Aug. non discernit cap. 5. de Praed. SS.

Adjutorium, quo voluntas huic naturae [illegible] indiget ad perseverandum, est illud, quo fit ut reipsa hoc perseveret. sed Aug. sententia est Adam et Angelos indiguisse ad perseverandum eo adj. quo fit ut perseveretur. Ergo Aug. sententia est, Adamum et Angelos indiguisse eo ipso adjutorio ad perseverandum, quo homo indiget in praesenti statu.

1. m. ideo, tere [illegible] Aug. ~~[illegible]~~se, Adamum et Angelos non indiguisse illo adj. quo fit ut perseveretur, quia docuit, Adamum innocentem, quamvis [illegible] hoc dono perseverare potuisse, si voluisset. Atqui hoc ipsum dixit Aug. de ave reparato inquiens: <u>homo in eo</u> <u>quod audieras et tenueras in eo perseveranse</u> [illegible] de corr. et grat.); etsi contendat hunc opus habere illo auxiliari adjutorio, ut reipsa perseveret. Ergo Aug. idem sentit de utroque statu.

[illegible]. docuit, Hipponensis [illegible], Adamum et [illegible] non perseverantes eo adj. fuisse destitutos; Angelos perseverantes eodem fuisse instructos: ergo reipsa sensit etc.

[illegible] Aug. lib. 12. de civit. docet, Angelos perseverantes aut majorem in ipsa creatione gratiam [illegible], aut amplius adjutos deinceps perseverasse. hos <u>amplius adjutos</u> ad beatitudinis <u>plenitudinem pervenerunt</u>.

[illegible] 9. Amplius hoc adjutorium erat adjutorium [illegible]. [illegible] disjunctim requirit aut ~~[illegible]~~ majorem aut gratiam accepisse in creatione, aut amplius adjutos pervenisse. Atqui major gratia, quam suppositur accepisse in creatione, erat adjutorium [illegible]. Ergo et amplius adjutorium erat adjutorium [illegible].

[illegible] si quaerit unde [illegible] sit, ut aliis cadentibus, alii steterint. sed adjutorium gratiae [illegible] erat ad decidendam quaestionem. [illegible] [illegible] accepisent adjutorium gratiae jam steterant.

[illegible] ipsi amplius adjutorium adeirat Aug. ad cognoscendum unde steterint, et quo factum sit ut steterint, nam illud amplius adjutorium ex Aug. fuit causa meriti, [illegible] sed quo merebantur, erat in causa, quod steterint. Ergo.

[illegible] Assumptio. Angeli ex Aug. non meruerunt perseverando solo adjutorio sine quo non, sed per adjutorium quo, sed adjutorium quo ex Aug. est potentius, majus, ac proinde amplius. Ergo per hoc meruerunt.

[illegible] Adj. quo ex Aug. est illud quo aliquis [illegible]. sed ubi Angeli perseverarunt merentes per adjutorium, quo reipsa perseverantes meruerunt. Ergo.

[illegible] remotis ambagibus [illegible] [illegible] quo [illegible] recte. sed adjutorium [illegible] dabat velle et [illegible] perseverare. [illegible] dabat velle [illegible] Deum amare, Deoque adhaerere, quod idem est ac velle non recedere a Deo. [illegible] sunt verba in margine Z-Arcudonii citata, [illegible] [illegible] accen[illegible] etc.

Augustini [illegible] non ex [illegible] conceptis opinionibus statuenda, sed ex doctrina [illegible], qui ejus dogmata [illegible] verba exscripserunt. [illegible] autem sunt, [illegible] Gelasius, Gregorius M. et S. Bernardus. Atqui omnes isti Angelos bonos non auxilio communi et ordinario, quale fuit [illegible] qui ceciderunt, sed [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, intelligunt de gentibus fidei gratiam non habentibus. 27. Liberum arbitrium sine gratiæ Dei adjutorio non nisi ad peccandum valet. 28. Pelagianus error est dicere, quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum. 35. Omne quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est. 37. Cum Pelagio sentit, qui boni aliquid naturalis, hoc est, quod ex naturæ solis viribus ortum ducat, agnoscat." Similes sunt 38. 40. 65.

Quesnelliana in Constit. Unigenitus damnata sunt. 26 Nullæ dantur gratiæ nisi per fidem. 27. Fides est prima gratia, et fons aliarum gratiarum. 38. Peccator non est liber, nisi ad malum sine gratia Salvatoris. 39. Voluntas, quam gratia non prævenit, nihil habet luminis, nisi ad aberrandum, ardoris nisi ad se præcipitandum, virium nisi ad se vulnerandum. 40 Sine gratia nihil amare possumus, nisi ad nostram condemnationem. Ex his aliisque Quesnelli propositionibus patet ipsum docuisse, ante fidem gratiam nullam conferri, atque idcirco in infideli non solum, etiam in peccatore nihil remanere nisi peccatum, et peccati consequutiones.

V. Conveniunt Catholici omnes, inquit Bellarminus lib. 5. de gratia et lib. arb. c. 4, nullo prorsus excepto in duobus: primum, non posse fieri ulla opera solis naturæ viribus, quæ sint meritoria gratiæ, de quo satis disputatum est 2bus prec. capitibus; Deinde non esse peccata omnia opera, quæ justificationem præcedunt. Intra hos limites adhuc disceptatur, num aliquod opus moraliter bonum, quamvis nullo modo gratiæ, aut salutis æternæ meritorium, sine Dei superno adjutorio effici possit. Baii proscriptione minime territi præter alios nonnullos multi ex ea, quæ a S. Aug. nomen sibi adsciscunt, schola, palam, et ubique docent, solis naturæ viribus elicitum nullum opus moraliter bonum haberi posse. Prodiit quidem in lucem anno 1744 scriptum acre ac vehemens, cui tit. Bajanismus redivivus in scriptis PP. FF. Bellelli, et Berti ord. Erem. S. Augustini, quo autor Anonimus præcipuos hos scholæ illius Theologos veluti proscriptorum in Bajo errorum assertores traducit: ei tamen biennio vix elapso vehementem non minus, quam vastam pro se, sociisque suo Apologiam

42. Justitia, qua justificatur per fidem impius, consistit formaliter in obedientia mandatorum, quæ est operum justitia, non autem in gratia aliqua animæ infusa, qua adoptatur homo in filium Dei, et secundum interiorem hominem renovatur, ac divinæ naturæ consors efficitur, ut sic per Spiritum S. renovatus deinceps bene vivere, et Dei mandatis obedire possit.

69. Justificatio impii fit formaliter per obedientiam legis, non autem per occultam communicationem et inspirationem gratiæ, quæ per eam justificatos faciat implere legem; itaque inter [illegible] liber [illegible] ad sensum damnandum quem regerunt. 44. [illegible]

38. Omnis amor creaturæ rationalis aut vitiosa est cupiditas, qua mundus diligitur, [illegible] aut laudabilis illa caritas, qua per Sp. S. in corde diffusa Deus amatur.

40. Suis actibus peccator servit Dominanti cupiditati

50. Prava desideria, quibus ratio non consentit, et quæ homo invitus patitur sunt prohibita præcepto: Non concupisces.

51. — — — sunt vera legis inobedientiæ.

In Quesnello damnata hæc 45 et 46. [illegible] Dei in [illegible] de peccatorum [illegible] regnante, necesse est [illegible] alis regnet cupiditas, eaque ejus actiones corrumpat. Cupiditas aut caritas usum [illegible] vel malum faciunt.

Quid ergo [illegible] entia [illegible] et hic [illegible] est [illegible] Dei amor est illius principium interius, et Dei gloria illius finis, bene purum est, quod apparet exterius: alioquin non est nisi hipocrisis aut falsa justitia." Similes aliæ plures

Berti in Vindiciis Aug. system. Dss. 3. cap. 1. §. 6.
„ Quare si quis omni prorsus fide, et omni gratia destitutus
„ sit, quantumvis bene agere videatur, in quo li-
„ bet opere deflectet a recto tramite„.

Cap. 2. §. 6. „ Nisi adsit charitas, per quam refe-
„ ratur in Deum, in pravis operans non operabitur
„ propter aequitatem, cujus habet ideam ingeni-
„ tam, sed aut sibi placens, aut fruens bonis com
„ mutabilibus; et ideo erit opus pravum, atque
„ perversum„.

Franciscus Macedo tom. 2. coll. in 2. Sent. collat. 10
sect. 5. pluribus docet verissimam esse sententiam,
et procul dubio ab Aug. traditam„ ad vitanda pec-
cata, tum ad bene et honeste cogitandum in ordine
practico et morali, tum ad recte honesteq. operan-
dum, qualecunque id sit, modo honestum sit, opus
morale, atq. adeo ad servanda praecepta legis
naturalis, [illegible] Deum, justo, et debito amore,
in hoc statu naturae lapsae, ac destitutae, auxilio gratiae
aliquo opus esse, ut nihil omnino honum, quae comme
moravimus, per nudas solius naturae vires ad or
dinarie, et communi concursu naturali proxime,
ac expedite fieri ab hominem possit„.

Aug. contra mendacium c. 15. non est in eis re
[illegible]
tas mentis, non iniquitas mentientis„.

apparuit Cl. Laurentius Berti, in qua in aperto colloca-
re contendit, quantum inter se Bajumque intersit;
8. Discrimen omne ad haec potissimum capita reducit, primo
quod Bajus 25. propositione omnia infidelium opera pecca
tis, et Rhõru virtutes vitiis adnumerando idcirco erraverit,
quod opera ea, virtutesque a noxia cupiditate corrumpi
crediderit, nullum opus agnoscens, quod a fide perfecta, et a
charitate dominante non oriatur: 2do quod dum prop. 27 et
28. liberum arbitrium absque adjutorio gratiae non nisi ad
peccandum valere dicit, de gratia habituali loquatur, docetque
opera, quae absque ulla gratia fiunt, omni et intrinsece viti-
is a dominante cupiditate. Utriusque porro ad Emin. Honic
rationem adfert, quod propositiones hae damnatae sint respective
ad ejusdem prop. 35. Omne quod agit peccator, vel servus peccati
peccatum est„. „Contra vero nos, inquit, ad opus moraliter
bonum non requirimus charitatem habitualem, neque fidem perfe-
ctam, et plura etiam sine fide imperfecta, et sine gratia actuali
in infidelibus opera fatemur, quae licet non sint intrinsece pecca-
ta, neque a noxia cupiditate oriantur; quia tamen non fiunt
propter Deum, non bene fiunt„. Verbo: hi doctores, omnia opera,
quae sine supernaturali Dei gratia efficiuntur, non ideo mala
esse contendunt, quia in se, aut etiam ex fine proximo, et
immediato mala sint; sed ideo ~~omnia~~ peccari omnino mala fieri
docent, quia non fiunt propter Deum, ad quem propter se diligendum
omnia prorsus referendi praeceptum esse conclamant. Nos
communem apud auctores sententiam, ut eam appellat Joannes
a s. Thoma, et doctissimus Soto propugnantes ita statuimus.

Asservatio.

Potest homo absque supernaturali Dei adjutorio efficere
opera quaedam, quae tam objecto, quam fine spectato
moraliter sunt bona.

Ea, quae ex Scripturis afferre solent Theologi ad hanc
assertionem confirmandam, sunt opera plurium hominum
extra electum Dei populum degentium a Deo commendata,
aut etiam mercede repensa. Nam exodi 1. obstetrices Ae-
gyptias, quod pueros haebreorum, ut impius Rex jusserat
non praefocaverint, Deus remuneratus est. „Benefecit Deus
obstetricibus - - et quia timuerunt Deum, aedificavit eis do-

nos,, seu prolem dedit numerosam Ezechielis 29. Nabucodonosor ob susceptum adversus Tyrios judæorum hostes bellum terram Egypti a Deo obtinuit: dedi ei terram Egypti pro eo, quod laboraverit mihi, ait Dominus Deus. Similia leguntur Esdræ 1. c. 1 de Cyro. Danielis 4. de Nabucodonosore. Profecto hujusmodi opera nisi moraliter bona dicenda essent, qui umquam fieri potuisset, ut Deus illa commendaret, et remuneraretur. Verum hæc opera erant hominum, inquient non solum fide et gratia habituali, sed etiam actualibus carentium, quum Fides juxta Tridentinum sit humanæ salutis initium, fundamentum, et radix omnis justificationis, qua priores gratiæ supernaturales non dantur, quam quæ ad ipsam disponunt, et quæ idcirco ab Augustino,, quædam inchoationes fidei,, vocantur. Hinc opera moraliter bona solis naturæ viribus profecta dari concludunt. Verum quum certum sit dari hominibus multa Dei adjutoria, antequam fidem percipiant, ac illa Quesnelli propos. 27. Fides est prima gratia et fons aliarum gratiarum,, fuerit proscripta, fateor me nullam in eo argumento vim posse reperire. Quare ita

Assertionem ostendo ex Patribus ac præsertim ex Augustino, quem hujus controversiæ judicem libenter admittunt nostri Adversarii. Libro de spiritu et littera quum cap. 25. discrimen inter vetus et novum testamentum hoc statuisset, quod in veteri lex Dei lapidibus, in novo autem fodere cordibus inscripta fuerit, cap. 26 sibi objicit illa Apostoli verba Rom. 2. Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, respondet in eo textu per gentes intelligendos esse homines ex gentilitate ad christifidem conversos. Cap. autem 27. subjungit etsi, de infidelibus Christi gratia destitutis intelligatur, nec sic tamen perturbandam esse differentiam qua distat a vetere testamentum novum. Ea occasione hæc de eorum operibus ait: „ Si autem hi, qui naturaliter quæ legis sunt faciunt, nondum sunt habendi in numero eorum, quos Christi justificat gratia, seu in eorum potius, quorum etsi impiorum, nec Deum verum veraciter, justeque colentium quædam tamen facta vel legimus, vel novimus, vel audimus, quæ secundum justitiæ regulam non solum vituperare non possumus, verum etiam

n. B. D. Thomas 1. 2. q. 114. ar. alt.

S. Hier. in hunc [illegible] „ Ex eo quod Nabuc[illegible] mercedem accepit boni operis, intelligimus etiam [illegible] cos si [illegible] boni fecerit [illegible] ei judicio præterire [illegible] et [illegible] Nabucodonosor [illegible] Dei appellatur eo quod ad servi[illegible] [illegible] Dei servierit voluntati. Cæterum S. Thomas [illegible] sed [illegible] plures [illegible] haud [illegible]

Chrysost. Theodoret. Theofil. Cypr. Hier. de Gentibus illud interpretantur

[illegible]
[illegible]
lineamenta extrema remanserint: etiā sic etc.

merito, recteque laudamus -- etiam sic illa differentia non perturbatur, qua distat a vetere testamentū novū" (a) autem[2] Octavo,, Nam et ipsi homines erant, et vis illa naturæ inerat eis, qua legitimum aliquid anima rationalis et sentit, et facit -- Sicut non impediunt a vita æterna justū quædā venialia, sine quibus vita hæc non ducitur: ita salutem æternā nihil prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillime vita cujuslibet pessimi hominis invenitur,,. Ex quo, et multo magis si totū hoc postremum caput legatur, constat Augustinum in infidelibus, in illis qui gratia Christi sunt destituti, agnovisse opera nonnulla a viribus naturæ profecta, quæ secundū justitiæ regulā non solū non vituperanda, sed merito recteque laudanda sunt. At secundū eandē justitiæ regulā plane vituperanda essent, si quantumvis ex objecto bona, illis necessarius finis deesset. Ergo tam ex objecto, quam ex fine bona esse censuit.

Lib. 5. de Civit. Dei c. 15. de Romanis ait: Quibus non erat Deus daturus vitam æternā... si neque hanc eis terrenā gloriā excellentissimi imperii concederet, non redderetur merces bonis artibus eorū, idest virtutibus, quibus ad tantā gloriā pervenire nitebantur,,; et paucis interjectis,, Non est, quod de summi, et veri Dei justitia conquerantur: perceperunt mercedē suā,, Quis vero somniabit sua opera ad Deū propter se dilectū eos retulisse? Ea igitur opera sine fide, et sine gratia elicita, quibus temporalis merces retribuenda erat, et fuit retributa, ne de justitia Dei conqueri possent, atque ideirco opera bona tam ex objecto, quā ex fine spectata.

Suum calculū addat Augustini studiosissimus Fulgentius, qui l. de incarn. et gratia c. 26 hæc habet,, Quod si quibusdā cognoscentibus Deū, nec tamen sicut Deū glorificantibus cognitio illa nihil profuit ad salutem: quomodo hi potuerunt justi esse apud Deū? Quasi in suis moribus, atque operibus bonitatis aliquid servare ut hoc ad finē Christianæ fidei, charitatisque non referant quibus aliqua quidē bona, quæ ad societatis humanæ pertinent æquitatem, inesse possunt; sed quia non fiet

et Charitate Dei fiunt, prodesse non possunt,, Hic profecto ea opera recensentur, quæ ad salutẽ et justificationem ideo non conferunt, quia fide et Charitate non sunt effecta, ac proinde, fine illo ultimo, ad quẽ õia referenda esse volunt AA. ne peccatis accenseantur, sunt plane destituta: at nihilominus semel iterumque bona vocantur.

S. Hier. in c. 1. Epist. ad Galatas ,, Perspicuum fit nationibus inesse notitiam Dei, et habere in se semina sapientiæ, et justitiæ, reliquarumque virtutũ. Unde multi absque fide, et Evangelio Christi vel sapienter faciunt aliqua vel sancta, ut Parentibus obsequantur, ut inopi manum porrigant, non opprimant vicinos, non aliena diripiant,,

Nil s. Thoma luculentius 2. 2. q. 10. a. 4. Manifestũ ẽ, inquit, quod infideles non possunt operari bona opera, quæ sunt ex gratia, scilicet meritoria: tamen bona opera, ad quæ aliqualiter sufficit bonũ naturæ, aliqualiter operari possunt. Unde non oportet, quod in omni opere suo peccent,,

1. 2. q. 109. a. 2. Potest etiã in statu naturæ corruptæ per virtutem suæ naturæ aliquod bonũ particulare agere ... non tamen totum bonum sibi connaturale,, Auxiliũ quidẽ ibi requirit primi moventis Angelicus. Sed auxiliũ generale, seu concursũ Dei generalẽ, secus quã diceret per virtutẽ naturæ

Sed prætereundus non ẽ magnus divini Amoris Magister, qui S. Salesius, qui rem hanc ita suo confirmat suffragio l. 11 de Amore Dei c. 1. ,, Apostolus testatur Paganos, qui fidẽ non habent, facere naturaliter, quod lex jubet; et quando faciunt, quis dubitet, quin benefaciant, et adeo quod faciant, æstimetur: Pagani cognoverunt matrimonium esse bonum; maxime conveniens ac necessarium prolem in liberis, artibus liberalibus, vita civili, amore patriæ educare: quod cognovere bonũ, fecere, tuo relinquo decernendũ judicio, an id oculis Dei non apparuerit bonũ. siquidẽ eo fine, eaque intentione eis rationis lumen, inclinationemque communicaverit naturalẽ. Ratio naturalis ẽ arbor bona in nobis a Deo plantata: fructus inde nascentes non possunt non esse boni. quamquam comparati iis, qui ex gratia generantur, levissimi sint pretii, non tamen nullius; quum Deus eos æstimaverit adeo ut teste magno Augustino morales Romanorũ virtutes magna liberalitate, et magna imperii fama, pensaverit,,

Probatur Ecclesiæ judicio Baii propõnes damnantis.

Recole ex n.o 4. paulo ante recensitas prop. 22. 28 et 31. in quibus tanquam Pelagii errorem ipsam nostram sententiam traducebat. Eas autem propositiones non tantum ob censuræ acerbitatem, verum etiam ob doctrinam ibidem contentam fuisse proscriptas Belarminus, cui utpote præsenti quum Bulla publicaretur Pontificis mens optime fuit perspecta, Lessius quoque auctor status, aliique gravissimi viri testantur. Verum nunc libet alias, quæ nulla censura oppositam notent doctrinam, producamus, atque ita Adv. conveniamus. Si nullum bonum opus moraliter bonum a libero arbitrio Dei gratia destituto exprimi potest, omniaque ejusdem effecta vitio aliquo corrumpuntur, legitime consequitur, liberum arbitrium sine gratiæ Dei adjutorio nonnisi ad peccandum valere, voluntatem, quam gratia non prævenit, nihil habere luminis, nisi ad aberrandum, nihil ardoris, nisi ad se præcipitandum, virium nisi ad se vulnerandum. Sed primum consectarium sunt ipsissima verba 27 propositionis in Bajo proscriptæ; secundum autem 39 in Quesnello profligatæ. Ergo etc.

Ostenditur tandem ratione [Juxta Jansenium, Bajum, Quesnellum, ceterosque adversarios ideo omnia opera, quæ sine Dei gratia efficiuntur, mala forent, vel quia fiunt ex prava fine, vel quia ad Deum non referuntur. Sed primum merito negatur, secundum autem non est necessarium. Ergo etc. Probatur prima utraque pars] Sentiens, Dei gratia destitutus cognoscit obedientiam Parentibus a Deo præceptam esse, potest eandem ipsis obtemperando ut Deo morem gerat. Ostendi enim non potest, ullam majorem difficultatem occurrere in hoc fine eligendo, quam sit in opere ipso præstando: imo cupiditatibus suis magis ab objecto, quam ab ipso fine revocatur. Sed dum ita operatur homo, ejusdem opus bonum est tum ex objecto, tum ex fine. Ergo etc. Deinde ad honestatem actuum humanorum non requiritur, ut singulæ actiones ad Deum tanquam ad ultimum finem singulis vicibus referantur; sed natura sua quæ honestæ ad Deum tendunt, tanquam omnis honestatis auctorem, dummodo per pravum operantis affectum non deturpentur

Si opera hæc mala forent, talia essent vel quia fierent a peccatore, a quo tanquam a vitiata causa vitiata exorirentur, ut volunt Lutherus, [illegible] Bajus, Jansenius etc. Vel quia in Deum non referuntur, ut referri debent, quemadmodum Macedo, Bert., Noris etc. Vel quia bona naturæ non habent proportionem cum morali honestate [illegible] Conc. Trid. et Pontif. declarationes, inde refutatur, quod Avarus non semper operetur ex affectu avaritiæ, ac proinde avaritia non influit in omne opus ejus; sed interdum ex affectu misericordiæ v.g. opem inopi ferendo, quæ capitulatio in Adv. opinione esset avaritia, quod [illegible] nemo dixerit. Secundum etc. ut hic in ☉. Tertium ex Aug. Hier. Prosp. Angelic. experientia natura utut infirma plura tamen faciliora [+propter se dilectum] agit secundum rationem

[illegible] sequeretur præstare melius esse non agere hujusmodi bona, quam agere; sequeretur plures necessario peccare instante præcepto: sive enim agerent, pec-

Quare Aug. in psalm. 27. „ Timor, inquit, nondum castus praesentiam Domini et poenas timet, et timere facit non timore amittendi bonum illud, sed timore patiendi illud malum. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi sponsi, sed timet, ne mittatur in gehennam. Bonus est iste timor utilis est„ Quod etiam a Tridentino declaratum fuit sess. 6. can. 8. et sess. 14. cap. 4. et liquet ex prop. 14, et a ab Alexandro 8vo damnatis. Sed iterum ex Augustino lib. 1. de peccat. meritis et remissione cap. 22. patet nonnullos Christi gratia destitutos„ ab ineunte aetate pueritiae esse modestiores, ingeniosiores, temperatiores, ex magna parte libidinum victores qui avaritiam oderunt, luxuriam detestantur, atque ad virtutes ceteras provectiores, aptioresque consurgunt„ Ergo hujusmodi actiones natura sua bonae atque honestae sponte quoque sua ad bonitatis, atque honestatis auctorem tendunt, licet expresse non referantur. Quamvis enim saepissime, ut concedimus cum Aug. de Spir. et litt. cap. 28. aliquo pravi finis labe inficiantur, id tamen semper non contingere ex eodem s. Doctore fatendum est, qui docet cap. cit. hujusmodi homines mitius esse puniendos.

Corollarium. Peccatores igitur in omni opere non peccant. Si enim gratia destitutus aliqua opera moraliter bona efficere potest, neque id peccatori est denegandum, quandoquidem licet peccator sit, non semper agit ex peccati, in quo detinetur, affectu: avarus enim aliquando est liberalis, impudicus interdum temperans. Quare merito Joannis Hus, et Joan. Wicleffi articulus ille, ex principiis fidei est per se notum quod quidquid homo in peccato mortali facit, peccat mortaliter„ a Concil. Constant. sess. 15. damnatus est. Neque in omni opere infidelis peccat, quod impugnat Bajus prop. 25. damnata, in qua omnia infidelium opera peccata, et Philosophorum virtutes vitia esse dicebat. Quam propositionem nihil veritus Jansenius lib. 4. de statu naturae lapsae c. 17. dicere ausus est„ infamia, error, impietas contraria Scripturis et fidei, quod infidelium sit ulla virtus vera, vel opera sine peccato juxta Aug. et Conc. Arausicanum„ Videamus quo fundamento grandiloquus homo innitatur.

carent, quod in opposita sententia neq. instante praecepto gratia tales semper; sive non agerent, quia actio tunc [illegible] esset.

8 „ Si quis dixerit, gehennae metum, per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel a peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere, anathema sit„. Et sess. 14. cap. 4 „ illam contritionem imperfectam, quae attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennae et poenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniae; declarat, non solum non facere hominem hypocritam, et magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, et Spiritus S. impulsum„. His consona sunt, quae docuit Alexander VIII. plures articulos proscribendo 7. Decembr. 1690. Artic. 10. erat „ intentio qua quis detestatur malum, et prosequitur bonum, mere ut caelestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens„. Apertior est art. 9. „ Revera peccat, qui odio habet peccatum mere ob ejus turpitudinem, et disconvenientiam cum natura rationali sine ullo ad Deum offensum respectu„. 8. Necesse est infidelem in omni opere peccare. 11. Omne, quod non est ex Fide Christiana supernaturali, quae per dilectionem operatur, peccatum est. Quicunq. illas prop. aut conjunctim aut divisim docuerit, defenderit etc. ipso facto incidat in excommunicat. reservat. Pont

Objic. itaque 1. quod semper in ore habent Adv. illud Apostoli testimonium ad Rom. 14. v. ult. Quod non est ex fide, peccatum est, cui addi solet alterum ad Haebreos 11. v. 6 sine fide impossibile est placere Deo. opera igitur inquiunt absque fidei gratia effecta non sana, sed peccata sunt

R. autem negando conseq. Ex Apostolo enim ad Romanos colligere quidem potes, atque adeo debes, omnia peccata esse quae non fiunt ex fide, idest ex conscientiae dictato, quo quis ea, quae agit licita sibi prudenter persuadet, non vero omnia illa peccatum esse, quae non fiunt ex fide, quatenus virtus est Theologica. Namque eo loci divus Paulus fidem sumit primo sensu, sive pro conscientiae dictamine: praemiserat enim eodem textu: qui autem discernit (seu judicat vetitum sibi esse cibum) si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide,, atque ad hoc evincendum subjungit,, omne autem quod non est ex fide, peccatum est,,. Sensu altero fidem saepe usurpari ab Aug. non inficiabor, atque docere infideles, quod prope omnia ex pravo fine agant, plerumque suis in operibus peccare. „Si discutiantur, inquit supra cit. lib. de Spiritu et littera c. 28. si discutiantur quo fine fiant vix inveniuntur, quae justitiae debitam laudem, defensionemque mereantur,,: aliquando tamen inveniri fatetur, et religio ita pergens,, Veruntamen non usque adeo in anima humana imago Dei terrenorum affectuum labe detrita est, ut nulla in ea velut lineamenta extrema remanserint, unde merito dici possit etiam in ipsa impietate vitae suae facere aliqua legis, vel sapere,,. Ergo si pravus ille finis absit, ut abesse aliquando potest, opera illa sine fide Theologica facta quare peccata esse dicemus!

Ex altero autem Apostoli loco evinces impossibile esse sine theologica fide placere Deo comparate ad vitam aeternam, aut justificationem, quae fit per gratiam sanctificantem, non autem esse impossibile in ordine naturali et precise ad moralem honestatem. Ibi enim Apostolus ut idem religioni suae plus aequo deditis fidei in Christum necessitatem probet, narrat quidem eorum Henoch, Noe, Abraham sine hac fide salvos factos esse ostendit.

Objic. Dices 2. idem Apost. ad Titum 1. v. 15. docet nulla infidelium, aut peccatorum opera bona esse, verum omnia

immunda, et inquinata: inquit ē: omnia munda mundis: coinquinatis autē, et immundis infidelibus nihil ē mundū, sed inquinatæ sunt eorū et mens, et conscientia „. Præceptū vero, quod illi perpetuo transgrediuntur, affert 1. Cor. 10. v. 31. docens „ sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriā Dei facite „. Quo quidē in loco non consiliū, sed præceptū injungi cum Angelico in epist. ad Coll. cap. 3. passim docent Catholici. Modū vero quo istud præceptū adimpleri debeat tradit Paulus ead. in epist. c. 16. v. 14. omnia vestra in Charitate fiant „. At infideles, et peccatores in gloriā Dei actiones non referunt, aut saltē ex motivo Charitatis non operantur. Peccant igitur in omni opere.

Ad primū Apostoli locū ita cum Augustino lib. 31. contra Faustū cap. 4. interpretando. Apostolus ibi redarguit incredulos illos, qui intendentes judaicis fabulis, et mandatis hominū, legem veterē in ciborū delectu etiamnū obligare credebant; assentque veris Fidelibus omnes cibos licitos esse, infidelibus autem, et innumeris superstitionibus inquinatis ex prava eorū conscientia omnes illicitos apparere. Verū si quis ex eo textu omnes infideliū actiones immundas esse concludat, inde per summū nefas omnia Fideliū et justorū opera munda esse deducat, quū tamen vel ex proverbio dicitamus, septies in die justū cadere.

Ad alterum respondeo cum Angelico, cæterisque Catholicis passim ut illud præceptū impleatur, opus non esse singulas actiones ad Deū expresse refferre; sed quotquot ex objecto bonæ sunt, et ex honesto fine suscipiuntur, implicite ad Deū referri, atque in ipsius honorē redundare. Ita certe Romanos, dū leges conderent, opes Reipublicæ augerent, bella adversus hostes susciperent, humanæ gloriæ servisse ait Augustinus, etsi non singulis actionibus suis expresse illā intenderent.

Ad tertiū regero hominē operari debere ex motivo Charitatis in omni sua actione Charitatis præcepto, quatenus negativū est, semper et pro omni tempore obligari, sicut cæteris negativis mandatis omni prorsus momento adstringitur, sed quatenus hoc præceptū ē affirmativū semper quidē, at non pro omni tempore ligamur. Huic ū satisfaci-

mus, si Deum certis temporibus toto corde, totisque viribus diligimus, atque ad eum tanquam omnium rerum finem ultimum cuncta referamus; quin omnes singillatim actiones ex motivo charitatis eliciantur.

Dices 2. Quare igitur Deus opera peccatorum, etiam illa quæ videntur bona, odit, et rejicit? Quid, si objectum spectes, melius, quam Domino incensum adolere, ejus solemnitates celebrare, ipsum humilibus precibus venerari? At quoniam a peccatoribus hæc ex motivo, ut debent, Charitatis non efficiuntur, propterea Is. 1. 13 ait Deus „ incensum abominatio est mihi; Calendas vestras, et solemnitates vestras odivit anima mea. Similia habentur Jer. 7. 21. Eccli. 34. v. 23. et Joannis 9. v. 13. Deus peccatores non audit„

R. Judæorum sacrificia et ritus, de quibus loquitur Propheta et Ecclesiasticus, ea potissimum de causa Deo displicuisse, quod scelera omnia impunita sibi fore arbitrarentur, modo externos ritus et cæremonias observarent. Jer. 7. ut c. 7. v. 3. ait „ nolite confidere in verbis mendacii dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini! Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis. Furari, occidere, adulterari, jurare mendaciter, libare Baalim, et ire post Deos quos ignoratis et venistis, et stetistis coram me in domo hac, et dixistis: liberati sumus eo quod fecimus omnes abominationes istas „. Quare Deus tunc solum Deus rejicit, et abominatur peccatorum opera„ quæ bona ceteroquin essent; quando cum affectu ad aliquod peccatum affectu conjunguntur. Locus ultimus ex Joanne relatus verba continet non Christi, sed hominis cæci, qui ut Christum peccatorem, et blasphemum non esse contra Pharisæos evinceret, ex patrato circa se miraculo argumentabatur.

Obji. 2. Concilium Arausicanum 2dum can. 20„ nulla in homine bona fiunt, quæ non facit homo; nulla vero facit homo bona, quæ non Deus præstet, ut faciat homo„ et can. 22„ nemo habet de suo, nisi mendacium et peccatum„. Ergo nulla opera in homine possunt inveniri, nisi mendacium et peccatum, quando divina gratia est destitutus.

R. dquando consequens, nulla opera sine Dei gratia in homine possunt inveniri in ordine ad vitam æternam,

Primo, quia hæc peragebant impuro corde. At licet victimæ illæ, et cæremoniæ ita sanctæ non essent, sicut nostra sancta tamen, seu humili corde, ac reverenti erant celebranda.

Secundo, quia tempore legis Evangelicæ, ait Augustinus, illa sacrificia Deo displicebant. Ad Christi[?] autem etiam ipsam veterum fuerunt docet Cyprian. Cyr. Basil. aliique plures

Tertium adducit rationem Hier. quod per illa sacrificia Deus non placabatur ex opere operato, sed ex opere, seu devotione, et pietate offerentium, quæ quum deeret, Deus non placabatur sed ad iram incitabatur

est ~~[illegible]~~ damnationē, nisi mendaciū, et peccatū, concedo; in ordine naturali, de quo Concilio Araus: sermo non erat, nego conseq. Neque id pro arbitrio, sed illius Sinodi decreta et scopum attendentes affirmamus. Satis aperte suam mentem prodit Arausicanus conventus, se non de operibus, quæ inutilia sunt ad celestē beatitatē, utut naturaliter bona et honesta, sed de illis dumtaxat, loqui queis æterna salus promittitur, dū can. 6, et 7 definit, sine Dei adjutorio hominē nihil desiderare aut conari posse sicut oportet, aut cogitare, ut expedit bonū aliquod, quod ad salutē pertinet vitæ æternæ.+ Quid: quod homo nihil omnino vere ac proprie habeat de suo, nisi peccatū et mendaciū, quem bonū quodlibet licet sine supernāli Dei gratia patratū, non homini solū, verū et Deo tanquā causæ principali sit tribuendū; Si aliter invenies, qui nobis hoc objiciat, Arausicani sancita interpretari voluerit, Ecclesiā sibimetipsi contradicentem faciat oportet; quoniam eadē Christi Ecclesia illā Baii propositionē damnavit,, liberū arbitriū sine gratiæ Dei adjutorio non nisi ad peccandū valet,,.

+ Nimirum, ut notum ē lippis et tonsoribus, de hisce operibus tantum sermo erat Arausicano cū semi-Pelagianis, non de illis, quæ omō sterilia sunt ad consequendā æternā beatitudinē, aut justificationem impetrandā.

Idē concilium statuit, si quid habet homo veritatis, ab illo fonte esse quē debemus sitire in hac eremo, ut eius ex eo quasi guttis quibusdā irrorati non deficiamus in via. De quibusnam veritatibus loqui potest, aut de quonā auxilio

Objic. tertio Augustinū, qui tum alibi sæpius, tum inprimis lib. 4. contra Jul. cap. 3. constanter affirmat et probat absque supernaturali Dei adjutorio, et sine fide in Christū nullas virtutes, nullaque bona posse haberi.,, Absit, inquit, ut sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit justus: absit autem ut sit justus vere, nisi vivat ex fide: justus enim ex fide vivit... Sit ille licet ille Fabricius, sit licet Fabius, sit licet Scipio, sit licet Regulus... nec in istis est vera justitia,,. Et lib. 1. ad Bonifaciū c. 3.,, Nec potest homo boni aliquid velle, nisi adjuvetur ab eo, qui malū non potest velle,,.

R. in duplicē classē virtutē (idē dic etiā de bono) partitum esse Augustinū; atque in altera virtutem, quæ ad celestē beatitudinē conducat, in altera vero illā, quæ in ordine dumtaxat naturali sistit, collocasse. Allatis in locis de virtute primo sensu accepta solū disputans, eam sine fide in Christū esse non posse contendit. Pelagianos ēt ac præsertim Julianū impugnans, qua[s] ~~[illegible]~~ virtutes ipsi errantes sibi confixerant, tales negat

Augustinus. Manifestū ē autē Julianū de virtutibus quibus debetur æterna vita, loquutū fuisse, hisque Christi gratiā aut fidē necessariam non esse affirmasse. Sic [illegible] Clara sunt ipsius Juliani verba loc. cit. „ Erunt ergo, inquit, in damnatione sempiterna, in quibus erat vera justitia „. De hujusmodi ergo virtutibus, quibus æterna vita non potest denegari, disputans Augustinus, aperte summoque jure affirmat, si eis desit fides, virtutes veras non esse. Mentē suā tam aperte indicat ibidē Augustinus ut de illa nemo possit dubitare. Sic enim hanc duplicē virtutū classem distinguens ait „ Non enim absurde virtus definita est ab eis, qui dixerunt: Virtus ē animi habitus naturæ, atque rationi consentaneus. Verū dixerunt, sed quid sit consentaneum liberandæ, ac beatificandæ naturæ mortalium nescierunt... Si ergo ad consequendā ~~virtutē~~ verā beatitudinem, quam nobis immortalem fides, quæ in Christo ē vera, promittit, nihil prosunt homini virtutes, nullo modo possunt esse virtutes „. Et circa finē ejusdē capitis „ Sit nos illud bonū hominū dicere, illā voluntatē bonā, illud quoque bonū sine Dei gratia nemini posse conferri, per quod solum homo potest ad æternā Dei domū, regnumque perduci.

Dices 1. Augustinus loc. proxime cit. n. 33. „ Illum + non facit, inquit, opera bona intentiona bona fidei, hoc ē ejus, quæ per dilectionē operatur, totū quasi corpus, quod illis velut membris operibus constat, tenebrosum esse, hoc ē plenū nigredine peccatorū „. Censuit igitur infidelē in omni opere peccare.

+Disce, inquit eum, qui non est

R. negando cons: Non enim singula opera, sed operantes, quamdiu infideles sunt, et non operantur ex fide Christi plenos esse nigredine peccatorū ait. Ang. Cum enim, ut recte ibidē animadvertit, plerique operentur „ vel hominibus placere quærentes, vel sibi, vel alii sive in his rebus, quas vitiose concupiscunt, humanas molestias devitantes, sive Dæmonibus servientes, fit omnino, ut plerumque peccent, et peccatorū nigredine repleantur.

Dices 2. Eodē loco n. 25. De infidelibus, qui opera legis in cordibus eorū scriptæ faciebant ita subjungit

,, tripsicantes, quod homines sine fide non ad eum finem ista opera retulerint, ad quem referre debuerant,,.

R. Nihil esse, quod hunc textum de singulis pravorum actionibus exponendum esse persuadeat. Augustinus hic, et alias nonnumquam de eo peccato infidelium loquitur, quod ii dono vitiis suis obicem ponentes, Dæmonum se cultui mancipent, nec ad Deum finem suum ultimum revertere laborent, sicut etiam loquitur Apostolus in ea, quæ ē ad Romanos, cujus sensum hic interpretatur Aug. ,, Cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; sed evanuerunt in cogitationibus suis ... commutantoque veritatem Dei in mendacium, et coluerunt et servierunt creaturæ potius, quam Creatori,,.

Dices 3º. Singulas actiones, et illas etiam quæ præstantissimæ videntur, vitiosas esse putavit Aug. Nam lib. 19. de Civit. c. 25. ,, Virtutes, quas sibi habere videtur, perquas imperat corpori, et vitiis ad quodlibet adipiscendum, vel tenendum, nisi ad Deum retulerit, etiam ipsæ vitia sunt potius, quam virtutes;

R. negando ans. Textus autem in ejus probationem allatus, non equidem nos, sed Stoicos perstringit, qui virtutem se ipsa contentam, ita sibi solam sufficere dixerunt, ut Deum, et æternam beatitudinem prorsus excluderent. Porro virtutes, quæ ita in se ipsis sistunt, ut nullo modo ad Deum reducantur,, inflatæ, ut ibidem ait Aug., et superbæ sunt, et ideo non virtutes, sed vitia judicanda sunt,,. At nobis de illis sermo ē, quæ actiones propter moralem honestatem, quæ in illis elucet, quæque sua sponte in Deum redundat, suscipiunt.

Dices 4. Non Stoicorum modo, verum omnium infidelium virtutes eodem vitio infectas docet Aug. quia in Deum propter se dilectum non referuntur. Lib. 2 de Gratia et lib. arb. c. 18 ait: Quidquid se putaverit homo facere bene, si fiat sine Charitate, nullo modo fit bene,, in Enchiridio 121. cap. 24. Omnia igitur præcepta divina referuntur ad Charitatem, de qua dicit Apostolus,, Finis præcepti est Charitas, de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta,,. Ergo quum nullum præceptum ex Charitate hac impleant infideles, vitia in omni opere laborant.

Aug. serm. 349. Charitas alia ē divina, alia ē humana: alia humana licita, alia illicita — Liceat vobis humana diligere conjuges, diligere filios, diligere amicos vestros, diligere cives vestros. Omnia enim ista necessitudinis habent vinculum, et gluten quoddam charitatis. Sed videtis illam Charitatem esse posse et impiorum, idest paganorum, judæorum, hæreticorum,,.

Eod. cap. Nam qualis corporis atque vitiorum potest esse mens domina, veri Dei nescia, nec ejus imperio subjugata, sed vitiosissimis Dæmonibus corrumpentibus prostituta? [illegible] virtutes etc. ut in object. Nam licet a quibusdam tunc veræ et honestæ putentur esse virtutes, quum ad se ipsas referuntur, nec propter aliud expetuntur etiam tunc inflatæ, et superbæ sunt etc.

Stoici putabant virtutem sibi præmium esse, se ipsa contentam, eamque satis esse ad bene beateque vivendum. Sed is ē primus arrogantiæ gradus.

R. nego ass. Ad primum Aug. testimonium: Pelagium impugnat, et per charitatem, non motivum, et [illegible] rantis, sed adjutorium voluntatis ad Deum et proximum salutariter diligendos necessarium intellexit: „Cum dicitur diligamus invicem, ait ibidem Joan. Apost. expondet [illegible] hoc est, cum dicitur: quia dilectio ex Deo est, gratiam". In Enchiridio vero propterea finem praecepti charitatem esse docet, quia omnia particularia praecepta ad unum generale dilectionis praeceptum, quo Deum, et proximum diligimus, possunt revocari. +

†Sed numquam in ea sententia fuit egregius D. ut omnia, quae sine theologica charitate implentur, peccata esse putaverit. Nam, ut in Assertionis nostrae momentis dictum est, timorem nondum charitate hac decoratum bonum et utilem pronunciavit; et l. 9. de Civ. c. 5. naturalem misericordiam commendavit, et serm. 349. c. 2 humanam dilectionem, qualis et in Paganis invenitur, licitam esse docuit; et serm. 150 c. 8 ceteras omnes cardinales virtutes, licet superno Dei amore informatas non esse fateatur, ut contingit in Stoicis, quos ibidem exagitabat, laudabiles esse concessit.

[illegible] agit contra Semipelag. qui ejusmodi semina virtutum in se nobis dicebant, quae pullulaverint per pia desideria, ut ita hoc sed primam gratiam praeparavent.

Objic. ultimo Aug. discipulos S. Fulgentium, et S. Prosperum. Ille l. 2. de veritate Praedestin. c. 5. „Deo igitur, inquit, bene placemus, nisi velimus: sed ab ipso nobis tribuitur, ut velimus, a quo nisi voluntas hominis mutetur, ut bona sit, aut semper appetit malum, aut numquam bene appetit bonum." S. Prosper vero in sententiis n. 106. „Omnis infidelium vita peccatum est, ubi enim deest agnitio aeternae et incommutabilis veritatis falsa est virtus etiam in optimis moribus."; et carmine de ingratis c. 16. „Omne etiam probitatis opus, nisi semine verae

Exoritur fidei, peccatum est, inque reatum
Vertitur, et sterilis cumulat sibi gloria poenam."

R. non solum Fulgentium et Prosperum, sed etiam Tapinum, Caelestinum, aliosque plures contra Pelagianos disceptantes non solum doctrinam, sed verba etiam, et quandoque ex Augustino sumpsisse, atque idcirco eadem, qua Augustinum exposuimus, ratione intelligendos esse. Recolendo igitur praevias responsiones, et aliquas adjungendo, ajo Primo Augustinum et asseclas loquentes in subjecta materia contra Pelagianos, qui naturae vires, ac virtutes naturales ad aeternam salutem consequendam, et ad omnia peccata vitanda sufficere asserebant, illam duntaxat appellasse verum bonum, veramque virtutem, quae Dei adjutorio suffulta ad justificationem aeternamque beatitudinem disponunt, ut in responsione ad 5. a [illegible] dictum est.
6 Secundo omnia opera infidelium peccata esse dicuntur ex plerisque eorum actionibus denominatione sumpta, quam si discutiatur, quo fine operetur infidelis, vix reperiantur opera quae justitiae debitam laudem mereantur, ut ajebat non multo ante Aug. ubi notanda vocula illa vix, quae raro

12. dom., sed aliquando in homine impio, et infideli opus naturaliter bonum inveniri significat. 3tio asserentes liberum arbitrium Dei gratia destitutum non nisi ad peccandum valere, hominibus inspexisse duntaxat prout est ordinatum ad supernaturalem beatitudinem (hic enim erat eorum scopus). Porro ita si consideretur homo, nihil habet nisi opera salutaria ex meritoria Dei adjutorio profecta, quibus aeterna merces reddenda est, vel peccatum, ex quo summo illo bono aeternum est privandus. 4to liberum arbitrium iterum nihil efficere posse absque Dei adjutorio, quia vel in ipso ordine naturali ex originis peccato attenuatum, inclinatum, infirmatum, ac quasi perditum vel in ipso ordine naturali pauca duntaxat, et facilio[ra] praestare potest, ut sensu quodam morali, atque ex communi sermone vere dici queat nihil nisi ad peccandum valere, 5to ea ipsa pauca bona, quae sine Christi gratia fiunt, Deo tamen adscribenda esse, qui omnem naturae vigorem tribuit, ac semper in nobis operatur. Profecto Augustinus lib. 4. superius totius ait c. 3 n 16. contra julianum acriter reprehendit haereticum hominem, quod virtutes illas, quas in infidelibus laudabat, ad Deo natura, omniumque bonorum auctori non adscriberet. „ Quanto satius haec ipsa in eis dona Dei esse faterens... Numquid sibi corpus quisque condidit, et hoc ejus est tribuendum voluntati; quod mala ista naturalia (loquitur de fortitudinis virtute) magis, minusve patiatur?... Quanto ergo tolerabilibus illas, quas dicis in impiis esse virtutes divino muneri potius, quam eorum tantummodo voluntati tribueres; licet ipsi hoc nesciant? et n. 32 „ Ex quo colligitur etiam ipsa bona opera, quae faciunt infideles, non ipsorum esse (nempe tantummodo) sed ejus, qui bene utitur malis „. Qui omnes hosce responsiones inefficaces et rejiciendas putet, viderit ipse, qui fieri possit ut non solum cum Ecclesiae Patres, sed ipsa dogmatica judicia Ecclesiae, modo Pelagianos damnantis, modo Bajum, et Quesnellum proscribentis sint componenda secum ipsis

Lib. 1. de nuptiis et concup. c. 3 probat pudicitiam conjugalem donum Dei esse, ab eo petendum, et pro illo gratias referendas; tum proponit in impiis etiam et infidelibus reperiri pudicitiam virtutem quoad speciem, quia eam non referunt ad Deum, sed ea quae pertinere videntur ad hanc virtutem, facere vel hominibus placere quaerentes, sive in his quae vitiose concupiscentes, humanas molestias devitantes, sive Daemonibus servientes. Ea vero occasione dicit: Quis audeat dicere Donum Dei pudicitiam esse peccatum? Anima est et corpus et quaecumque sunt bona animae, vel corporis naturaliter insita, etiam in peccatoribus dona Dei sunt; quoniam Deus, non ipsi ista fecerunt.

Caput IV.

Ea quibus natura corrupta sine gratia Salvatoris suis ipsa viribus sufficit, sunt plurimarum veritatum cognitio, faciliorum naturae praeceptorum observantia, leviumque tentationum victoria:

Tota vero lex naturalis nec quoad modum nec quoad substantiam sine gratia potest observari.

Observa dari veritates pure naturales quantum ad objectum, ut secreta cordium, magnitudo stellarum etc. sed quantum ad medium necessarium vires naturales excedere.

S. Aug. l. 1. Retract. c. 4. revocat, quod dixerat lib. 1 Solilog. c. 1. non nisi mundos verum scire posse, quia re[?]eri potest, inquit, multos etiam non mundos multa scire vera.

Quandoquidem cap. superiore probatum est hominem in ordinario Dei concursu naturae debito absque ulla gratia supernaturali aliquid efficere posse, quod licet ad vitam aeternam nihil omnino conferat, moraliter tamen honestum sit intra naturalis ordinis limites tum ex objecto tum ex fine, nunc discutiendum est quantum intra eosdem naturae limites valeant homines, et quid ferre requeant. A principio intelligendi facultatem contemplantibus duplex ejus objectum statim nobis occurrit, veritates scilicet mere speculativae, quae ad unam mentis instructionem, solamque animi curiositatem pertinent, et veritates practicae, quae ad moderandas actiones nostras ordinantur. Illas, quae primi sunt generis, etsi non omnes collective, divisim tamen singulas cognosci posse, quotidiana docet experientia. In singulis enim scientiis naturali acumine plures excelluerunt, quorum tamen nemo ad tantum perfectionis culmen potuit pervenire, ut non plurima ignoraverit. Idem etiam asserendum esse de [atinentibus?] veritatibus practicis persuadent multa Ethicorum volumina, in quibus de virtutibus et vitiis de vitae institutis, de humanae societatis officiis, ac de ipsa naturali religione adeo recte sapienterque disputatum est, ut inde[?] Patres ad ipsos erudiendos Christianos derivare plurima non dubitarint. „Doctores antiqui ait S. Hier. in ep. ad Magnum Oratorem urbis Romae, in tantum Philosophorum doctrinis, atque sententiis suos resperserunt libros, ut nescias quid in illis prius admirari debeas, eruditionem saeculi, an scientiam scripturarum." Invisibilia scilicet Dei, ut inquit Apost. Rom. 1. per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas, ita ut sint inexcusabiles. quia cum

cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt,, intellectus tamen nostri imbecillitate (a) perpetuo videmus fuisse innumeri, crassique errores, quibus praecipua Philosophorum lumina, ac ille ipse, quem divinum nominare consueverunt, Plato saepissime obnubilantur +

11 VII. Neque est, quod hic ad evincendam cujusque veritatis cognitionem a Dei Gratia esse repetendam nonnulla aut Scripturarum, aut Conciliorum testimonia objiciantur. Namque, ut attingam celebriora, dum ait Christus, nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare; ea fidei mysteria innuuntur, quae, quum omnem non solum hominis per peccatum viliati, verum etiam innocentis intellectum excedant, ultro fatemur sine Dei revelatione investigari non posse; quaeque inter veritates supernaturales recensemus) ea fidei mysteria innuuntur, quae quum inter supernaturales veritates recenseantur, sine Dei revelatione ultro fatemur investigari non posse. Quando autem Apostolus nos admonet sufficientes non esse cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, et Concilium Arausicanum,, si quid habet homo veritatis ab illo fonte esse, quem debemus sitire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati, non deficiamus in via; de ea cognitione sermo est, quae ad pietatem, et salutem pertinet, aut saltem non de supernaturalis gratiae necessitate, sed naturali concursu, quo semper indigemus. Quidquid enim boni seu opera seu cogitationes spectantis in homine reperitur, a Deo movente et cooperante, exoritur, sive per naturalem concursum, quando bonum ordinis naturalis, sive per supernaturale adjutorium, quando pietatis bonum in nobis operatur.

VIII. A veritatum cognitione, quam homo gratia destitutus acquirere potest, ad naturalium praeceptorum observantiam, et tentationum victoriam transeuntes; in praeceptis adimplendis, in tentationibus vero superandis duo distinguamus oportet. Dupliciter enim praecepta possunt impleri, ut ait Ang. 1.2. q. 109. a. 4. 12

+ Haec nostra sententia est de viribus intellectus circa veritates tum speculativas, tum practicas, quae naturali ordine continentur.

(a) etiam in hisce veritatibus

Plato mulierum communitatem licitam existimavit. Aristoteles ad impediendam liberorum multitudinem abortum procurari posse, dixit Seneca fortis esse sibi violentas manus inferre

Fiduciam autem habemus ad Deum per Christum ad Deum, non quod sufficientes simus etc. ex Deo est, qui et idoneos nos fecit novi testamenti non littera, sed spiritu.

Amor Dei, ut auctor ē gratiæ vel gloriæ, et ut auctor ē naturæ. Alius effectivus complectens vel oīa, vel aliquorum mandatorum observantiam. Affectivus, quod includit propositum Deum oīb. reb. præferendi, si absolute et simpliciter talis. Alius aff. quasi conditionatus, seu quædam propensio, et velleitas Deum oīb. præferendi, nisi voluptatibus esset valedicendum.

Alius amor benevolentiæ, alius concupisc. Appretiativus, et intensivus.

altero scilicet modo quantum ad substantiam operum prout scilicet homo operatur justa, et fortia, et aliarum virtutis opera... altero etiam quantum ad modum agendi ut scilicet ex charitate fiant, atque ad finem supernaturalem referantur. quam distinctionem vanam et commentitiam non esse docuerunt Pontifices 61 Baii enuntiationem proscribentes. Tentatio autem triplici modo vinci potest: primo ex amore Dei, ita ut victoria utilis sit ad salutem; 2do ex naturali operis boni rectique honestate, 3o ex pravo fine, ut cum avarus ex inordinato pecuniæ amore luxuriam, aut gulam comprimit. Jam vero ad cujuslibet præcepti etiam naturalis observantiam quantum ad modum qui ad salutem conducat, pro certo habemus ex Catholico Dogmate cap. 1. stabilito Dei Gratiam requiri. Ex iis etiam quæ paulo ante statuimus consequitur, solo naturalium concursu Dei hominem adjutum aliquas naturæ leges quantum ad substantiam implere posse; contra atque Jansenianus cum Baji docuerunt, docentque
13 adhuc plures recentiores. Quærenti vero, num omnia naturalia præcepta, sine Gratia, possint observari quantum ad substantiam respondent affirmando plurimi præsertim e Molinæ schola Theologi; cumque omnium naturalium etiam mandatorum primum et maximum sit, ut Deum super omnia diligamus, præcipue assertione istud solis naturæ viribus fieri posse defendunt. Ea quæ tum ab ipsis ut assertionem fulciant, tum ab aliis ut eandem labefactent proferri solent, non tanti sunt, ut probabili interpretatione non possint eludi, si Angelici auctoritatem excipias, quæ dummodo bona fide admittatur, causa mihi finita esse videtur. N.D. 1. 2. q. 109. a. [illegible] 3. hanc quæstionem data opera versans ita concludit: „Homo in statu in statu naturæ integræ non indigebat dono gratiæ superadditæ naturalibus bonis ad diligendum Deum naturaliter super omnia, licet indigeret auxilio Dei ad hoc eum moventis: sed in statu naturæ corruptæ indiget homo etiam ad hoc auxilio gratiæ naturam sanantis„ Clarius autem hoc discrimen exponens ait: „Homo in statu naturæ integræ dilectionem sui ipsius referebat ad amorem Dei, sicut ad finem, et similiter dilectionem omnium aliarum rerum,

et ita Deum diligebat plusquam se ipsum, et super omnia; † in statu naturæ corruptæ homo ab hoc deficit secundum appetitum voluntatis rationalis, quæ propter corruptionem naturæ sequitur bonum privatum, nisi sanetur per Gratiam.‡

† Ab hac sententia D. Thomæ non modo alienus non fuisse, sed illam aperte docuisse videtur etiam Augustinus, quum epist. 107 ad Vitalem scripsit, nos liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate amisisse.

14 Bai propositio

IX. Quod si quæstio ad cætera naturalia præcepta contrahatur,(a) plerorumque omnium observantiam ad breve aliquod tempus haberi posse cum solo generali, naturæque debito Dei concursu nullus dubito affirmare. ‡ Aug. enim de Romanorum virtutibus disserens lib. 5. de Civit. cap. 15. non facillima quædam opera, sed non parum ardua commemorat,, Privatas res suas pro re communi, hoc est republica, et pro ejus ærario contempserunt; consuluerunt Patriæ consilio libero, neque delicto secundum suas leges, neque libidini obnoxii,, et lib. 1. de peccat. meritis et rem. cap. 22. ut non multo ante audivimus, affirmat interdum fieri,, ut homo ab ineunte ætate, pueritia modestior, ingeniosior, temperantior, ex magna parte libidinum victor, qui oderit avaritiam, luxuriam detestetur, atque ad virtutes cæteras provectior aptiorque consurgat, et tamen eo loco sit, ubi ei prædicari gratia Christi non possit,,. Quod Chrisostomi, Theodoreti, Theophylacti, Cyr. Alex. sententia mire confirmatur: dum Apostoli testimonium Rom. 2. gentes quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, testante Corn. a Lapide interpretantur de infidelibus, putantque his verbis notari gentes, quæ legem nec Mosaicam, nec Evangelicam habentes sibi naturaliter insitam legem circumferunt, ~~quæ~~ hujusque legis opera naturaliter, ~~idest ducti virtute naturæ~~ perficiunt.

‡ dummodo gravis aliqua tentatio ad peccandum interea non impellat. Sane Augustinus de R. etc.

(a) (De cæteris enim legi naturæ superadditis, quæ spectant seu v.g. usum Sacramentorum nulla moveri solet controversia)

X. Leves etiam tentationes, quæ scilicet nec magna vehementia urgent ad peccandum, nec diuturno tempore pertinaciter; et moleste stimulent, solis naturæ viribus ex fine intra naturæ limites moraliter honesto vinci posse affirmo. Cum enim vix ullum bonum exerceamus, in quo perficiendo levis aliqua tentatio vincenda non sit, tum ob perpetuas Dæmonis insidias, tum ob appetitus rebellionem, tum quod pravus finis sese facile in animum insinuat; consequitur, hominem, qui ex honesto fine plura honesta solis naturæ viribus potest operari,

15 Tentatio gravis ex pertinacia indurationis, ex vivida repræsentatione, ex habitu pravo.

(a) aut saltē de gravioribus tentationibus

eisdem viribus leves etiā tentationes posse superare. Praeterea ss. Patres ita Christi gratiae necessitatē inculcant, ut eam ad levissimas tentationes domandas non esse necessariā satis indicent. Ita s. Hier. lib. 3. contra Pelagianos: Hoc ē, ait, quod tibi in principio dixeram, in nostra esse potestate, vel peccare, vel non peccare ... sed hoc pro modo, et tempore, et conditione fragilitatis humanae, nec quia ad breve possū, cogis me ut possim jugiter„ Notari quoque meretur illud August. lib. de Perfectione justitiae cap. 2. ratiocin. 5„ in natura vitiata parum est ad non peccandū voluntatis arbitriū leveū saltem tentationē nostris viribus repellere valemus, quo fit, ut parum sit ad non peccandū voluntatis arbitriū, alioqui non parum, sed nihil prodesset futurū, ubi contraria opinio praeferatur. Imo haec nostra Ecclesiae menti magis consentire videtur, quā 20 Baii articulū proscripsit, quo dicebatur„ Fures esse ... qui dicant tentationi ulli sine Christi adjutorio resistere hominē posse, sic ut in eam non inducatur, aut ab ea non superetur„ Quam obrem illa Ecclesiae decreta, et Patrū sententiae, quibus affirmant, omnem victoriā Dei gratiae adscribendam esse, de victoria, quae meritoria sit, ac salutaris, sunt interpretanda (a). Haec de levibus tentationibus, ac plerisque naturalibus praeceptis, quorū observantia ad breve tempus exigatur. Quid vero de tota lege naturali pro tempore longiore, gravibusque tentationibus sentiendū sit, palā faciat sequens

Assertio.

In hoc naturae corruptae statu grave morale ... potentia nec graves tentationes vinci, nec longiori tempore tota lex naturalis sine gratia potest impleri.

Probatur 1 pars. Apostolus ad Rom. 7. „ Video, inquit, aliā legē in membris meis repugnantē legi mentis meae, et captivantē me in lege peccati, quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? „ Tum respondet: „ Gratia Dei per Jesum Christū„. Prima vero ad Cor. 10: ait„ Fidelis Deus ē, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet

etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere; ex quibus Patres a Suarezio adducti colligunt dari tentationes, quae morales saltem arbitrii vires excedunt.

Ne in re minime dubia testibus utar non necessariis unum profero Aug. et Innocentium I. Ille sermone 13 de verbis Apostoli,, in hoc agone, inquit, cum laboramus, Deum poscimus adjutorem: si enim non ipse nos adjuvet, ne dico vincere, sed nec pugnare poterimus,,; Innocentius vero in suo rescripto ad Conc. Cartaginense,, Nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquam terrenae labis, et mundani corporis vincere conamur errores, cum pares nos ad resistendum non liberum arbitrium sed Dei solum facere possit auxilium - - - quotidiana praestat ille remedia, quibus nisi freti, confisique nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores: necesse est ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur,,.

Secunda pars, ut nihil dicam de praecepto Deum super omnia diligendi; fluit ex priore. Namque intra tempus aliquantulum diuturnum plures insurgunt tentationes, quibus ad naturae legem transgrediendam impellimur. Sed ex illo Sapientiae 8. ,, Scivi, quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det,, res adhuc luculentius conficitur. Ut enim universa Lex possit custodiri, et illud non concupisces custodiatur oportet. Cum ergo nisi Deus ipse adjuverit, adsit illud transgrediendi moralis necessitas, liquet totam naturae legem sine Dei gratia haudquaquam posse custodiri. Hinc Apostolus Petrus,, Vigilate, inquit 1. epist. c. 5., quia Adversarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit quaerens quem devoret,, cui resistite fortes; in quem locum praeclare Cyprianus tract. de zelo et liv. sic ait,, Circuit ille nos singulos, et tanquam hostes clausos obsidens muros explorat et tentat, an sit pars aliqua membrorum minus stabilis, et minus fida, cujus ad interiora penetretur. Offert oculis formas illices, et faciles voluptates, ut visu destruat castitatem; aures per cantum, et musicam tentat, ut soni dulcioris auditu solvat, et molliat

nota hos testimoniis primas partes respiciunt

Chrisost. hom. 24. ait, esse aliquas tentationes naturae viribus majores.

Eph. 6 induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias Diaboli,, Et,, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Sinod. Diospolitana damnavit hunc art. Pelagii: Victoria nostra non è ex Dei adjutorio, sed ex libero arbitrio.

Arausic. 2. c. 14. Nullus miser de quacumque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia praevenitur.

S. Jacob. cap. 3. linguam nullus hominum domare potest.

Accedit Synodus Milevitana can. 5. ubi de divinis mandatis generatim ingressis, quin a naturalibus positiva distingueret, dixit „Quicumque dixerit, ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per lib. jubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tamquam etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possemus etiam sine illa divina implere mandata, anathema sit„.

Plures cum Abulensi volunt hic loquutum esse non de facilitate observandae legis, sed de facilitate illam cognoscendi. Cum scilicet Deus ex monte detulerat tabulis lapideis inscriptam. Non est supra te, neque procul positum. Utrumque explicat: Non est in Caelo situm ut possis dicere: Quis nostrum valet ad Caelum ascendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus, atque opere compleamus; neque trans mare positum est, ut causeris et dicas: Quis e nobis poterit transfretare mare, et illud ad nos usque deferre, ut possimus audire et facere quod praeceptum est; sed juxta te est sermo valde in ore tuo, et in corde tuo, ut facias illud.

Christianum vigorem: linguam convitio provocat, manum injuriis lacessentibus ad petulantiam caedis instigat, ut homicidam faciat; lucra opponit injusta, ut animam pecuniae captat; honores terrenos promittit, ut caelestes adimat. ostentat falsa, ut vera surripiat; et quem latenter non potest fallere, exerte atque aperte minatur.. inquietus semper et semper infestus: in pace subdolus, in persecutione violentus„. Hostis est demum, cui nomina mille, ut ait Hier. mille nocendi artes: et ego infelix victorem me putabo, dum capior. Quis non hinc arguat moralem impotentiam longiore saltem tempore legem naturae adimplendi, nisi Deus in adjutorium nostrum intendat?

Objic. 1. Deut. 30.11. „Mandatum, inquit Deus, quod ego praecipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum„; et Eccli. 15. adjecit mandata et praecepta sua; si volueris mandata servare, conservabunt te; ergo ita vires nostras divina lex non excedit, ut si velimus illam prorsus adimpleamus.

R. distinguo consequens: Ergo lex divina non excedit vires nostras physicas et remotas, concedo; vires morales et proximas, nego consequentiam. Ratio distinctionis non multo post afferetur. Interim primum testimonium ajo. Interim ajo utrumque testimonium, quod judaeos spectabat, gratiae adjutorium supponere, cujus prorsus indigemus etiam ad naturalia mandata facienda, ut non solum quoad substantiam, sed etiam quoad modum impleantur. Quare post eodem Deut. cap. v. 6. dicitur „Circumcidet Dominus Deus cor tuum, et cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo, et in tota anima tua„. Ad alterum testim. regero illa verba Augustini cap. 16. de Gratia et lib. arb. „Certum est nos mandata servare, si volumus, sed quia praeparatur voluntas a Domino, ab illo petendum est, ut tantum velimus, quantum sufficit, ut volendo faciamus. Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit, ut velimus bonum„

Objicies 2. Joannes Chrisost. hom. 5. in epist. ad Romanos de gentibus loquens „Admiratione digni sunt, inquit, quod nec lege illis opus fuit, et omnia

quæ legis erant præstiterunt„ Potentia ergo non tantum physica, sed et morali universa naturæ lex potest observari.

R.º Si Gentes omnia omnino præstiterunt, ex doctrina divi Thomæ cap. 2. hujus libri object. 3. relata non tantum gratiam, sed etiam cum gloriam esse consequutas; dummodo scilicet, postquam se tam mire gessissent Christi gratia destitutæ, divino muneri ingratæ non fuerint. Itaque Chrisostomus non revera prorsus omnia naturalia præcepta innuit a Gentibus impleta fuisse, sed pleraque dumtaxat, eum loquendi modum secutus, qui et Scripturis, et Patribus et ceteris hominibus e familiaris.

Objicies 3.º Nemo in eo peccat, quod vitare non potest; ergo si tota lex naturalis nequit observari, aliquod ejus præceptum transgrediendo, peccatum non esset. Quare igitur lata fuit, aut etiam post longum tempus obligare dicitur?

R. distinguo anns: nemo in eo peccat, quod nulla potentia, neque physica, neque morali, neque proxima, neque remota vitare potest, concedo anns; nemo peccat in eo, quod sola potentia morali, aut remota proxima vitare nequit, vitare tamen potest physica, aut remota potentia, nego anns: Naturæ humanæ originis peccato vitiatæ infirmitas quantumvis magna sit efficere non potest, ut qui legem violat, a peccato excusetur. Aut enim res faciliores præcipiuntur; et tunc superest potentia moralis, qua fit ut sine maxima difficultate perfici possint, aut saltem potentia physica, qua si omnes vires intendantur licet magna cum difficultate præceptum potest adimpleri, quod vitando peccato sufficit. aut difficiliora a nobis opera exiguntur, et illis efficiendis gratias Deus vel proxime vel remote sufficientes nobis largitur, quas qui negligit illi merito jure culpæ vertitur, quod mandata non observaverint. Hinc Aug. de Gratia et lib. arb. cap. 16. „ Magnum aliquid, inquit, Pelagiani se scire putant, quando dicunt: non juberet Deus, quod sciret non posse ab homine fieri. Quis hoc nesciat? Sed ideo, jubet aliqua, quæ non possu

mus, ut noverimus, quid ab illo petere debeamus. Ipsa enim fides, quæ orando impetrat, quod lex imperat„; Vide etiam lib. 2. cap. 3. De pecc. meritis et remissione; Accidit si videretur

Caput V.

Demonstratur, in hoc naturæ statu ad perseverandum usque in finem, non qualecunque, sed speciale Dei adjutorium esse necessarium.

16. XI. Si neque lex naturalis sine gratia diutius custodiri, nec graves tentationes vinci possunt, quum homo in præsenti statu ejusmodi tentationibus circumseptus, non solum naturæ præceptis sit obstrictus, sed ceteris etiam quæ circa virtutes Theologicas, ac Sacramenta in novo fœdere præscribuntur; facile quisque perspiciet, homini ut diutius in bono valeat permanere, divinam gratiam necessariam esse. Neque hoc illud est, quod modo indisputationem vocatur. Sed illud quæritur, num perseverantia; qua fit, ut homo justificatus usque ad vitæ finem in accepta justitia perduret, sit speciale Dei donum a gratia sanctificante, et ceteris auxiliis distinctum. Perseverantia jam vero, quam Angelicus 1. 2. q. 109. a. 10. definit„ continuationem quandam in bono usque ad finem vitæ„, duplex distinguitur; quarum altera
17 activa, altera vero passiva nominatur. Activa est ipsa continuatio in statu gratiæ gratiæ finalis, ut quando adultus aliquandiu post acceptam justificationem, in Dei mandatorum observantia, tentationum victoria, ac virtutum exercitio ad mortem usque perseverat. Passiva est unio gratiæ sanctificantis cum morte, ut quum infans baptizatus ante usum rationis, aut adultus statim post acceptam justitiam decedit. Quare in dono perseverantiæ duplicem gratiam distinguimus, alteram exteriorem, nempe singularem Dei providentiam, qua seu ante incursum tentationum electi rapiuntur, seu ita adjuvantur ut vincant, aut saltem resurgant, varique vitæ cursus casus ita ordinantur, ut eorum mors cum statu gratiæ conjungatur: interiorem alteram, quæ in adeo robusta intellectus illuminatione, et accensione voluntatis consistit, ut tentationum impetus, qui esse solent in morte vehemen-

tores, prorsus frangantur, et quae circa praeceptorum observantiam praestari debent, reipsa praestentur. Hinc hoc altero modo accepta perseverantia rectissime potest definiri: nexa quaedam gratiarum series ad certo perseverandum usque in finem concessa.

XII Hujusmodi ~~activam~~ Activam Perseverantiam Dei gratiae 18
adscribendam esse negarunt Massilienses, quamvis eam, quae passiva dicitur, inter divina munera recensendam esse non diffiterentur. Acerrime hunc errorem exagitat Augustinus toto libro de Dono perseverantiae, in quo cap. 17. n.° 24. ita de illis loquitur „ Solum initium fidei, et usque in finem perseverantiam in nostra constituunt potestate, ut Dei dona non putent, neque ad haec habenda, atque retinenda Deum operari nostras cogitationes atque et voluntates „ Existimabant enim donum Perseverantiae, quod Catholici admittunt, veluti quandam esse qualitatem fixam, animoque adeo tenaciter inhaerentem, ut licet quis contumaciter vellet, eam tamen amittere non posset. Quam ineptam cavillationem capite 6 perstringit Augustinus. Praeter Massilienses nonnulli etiam inter Catholicos sunt, qui Perseverantiam quidem speciali Dei beneficio attribuunt, si post justificationem longum tempus intererit, quo vel graves tentationes vincendae sint, vel praecepta difficilia observanda; negant tamen, si ab justificationis instanti ad mortem usque breve spatium intercedat. Verum discedere nolim a communiore sententia, quae statuit Perseverantiam tum brevis, tum longioris temporis esse speciale Dei donum, a gratia habituali, et communibus auxiliis distinctum.

Sine speciali Divinae Grat.

Assertio.

Sine speciali divinae Gratiae adjutorio

Nemo in accepta justitia perseverat usque ad finem. Probatur 1. iis Scripturae testimoniis, quibus Augustinus Massilienses confregit. Ex psalmo 79. 18. „ Fiat manus tua super virum dexterae tuae, et super filium hominis, quem confirmasti tibi, et non discedimus a te; „ ... et aliqu... Chald. a timore tui.

Phil. 2. Cum metu et tremore salutem vestram operamini. Deus enim est, qui operatur in vobis velle et perficere pro bona voluntate;; Quaenam ista consecutio? Cum metu et tremore, quia Deus est qui operatur? Nempe admonemur, ne quidquid bene in [illegible] operamur, certo [illegible] perseverantiam promittamus.

=Manus ergo Dei est ista, inquit Aug. cap. 7. de dono Persev. non nostra, ut non discedamus a Deo;; Jer. 32. v. 40. Timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant;; ;; Quod quid est aliud, pergit s. D. cap. 2. ;, quam talis ac tantus erit timor meus, quem dabo in cor eorum, ut mihi perseveranter adhaereant?=. Matth. 6. v. 13. ita nos docuit orare ;; ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo;; Hinc Aug. ibid. cap. 5. ;; Cum dicunt sancti: ne nos inferas etc. quid aliud quam ut in sanctitate perseverent precantur;; Sed non in hac tantum petitione, sed in singulis, illa duntaxat excepta, Dimitte nobis debita nostra etc. perseverantiam a sanctis postulari demonstrat. ;; Cur autem, inquit cap. 2. perseverantia ista poscitur a Deo, si non datur a Deo? an et ista irrisoria petitio est, quum id ab eo poscitur, petitio, quod scitur non ipsum dare, sed ipso non dante esse in hominis potestate; sicut irrisoria est etiam illa actio gratiarum, si ex hoc gratiae aguntur Deo, quod non donavit ipse, nec fecit? ;;.

Quod autem perseverantiam minus diuturnam spectat eam quoque Dei donum esse probat Aug. ex illo Sapientiae 4. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.. propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum;; Quo prolato testimonio ;; Videte, inquit, a veritate quam alienum sit, negare donum Dei esse perseverantiam usque in finem, qui vitae huic, quando voluerit, ipse dat finem: quem si dat ante imminentem lapsum, facit hominem perseverare usque in finem, sed mirabilior et fidelibus evidentior largitas bonitatis Dei est, quod etiam parvulis, quibus obedientia non est illius aetatis, ut detur, datur haec gratia;; Ergo et parvulorum perseverantia singularis est gratia, non sane internae illustrationis, aut inspirationis, sed externae protectionis, per quam infantes prius ex hac vita rapiuntur, quam a gratia baptismali excidere possint. Nimium argumentatio nostra protraheretur, si adduceremus omnia, quae celebriora sunt Augustini argumenta ex Scripturis ac ss. Patrum sententiis deprompta, quibus non solum toto libro de dono Perseverantiae, sed etiam de Corr. et Gratia

cap. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. et 13. hoc donum Dei esse clare demonstrat

Probatur 2. ex Conciliis. Arausicanum enim 2. can. 10: „Adjutorium Dei, inquit, etiam renatis, ac sanctis semper est implorandum, ut ad bonum finem pervenire, vel in bono possint opere perdurare„. Idem sancit Cartagin. 2. in epist. sinodica ad Inn. 1. Omnium vero clarissime Concil. Trid. Sess. 6. cap. 13. declarat, donum perseverantiæ haberi non posse, „nisi ab eo, qui potens est, qui stat, statuere et eum qui cadit, restituere„. Can. 16. donum perseverantiæ magnum appellat; et demum can. 22. ita definit „Si quis dixerit justificatum, vel sine speciali auxilio Dei in accepta justitia perseverare posse, vel cum eo non posse, anathema sit„.

Obj. 1 Gratiæ habitualis beneficio Deus animam sanat„ non solum ut deleat, quod peccavimus (Cail Aug. de nat. et Gratia c. 26) sed ut præstet etiam ne peccemus„ Homo enim justificatus jus quoddam habet ad quotidiana auxilia, quæ sunt veluti fructus gratiæ sanctificantis, quibus potest perseverare. Ergo non requiritur aliud speciale donum a gratia sanctificante, et ceteris communibus auxiliis distinctum.

R. Homini justificato ejusmodi auxiliis donari, quibus perseverare possit potentia saltem physica, et remota; non quibus ~~semper~~ reipsa perseveret. Si aliter Augustini testimonium interpreteris, non solum fiet, ut omnes qui semel justificantur, etiam salventur, quod volunt Novatores, sed universam Augustini doctrinam circa perseverantiæ donum etiam evertes. Gratia igitur sanctificans ejusmodi auxilia habet adnexa, quibus homo instructus potest Dei præcepta implere, et tentationibus resistere, qui atque uberiores gratias impetrare, et ipsum speciale perseverantiæ donum suppliciter emereri, ut non solum possit, sed revera etiam perseveret. At ejusmodi potentia in bono perdurandi non semper est moralis, ut sine magna difficultate peccatum vitetur„ Ad nonnulla superanda, inquit Aug., quæ vel male cupiuntur, vel male fugiuntur, magnis aliquando,

„istorum (Pelagianorum) sacrilegas disputationes necessario sequitur, ut nec orare debeamus, ne intremus in tentationem„.

et totis opus est viribus voluntatis, quas non in omnibus nos habituros esse praevidit, qui per Prophetam renditae dici voluit: non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.,, Rursus ea potestas non semper è proxima, sed remota, quibus homo fortiora impetrare auxilia, viresque proxime sufficientes acquirere debet. Hinc jubemur omni tempore orare, et quotidie ad Deum nostrum clamare: ne nos inferas in tentationem,,. Itaque dum Concilium Trid. can. 22 profligat eos, qui dicunt hominem justificatum sine speciali Dei auxilio in accepta justitia perseverare posse, resistere dicendum è potentiam proximam, vel moralem, vel cum actu reipsa conjungendam, sive per auxilium speciale, quemadmodum existimat Antoine, gratiam actualem habituali gratiae superadditam intelligere, ut sensus sit, ad perseverandum in statu gratiae non sufficere ipsam gratiam sanctificantem semel acceptam, ut volebant Calvinistae, quos hic Concilium damnat, (vide Sazz. pag. 196), sed insuper gratiae actualis auxilium requiri. Justos enim, qui a justitia decidunt, eorum culpa decidere, quum verissimo aliquo sensu stare possent, idem Trid. asserit eadem sess. 6. cap. 11. illis verbis,, Deus sua gratia semel justificatos non deserit, nisi deseratur.,; et Aug. de Corr. et gratia,, homo in eo, quod audieras et tenueras, in eo perseverares, si velles,, Quamobrem si petas, quare factum sit, ut justorum nemo sine hoc speciali Dei auxilio reipsa perseveraverit, licet perseverare potuerit, respondeo quia noluerunt, quia incostantes sunt, quia sensim deserunt Deum, sensimque deseruntur.,

Dices. justi, utpote filii Dei, jus habent ad caelestem beatitudinem, ergo etiam non solum ad potentiam aliquam seu physicam, seu remotam perseverandi, sed etiam ad ipsam actualem perseverantiam, sine qua beatitudo nequit obtineri.

R. justos ad aeternam haereditatem jus habere illa apertissima Salvatoris adjecta conditione obstrictum, si vis ad vitam ingredi serva mandata: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Neque gratia sanctificans specialis gratiae ad perseverandum requisitae necessitatem excludit. Nam, ut apposite Angelicus 3. contra gentes cap. 155. ad-

Augustinus ad hanc questionem confugit ad imperscrutabilia Dei judicia de corr. et gratia cap. 8. sed utrumque verum, et innuunt eo modo allata Augustini verba. Nam haec questio ita resolvi potest, quare unius paulo ante conversi voluntas ita praeparetur a Dno, ut diu perseveret, aut etiam statim post conversionem [illegible], dum tamen alii justi, qui diu perseveraverunt cadunt et damnantur, nec tempus ei resurgendi concedit. Cui sphinge respondetur cum Aug. verbis Apostoli [illegible]. Verum de Corr. et grat. cap. cap. 11. n.o 32 ad hominis culpam recurrit.

verit;, habitus qui nobis divinitus infunduntur, non au-
ferunt a lib. arb. totaliter mutabilitatem ad malum,,:

Dices 2. Adam hoc speciali Dei adjutorio ad perseveran-
tiam non indigebat, ut docet s. Aug. de Corr. et gratia cap.
11 et 12. necnon de bono Persev. cap. 7. Ergo neque justi
in hoc naturæ corruptæ statu. Nam teste Apostolo ad Rom. 5. 15.
et seqq. multo plus boni Christus attulit nobis, quam Adam
abstulerit mali.

R. negando conseq. Discrimen adducit Aug. integris
etatis capp. præsertim vero 11. de Corr. et Gratia ,, ille,
de Adam inquit, in illis bonis Christi morte non eguit:
ille non opus habebat eo adjutorio, quod implorant
isti cum dicunt: Video aliam legem in membris meis re-
pugnantem ... caro concupiscit adversus spiritum, et spi-
ritus adversus carnem, atque in tali certamine laboran-
tes ac periclitantes dari sibi pugnandi, vincendique
virtutem per Christi gratiam poscunt. ille vero nulla tali
rixa de se ipso adversus seipsum tentatus, atque turba-
tus, in illo beatitudinis loco secum secura pace frue-
batur,,. Quod Apostolum attinet, ut alios titulos
missos faciam, ex quibus apparet plus nobis Christum
profuisse, quam Adam obfuerit, quin tamen a perseve-
rantiæ adjutorii necessitate liberaverit; unum attingo, quem
loc. proxime cit. Aug. etiam notavit ,, istos, inquiens de
justis a Christo redemptis, a reatu et hæreditario, et proprio
illius Agni sanguis abstulit,,. Itaque per Adam univer-
santum peccati rei constituti sumus, Christus vero ex mul-
tis nos liberavit. Profecto ibidem Apostolus hoc ipsum
designat ,, Non, inquit, sicut per unum peccatum, ita et do-
num. Nam judicium quidem ex uno in condemnationem,
gratia autem ex multis delictis in justificationem,,:

Dices 3tio. Justus ad breve tempus potest peccatum morta-
le + vitare: Ergo si eo tempore moriatur, sine aliquo pecu- + sine gratia speciali
liari Dei auxilio perseverasse dicendus esset. At mors na-
turales ab universali Dei providentia ordinata possunt
eidem mortem inferre. Ergo revera potest homo sine gratia
speciali ad finem usque perseverare.

R. negando conseq. Si enim eo tempore moriatur

justu, non causis naturalibus, sed latenti Dei misericordiæ tribuendum esse et Scriptura indicat Cap. 4. in Assertionis probatione laudata, et S. Augustinus planius in locis „ Ex duobus parvulis, inquit cap. 9. de dono isto ... originali peccato pariter obstrictis, cur iste assumatur, ille relinquatur... inscrutabilia sunt judicia Dei„ Et libr. operis imp. n° 139. „ Unus assumitur, et alter relinquitur quia magna est Gratia Dei, et verax justitia Dei„

Caput VI.

Propugnatur, ex mente Augustini eo peculiari perseverantiæ dono, quod nunc necessarium, Angelos et Adamum in statu innocentiæ non indiguisse, et universum discrimen, quod inter adjutorium sine quo, et adjutorium quo tribus celeberrimis capitibus X. XI. et XII libro de Corrept. et Gratia commemorat Hipponensis, ad hoc solum perseverantiæ donum esse referendum.

19 XIII. Periculosum illud vadum nobis hic tentandum est, quod ut trajiceret Jansenius, indifferentiæ libertatem pro statu naturæ lapsæ inficiatus naufragium fecit. Cum Augustino renuntiatum fuisset, quemdam inter Monachos Adrumetinos dixisse, „ neminem corripiendum, si Dei præcepta non faciat, sed pro illo ut faciat tantummodo orandum„ ad misit librum de Correptione et Gratia, quem ad ejusmodi errorem depellendum tunc exaravit. Tradita principio hujus libri catholica doctrina de lege, de libero arb. et de Gratia subinde Perseverantiam in bono docet magnum vere esse Dei munus, nec tamen idea ejus, qui non perseveraverit, negligendam esse correptionem; et qui non accepto hoc dono fuerit sua voluntate in peccatum relapsus, eum non correptione tantum, sed si usque ad mortem in malo perduraverit etiam æterna da-
20 mnatione dignum esse. Cap. 10. ad quæstionem, quæ de Perseverantia sese offert circa Adamum respondet, et exponit, quomodo ipse non perseverando peccaverit, qui perseverantiam non acceperat

in hoc capite ostendit, tale Adamo innocenti datum fuis-
se adjutorium,, sine quo perseverare non posset, si vellet,
non quo fieret ut vellet: nunc vero per Christum dari
non solum, sine quo permanere non possumus, etiamsi
velimus; verum etiam tantum ac tale, quo fiat, ut veli-
mus,, idem argumentum persequens capite XI. ita 21
pergit n.º 31. ,, istam gratiam non habuit primus ho-
mo, qua numquam vellet esse malus, sed sane habuit,
in qua si permanere vellet, numquam malus esset, et
sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non pos-
set. Nec ipsam ergo voluit esse sine gratia, quam
reliquit in ejus libero arbitrio; quoniam liberum ar-
bitrium ad malum sufficit, ad bonum autem parum
est, nisi adjuvetur ab omnipotenti bono. Quod adjuto-
rium si homo ille per liberum non deseruisset arbitrium,
semper esset bonus. Sed deseruit, et desertus est. Tale quip-
pe erat adjutorium, quod desereret quum vellet, et in quo
permaneret, si vellet, non quo fieret, ut vellet. Haec
prima est gratia, qua homo habeat justitiam, si velit;
quae data est primo Adamo: sed haec potentior est in
secundo Adam. Prima est enim, qua homo habeat ju-
stitiam, si velit; secunda ergo plus potest, qua etiam fit,
ut velit, tantoque ardore diligat justitiam, ut carnis
voluntatem contraria concupiscentem voluntate spiri-
tus vincat,,. Adhuc apertius horum adjutoriorum discrimen 22
explicat n.º 32. et cap. XII. n.º 34. ita illud explanat
,, ipsa adjutoria distinguenda sunt. Aliud est adjuto-
rium sine quo aliquid non fit, et aliud est adjutorium,
quo aliquid fit. Nam sine alimentis non possumus
vivere, nec tamen quum adfuerit alimenta, eis fit,
ut vivat, qui mori voluerit. Ergo adjutorium alimen-
torum est, sine quo non fit, non quo fit ut vivamus.
At vero beatitudo, quam non habet homo, quum data
fuerit, continuo fit beatus. Adjutorium est enim non
solum sine quo non fit, verum etiam quo fit, propter
quod datur,,

XIV. Ex antiquissimis semperque novis difficul- 23
tatibus, quas D. Aug. liber de Corr. et Gratia praesertim

vero cap. X. XI. et XII. obversantur. Difficultas ejusmodi locos interpretandi, et cum universa s. Patris doctrina conciliandi ita fatigavit, inquit Jansenius de Gratia primi Hom. et Angel. cap. 12. tousique omnes scriptores ut qui Augustini doctrinam in scriptis suis vel sequi, vel quoquo modo cum sibi non adversari declarare voluerunt, eos vi mole superatos, et oppressos fuisse sine temeritate dici posse videatur. Ipse vero, qui animo
24 attento, diligentique adnotatione decies et amplius universa s. Augustini opera, libros autem contra Pelagianos facile tricies se legisse gloriatur, cum alibi saepe tum lib. 2. de Gratia Christi Salvat. cap. 4. colum. 97 hanc proponit explicationem „ Illius primae integritatis, adjutorium inquit ipse, ante ruinam sic adjuvabat voluntatem, ut cum eo operaretur ipsa si vellet: nunc autem ipsum adjutorium facit, ut velit. Hoc est adjutorium ante ruinam erat tale, ut influxus adjutorii perinde atque voluntatis in opus ab ipso liberae voluntatis nutu penderet, atque adeo salva maneret illa libertatis in utramque partem flexibilis indifferentia. Nunc vero post ruinam tale est ut faciat annuere, et influere, et velle voluntatem „ Ex qua perperam accepta interpretatione factum est, ut pro statu quidem naturae integrae indifferentiae libertatem sub gratiae influxu tueretur, scholasticos vero derideret, qui eandem indifferentiae libertatem etiam pro statu naturae corruptae defendunt. Quantum hoc a veritate, universaque Magni Aug. doctrina sit alienum, libro seq. c. 2. Assert. 2. fiet compertum (a)

XV. Alia huc spectantia priusquam stabiliamus, illud satis mirari non possum, quod lib. 2. de Gratia Christi Salvatoris cap. 17. commemorat Jansenius, ubi de celebri sive discrimine. quod posuit Aug. inter adjutorium sine quo, et adjutorium quo ita loquitur „ aliquid non fit, vel sine quo Adam perseverare non potuisset, et adjutorium quo aliquid fit, seu quo filiet modo electi reipsa perseverare velint, ita loquitur „ Haec est vera clavis, qua aditus in scripta Augustini aperiendus est; et sine qua qui ea molitur ingredi velut caecus palpabit in meridie, ac tot, tantisque difficultatibus implicabitur, ut quasi

(a) ... vero ut veram libri de arb. et Gratia intelligentiam assequamur, ita nobis sternimus v. a. Assertio I

monstris occurrentibus territus, Augustinum tamquam perplexitatibus, imo ut quidam ausi sunt dicere, mille erroribus refertum aversetur. Qui vero jacto isto fundamento distinctionem illam velut filum in labyrintho scriptorum ejus secutus fuerit, mirabilis ei occurrit nexus rerum; respondent extrema primis, media utrisque, omnia omnibus. Sin vero distinctionem istam velut basim omnium sustuleris, omnia ruina opprimeris, ut non sit ullo modo mirandum, si subtracto illo fundamento tot altercationibus doctrina de Gratia lacerata sit, et omnia quae recentiores pro suo quisque genio excogitata procuderint, velut humanis incertisque suspicionibus nixa fluctuent, nec ullum exitum in Augustini doctrina reperiant. Quae sane ratio est, cur eam Augustinus insinuatam quidem saepius, nunquam tamen aperte traditam, tandem in vitae suae fine luculentissime declaraverit." Eleganter sane: atque ne vero jure meritoque Jansenius hoc protulit? Si hoc Iprensi Antistiti concedas, illud etiam fateamur necesse erit, totos viginti annos, quibus cum Pelagianis congressus est Gratiae defensor Augustinus, clavim illam Catholicos celasse, qua ipsis aditus in ejus scripta erat aperiendus; et tamdiu passum fuisse, ut Christi fideles carerent eo filo, sine quo e labyrintho scriptorum ejus nemo poterat exitire. Quid igitur factum est illis, qui fervente cum Pelagianis bello S. Augustini opera legebant, eisdemque repugnabant? Quid tot Romanis Pontificibus, et Episcopis, qui frequentibus adeo in Synodis congregati ex scriptis potissimum Augustini Pelagii errores ausi sunt condemnare, et Catholicam fidem stabilire? Quid demum iis omnibus factum fuisset, qui ejus scripta deinceps lecturi erant, si forte fortuna Monachus ille, cujus refellendi causa liber iste scriptus est, errore fortunatissimo non pronuntiasset, neminem corripiendum, si praecepta Dei non facit, sed pro illo ut faciat, tantummodo orandum? Ergone illi omnes tamquam caeci in operibus Aug. palparunt, quin in ejus mentem penetrare, aut exitum ullum reperire potuerint, quum clavim, qua pate-

fiunt aditus, non haberent, deesset filum, sine quo e labyrintho scriptorum ejus exire nemo potest? At vero id sibi in animum inducant, qui Jansenio majorem habent fidem, quam Augustino, quem primo capite, et n° 2. hujus ipsius libri de corr. et gratia testatur ipse, se jam antea gratiæ argumentum sufficienter tractasse pleno libro, ad quem iterum, iterumque legendum Adrumetinos Monachos hortatus, ut eum fructuosissimum habeant, atque diligentissime sciant, quibus et qualibusque stionibus solvendis, atque sanandis non ibi humana sed divina occurrat auctoritas,,. Verum ex hoc igitur evidentissime patet, famosum discrimen adjutorii quo, et sine quo, non esse totius Augustini doctrinæ basim, ut sine eo fundamento corruant omnia; nec clavim sine qua cæterorum ejus librorum aditus non pateat, nec filum adeo necessarium, ut sine illo nullus exitus in operibus Augustini possit reperiri.

XVI. Hæc, quæ per se sufficienter patent, fient luculentiora, si demonstretur; tribus illis capitibus traditum adjutoriorum discrimen ad solum perseverantiæ donum esse referendum; neque ad alia gratiæ munera extendi posse. Quod ut cognoscatur eum ibidem Augustinum intendisse, probe tenendum est quid Perseverantiæ nomine senserit Augustinus, quam eam (libro de Persev.) Dei donum esse contendit. Itaque, Massilienses videlicet impugnabat, qui hominis voluntatem Dei gratia præveniri non diffitebantur, imo eandem ad omne bonum opus non solum incipiendum, sed etiam perficiendum necessariam esse concedebant, fidem vero, et perseverantiam ita in nostra potestate constituebant, ut ad ea habenda, Deum nostras cogitationes et voluntates requirentes operari. Verum s. Doctor omnibus gratiis, quibus ad salutariter operandum indigemus, non contentus, præter has in hoc naturæ statu

XVI. Hæc licet satis aperta sint, luculentiora fient ex iis, quæ mox statuemus, quæque ut penitus percipiantur probe tenendum est, quid Perseverantiæ nomine Augustinus intellexerit. Illud vero non aliunde reċius

assequi possumus, quod ex ejusdem libro, qui de hoc ipso perseverantiae bono elucubratus est. Massilienses enim ibi S. Doctor impugnat; qui hominis voluntatem ad quodlibet opus salutare cum incipiendum, tum perficiendum non diffitebantur Dei gratia preveniri; perseverantiam autem (sicut et initium fidei) ita in nostra esse potestate constituebant; ut neque illam esse Dei donum, neque ad illam habendam Deum nostras cogitationes et voluntates operari contenderent. Adversus eos certans Augustinus omnibus illis Dei auxiliis, quibus ad salutariter operandum indigemus, non contentus, peculiare atque ab illis omnibus distinctum Dei munus exigebat ad perseverandum usque ad finem. Ex eodem autem libro de Perseverantiae dono constat, Augustinum donum hoc peculiare, atque ab omnibus aliis distinctum reposuisse in nexu quodam gratiarum serie eo consilio electis in hoc debilitatae naturae statu concessa, ut in accepta justitia contra naturae infirmitatem, omnesque tentationum incursiones invictissime adjuti usque finem perseverent. Jam vero, si probatum fuerit, universum illud adjutorii quo, et adjutorii sine quo discrimen ad unum perseverantiae donum esse reducendum, prorsus evertetur interpretatio Jansenii, qui illius discriminis ope universas circa divinam gratiam in Augustino occurrentes difficultates enucleandas esse pronuntiavit. +b Quod si ulterius statuatur firmissime, ex mente Augustini Angelos et Adamum in statu innocentiae non indiguisse peculiari dono, a ceteris gratiis, virtutibusque infusis distincto, quod electis modo ad perseverandum est necessarium; planissima sternetur via ad rectam illius adjutoriorum discriminis intelligentiam, quod Theologos non parum veteravit, et passim obtrudi solet, ut etiam ubi nullum est, plura mysteria portendantur. Equidem Jansenius et adeo ad suum systema persuadendum ipsi visum est opportunum discrimen ab Augustino statutum inter adjutorium quo et adjutorium sine quo, ut, quemadmodum Theologus quidam enumerat, in universo suo opere centies, et septuagies illud commemorant. Itaque, ne terreamur, ubi nequidquam timendum est, ita difficultatem aggrediamur. a

Assertio I.

Divus Augustinus in libro de Correptione et Gratiæ tribus praesertim capitibus XXI. et XII. de solo Perseverantiæ dono a ceteris divinæ Gratiæ muneribus distincto sermonem habet.

Probatur. Cum Augustinus in hoc libro multis argumentorum momentis, praesertim capite 6. 7. et 8. probasset perseverantiam usque in finem esse donum Dei, a ceteris muneribus quibus recte viriliter distinctum; et mirandum dixisset, multumque mirandum, quod quibusdam Filiis suis, quos regeneravit in Christo, quibus fidem, spem, et dilectionem Deus concesserit non eis donat perseverantiam, ita concludit n.° 18. „ Certe haec [illegible] judicia Dei, quoniam justa et alta sunt, nec vituperari possunt, nec penetrari. In his est et illud de perseverantia, de qua nunc disputamus„; Et n.° 19. postquam breviter de aliis non nullis bonis loquutus esset, quasi a scopo devians, ita ad propositum redit „ Ut ergo hoc taceam vel relinquam, illos ipsos intueantur (correptionem respicientes) de quibus agitur. de his enim disserimus, qui perseverantiam bonitatis non habent sed ex bono in malum deficiente bona voluntate moriuntur. Capite IX. hoc Perseverantiæ munus cuique electorum concedi comprobat, omnibus vero reprobis denegari: Capite X. hanc proponit quaestionem„ Quaeritur a nobis, quantum attinet ad donum Dei, quod est in bono perseverare usque in finem, quid de ipso primo homine sentiamus qui certe sine ullo vitio factus est rectus„ Hanc quaestionem et hoc in capite et duobus seqq. ita pertractat, ut habita ratione solius perseverantiæ discrimen Gratiæ Angelis et Adamo concessæ a Gratia quam modo electis Deus elargitur, fusissime persequatur. Omnia argumenta, quæ hic affert Augustinus objectiones, responsa, et quidquid ad Scriptoris mentem aperiendam facit, ostendunt S. Doctorem de solo perseverantiæ dono loquutum fuisse; ut integrorum Capitum lectione fit apertius.

Probatur 2 ex Augustini scopo. De illa perseverantia dissent in hoc libro Augustinus, de qua libro de dono perseverantiæ disputavit. Capite enim 21. illius operis hæc habet„ Et ego quidem in illo libro cujus est titulus de corr. et Gratia, puto me ita posuisse donum Dei esse

Argumentum [illegible] hoc libro ita de perseverantia loqueretur, et adjutorium sine quo aliquid non fit, seu Gratiam Adæ quam non licuit, ut vellet, ad ea [illegible] concessa esset extenderemus; [illegible] Gratiam [illegible] concessam [illegible] fuisse actum ullum salutarem sive [illegible] dedisse velle [illegible] ullius actus salutaris ed [illegible] operata est fidem spem amorem et [illegible] lib 11 [illegible] ad litt. c. 18. Spe gaudebat [illegible] salutis [illegible] onis„ et lib. 14. de Civit. c. 26. in [illegible] perpetuabatur gaudium verum ex Deo [illegible] [illegible] caritas [illegible] corde puro, et conscientia bona et fide non ficta.

[illegible] videre [illegible] diligere [illegible] recepit Adam [illegible] habuit non a se ipso, sed a Deo. Quomodo enim nobis ipsum velle [illegible] delectationem, inspirando luminosissimam et flagrantissimam Charitatem. Sed de Angelis affirmat l. 12. de Civit. cap. 9 Angelos ait creatos esse cum bona voluntate, idest cum amore casto, [illegible] sine Dei amore. De Adamo [illegible] delectatione [illegible] [illegible] paradiso [illegible] quam quilibet justus in hac vita mortali.

[illegible] necessaria [illegible] operatur [illegible] 12 9. de Civit. [illegible] operis imperf.

etiam perseverare usque in finem, ut hoc antea, si me non fallat oblivio, tam expresse, atque evidenter vel nunquam, vel pene nunquam scripserim,, Sed in libro de dono Perseverantiæ disputavit de hujus doni necessitate, prout est munus quoddam peculiare, atque a cæteris distinctum. impugnat enim Semipelagianos, qui ad omnia bona opera gratiam Dei necessariam esse non negabant, et solum Perseverantiæ donum inficiabantur. Ergo in libr. de Corr. et Gratia loquitur Augustinus de perseverantia, prout est donum a cæteris sejunctum.

Obj: I. Quoties August. de adjutorio primo homini concesso disserit, de Adæ perseverantia loquutus est, quæ ipsi sola perseverantia necessaria fuisse videtur. Propria enim Gratiæ effecta sunt, aut justitiam recipere, aut in ea permanere. Adam vero opus non erat Gratiæ adjutorio, ut justitiam consequeretur, quam in ea creatus erat. Dei ergo adjutorio non indigebat, nisi ut in bono permaneret. Sed hinc legitime concluditur, in libro de Corr. et Gratia Augustinum loquutum fuisse de Perseverantia, non prout est donum a cæteris distinctum, sed prout quatenus qualibet Gratia eo nomine intelligenda est. Ergo.

R. Aug. de Angelorum et Adami gratia disserentem nunquam eam perseverantiæ nomine appellasse, nisi subjecta disputationi materia, vel quæstio de perseverantiæ nomine bono tamquam a cæteris distincto illud exigeret. Sane vocabula, quibus eam gratiam passim exprimit, sunt auxilium, adjutorium, lux, magna vires mentis, illustratio, suasio, accensio, et alia sexcenta, quorum ope Angeli et Adamus Deum colerent, in Deo sperarent, Deo fiderent, Deum diligerent. Obvia hæc sunt in libris de Gen. ad litt. de Civit. in Enchiridio, contra Julianum. Duo vero præcipua Gratiæ effecta ad justitiam acquirendam, vel eam retinendam contrahit Pater Natali, qui hæc objicit; assertionem nostram nihil urget, ut seq. propositione enucleabitur.

Obj: 2. Ad singula justitiæ opera ea pertinent, quæ de Electorum perseverantia tradidit eo loci Augustinus. Ergo non de solo Perseverantiæ dono, ut est peculiare et ab aliis distinctum sermonem habet. Nam cap. 11. no 31. „Prima Gratia

[illegible] loqueretur, Deum fecisse naturam bonam, ex se ipso fecisse implendo meliorem, quam prius fecisset excitando [illegible].

lib. 14. de Civit. 13. „si voluntas Adami in amore immutabilis boni, a quo illustrabatur ut videret, et accendebatur ut amaret, stabilis permaneret, non inde ad sibi placendum averteretur. = Hæc illustratio mentis ut videret inquit in Series de gratia in thesis c. 12., et accensio voluntatis, ut amaret, ita efficaciter verissimum et propriissimum divinæ gratiæ vestigium secernunt, ut pro vera gratia capi nemo evidentius et efficacius testimonium ex Aug. et Concilii proferre nequeat„. Ergo patenter invenio non aliis verbis accuratius describi potuit ab Aug. et Conciliis Gratia medicinalis quam vocibus illustrationis intell. et accensionis voluntatis. Sed Aug. et Concilia statuentes necessitatem gratiæ in hoc naturæ statu intellexerunt gratiam, quæ dat ipsum velle. Ergo ita gratia quæ dicitur illustratio intellectus, et accensio voluntatis, dat ipsum velle operari. Sed hanc tribuit Aug. Adamo innocenti. Ergo.

inquit Augustinus, est qua fit, ut habeat homo justitiam si velit: secunda plus potest, qua etiam fit ut velit; et tantum velit, tantoque ardore diligat, ut carnis voluntatem contraria concupiscentem voluntate spiritus vincat„.

R. negando ant. Ipsa enim verba, quæ opponuntur ad Perseverantiam spectant. In eis enim loquitur de voluntate constante, et perseverante justitiam retinendi, non de quacunque volitione, qua justitiæ actus eliciuntur. Hoc aperte ostendunt ea quæ nº sequenti leguntur. „Non deerat ei tamen adjutorium, per quod posset, et sine quo non posset perseveranter bonum tenere, quod vellet„. Quare merito P. Cosmas Schmalphus Ordinis Eremitarum S. Aug. Dissertatione de duplici adjutorio Pragæ edita „Posse habere justitiam, inquit, idem est ac posse acceptam rectitudinem perseveranter tenere„. Profecto ejusmodi Gratia qua fiat ut homo velit justitiam, temperantiam, charitatem, aliasque virtutes non solis electis hujus status reservata, ut sed Adamo innocenti etiam collatam fuisse innumera sunt Augustini loca, quæ aperte demonstrant. Unum hic nunc praeter adducam; quod habetur lib. v. op. imp. nº 57. „Quando, inquit S. D., verum erit, Fecit Deus hominem rectum? Ah rectus erat non habens voluntatem bonam, sed ejus possibilitatem, et a se ipso illi è voluntas bona, facienque scriptum est, Præparatur voluntas a Domino, et Deus in nobis operatur et velle„. Ex quo testimonio colligo, ex mente Augustini collatam fuisse etiam Adamo innocenti ejusmodi gratiam, qua fieret et vellet justitiam, vellet directionem, vellet denique bonum, et de illo dici posse, quod de cæteris justis in hoc naturæ reparatæ statu dicitur: Deus operatur et velle. Itaque magis magisque confirmatur, Gratiam, qua non fiebat, ut Adam vellet justitiam, non fuisse ejusmodi, ut illum neque ad aliquem singularem justitiæ actum accenderet; sed ideo duntaxat per illam justitiam non elegisse Adamum, quia perseveranter eam habere nequiverit. Ut enim operaretur actus salutares Gratia non solum intellectus, sed etiam voluntati indigebat; sed ut a justitia non decideret novo et peculiari auxilio non eguisse capitibus disputat. et alibi tradit Augustinus

quod seq. propositione ita enuncio.

Assertio II. +

Augustini doctrina est, Angelos et Adamum peculiari ~~Perseverantiae dono ceteris superaddito non indiguisse.~~

Hanc assertio his terminis exprimenda = eo peculiari perseverantiae dono, quo voluntas hominis lapsi opus habet, non indiguisse.

Prob. Ad quaestionem de Adami perseverantia, cur scilicet tale donum non habuerit, quem tamen sine vitio factus esset, ita respondet lib. de Corr. cap. 10. n.° 27. „ Saluberrime confitemur, quod rectissime credimus, Deum... sic ordinasse Angelorum et hominum vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suae gratiae beneficium, justitiaeque judicium. Denique Angeli quidam... per liberum arbitrium a Domino Deo refugae facti sunt. Refugientes tamen ejus bonitatem... non potuerunt ejus effugere judicium, per quod miserrimi facti sunt. Ceteri autem per ipsum liberum arbitrium in veritate steterunt, eamque de suo casu numquam futuro certissimum scire meruerunt„ Et num. 28. Sic et hominem fecit cum libero arbitrio... in quo statu recto, ac sine vitio, si per ipsum liberum arbitrium manere voluisset, profecto sine ullo mortis, et infelicitatis experimento acciperet illam merito hujus mansionis beatitudinis plenitudinem, qua et sancti Angeli sunt beati„. Jam vero, quum liberi arbitrii nomine Augustinus non meram naturalem libertatem intellexerit, sed libertatem et dona integritatis, et ceteris omnibus auxiliis, Adami et Angelorum propriis ornatam, ita ratiocinari possum. Si Angeli et Adamus peculiari [voluntatis auxilio] dona a ceteris distincto eguissent ad perseverandum, Angeli, qui in veritate steterunt, peculiare gratiae donum habuissent, quo ceteri Angeli, et Adamus caruerunt. Sed ex Aug. Angeli perseverantes per illud idem liberum arbitrium+, steterant, per quod Angeli ceteri et Adamus ceciderunt. Ergo.

+ communibus auxiliis instructum in veritate stet

Probatur 2do. Ideo Augustinus contra Massilienses singulare perseverantiae donum ceteris adjectum exigebat, quia modo in hominis libertate non est, ut non recedamus a Deo. Sed talem libertatem agnovit Hipponensis in Adamo, antequam peccaret. Ergo. Verba Augustini leguntur cap. 7. de dono Persev. „ Non [hoc] est, inquit, omni.

ro in viribus liberi arbitrii, quales nunc sunt, fuerat in homine, antequam caderet. Quae tamen libertas voluntatis in illius primae conditionis praestantia, quantum valuerit apparuit in Angelis; qui Diabolo cum suis cadente in veritate steterunt... Post casum autem hominis nonnisi ad gratiam suam voluit pertinere, ut homo non recedat ab eo voluntate ejus

Probatur 3°. Necessitatem peculiaris gratiae ad perseverandum in hoc statu passim colligit Augustinus ex infirmitate naturae per orig. peccatum vitiatae. Sed Adamus hujusmodi infirmitate non laborabat. Hinc cap. 11. de Corrept. S. D. de Adamo inquit „Ille non opus habebat adjutorio, quod implorant isti, cum dicunt: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivantem me in lege peccati. Infelix ego homo; quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per J. C. D. nostrum. Quoniam in eis caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem; atque in tali certamine laborantes, ac periclitantes dari sibi pugnandi, vincendique virtutem per Christi gratiam poscunt„. Idem inculcat S. P. cap. 12. „Ut non acciperet hoc donum Dei, idest in bono perseverantiam primus homo; sed perseverare, vel non perseverare in ejus relinqueretur arbitrio, tales vires habebat ejus voluntas, quae sine ullo vitio instituta peccato, et nihil ex se ipso concupiscentialiter ei resistebat, ut digne tantae bonitati, et bene vivendi facilitati perseverandi committeretur arbitrium... Nunc vero postea quam est illa magna peccati merito amissa libertas, etiam majoribus donis juvanda mansit infirmitas„. Numquid non tales vires habebant etiam Angeli, qui perseverarunt, ut digna tanta bene vivendi felicitati, et facilitati perseverandi ~~non~~ committeretur arbitrium? Numquid in eis peccati merito amissa erat tanta libertas, ut majoribus donis adjuvanda maneret eorum infirmitas? Cur igitur eos sine peculiari hujus persev. dono perseverasse non existimavit Augustinus? Si totus de corr. liber expendatur si bene consideretur perpetua illa antithesis, quae inter statum naturae corruptae, atque integrae instituitur, clare lucet, juxta Aug. sententiam nec Adamum innocentem peculiari dono indiguisse ad perseverandum, neque Angelos

qui in accepta justitia steterunt, singulari auxilio communibus superaddito instructos fuisse.

Objic. 1. Licet Aug. dixerit per liberum arbitrium Adamum perseverare potuisse, non recte colligitur etiam ut reipsa perseveraret novo auxilio non indiguisse. Nam etiam in hoc naturæ lapsæ et reparatæ statu perseverare possunt, quamvis qui peculiare illud donum non acceperunt, atque idcirco actu non perseverant.

R. hanc Thomistarum distinctionem nullo modo cum Augustini sententia cohærere. Librum de corr. atque illum de bono perseverantiæ numquam legerit oportet, qui duplex perseverantiæ genus, alterum quo quis possit perseverare, licet non perseveret, alterum quo actu perseveret, Augustino affingit. De illa enim loquitur, quæ si habetur, reipsa perseveratur, si deest, non perseveratur. Sed vel in ipsis, quæ attulimus locis non de potentia, sed de actu loquutum fuisse apparet, cum dixit per liberum arbitrium aliquos Angelos refugas factos esse, ceteros vero per liberum idem arbitrium in veritate stetisse. imo de industria hujusmodi distinctionem rejecisse videtur, quando asseruit, a Deo non recedere, fuisse in potestate hominis, antequam caderet, quæ ultima verba quis non cognoscat inconcinna omnino esse, si Thomistarum interpretatio admittatur? præsertim cum statim explicans, et experimento comprobans illius potestatis efficaciam subdat, Angelos bonos per illam ipsam potestatem non tantum potuisse perseverare sed actum etiam perseverasse. +

Objic. 2. cum ~~Augustinianibus~~ illud s. D. testimonium lib. 12. de Civit. Dei cap. 9. n. 2. ~~super quo præsentia~~ rerum sistema constituerunt. Ibi Augustinus tradit Angelos malos idcirco a bono defecisse, quia „ aut minorem acceperunt amoris divini gratiam, quam illi, qui in eadem perstiterunt; aut si utrique boni æqualiter creati sunt, istis mala voluntate cadentibus, illi amplius adjuti ad eam beatitudinis plenitudinem, unde se numquam casuros certissimi fierent, pervenerunt„ Ergo Angeli boni ideo steterunt, quia majori præ aliis

+ Sed Thomistis respondentes juvat divi Thomæ luculentissima auctoritate responsa nostra confirmare. „ Aliter loquendum est, inquit Angelicus q. 5. de malo a. 1. ad 9. aliter loquendum est de homine secundum statum naturæ conditæ, et aliter secundum statum naturæ corruptæ, quia secundum statum naturæ conditæ homo nihil habebat impellens ad malum, licet bonum naturæ non sufficeret ad gloriæ consequutionem, et ideo indigebat auxilio gratiæ ad merendum; non autem indigebat ad peccata vitandum, quia per hoc quod naturaliter acceperat, poterat stare. Sed in statu naturæ corruptæ habet impellens ad malum, et ideo indiget auxilio gratiæ ne cadat„. Clarius mentem suam prodidit 1. p. q. 95. a. 4. ad 1. et apertissime 2. 2. q. 137. a. 4. ad 2., ubi „ Dicendum, inquit, quod sicut Augustinus dicit in lib. de Corr. et Gratia, primo homini datum est, non ut perseveraret, sed ut perseverare posset per liberum arbitrium quia nulla corruptio tunc erat in humana natura, quæ perseverandi difficultatem præberet. Sed nunc prædestinatis per gratiam Christi, non solum datur, ut perseverare possint, sed ut perseverent„ Ratio ergo, cur modo electis perseverantia ipsa donetur, non est, ut de potentia, quæ Adamo quoque data fuerat, ad actum ipsum perseverandi transferantur; sed quia primus homo integer viribus non solum ut perseverare posset, verum etiam ut reipsa perseveraret, novo, peculiarique adjutorio non indigebat

Vide etiam textum ... ag. ultima hujus Ternionis.

adjutorio instructi fuerunt, ac ipsa perseverantia ornati quam Deus imperscrutabili judicio ceteris denegavit.

R. negando conseq. Majorem illam gratiam, qua boni Angeli adjuti dicuntur ab Augustino, contra Augustinenses contendimus, non esse adjutorium viæ, sed gratiam, quæ in Patria solum accipitur; non singulare perseverantiæ donum, sed Angelorum perseverantium præmium, et magnam per Spiritum s. datam Charitatis abundantiam, qua in gratia confirmati certi facti sunt se amplius casuros non esse. Ita hunc locum interpretandum esse multis Aug. testimoniis affirmo. Ac primo quidem hoc ipso in testimonio, quod objicitur, nullis interjectis ait: sicut etiam in libro, quem sequitur iste, tractavimus. Ut ergo loci controversi genuinum sensum assequamur ad librum undecimum e recurrendum. Verum in toto eo libro nullus e locus, ubi de majore illa gratia egerit Aug. quam iste, qui habetur cap. 13. „ Restat, ut aut impares fuerint, aut si pares, fuerunt (omnes Angeli in statu viæ) post istorum ruinam, illis certa scientia suæ sempiternæ felicitatis accesserit „. Itaque ex Augustini præscriptione illud majus adjutorium quo Angeli boni fuerunt adjuti, eam scientiam intelligimus qua postquam perseverassent, fuerunt instructi, ut cognoscerent se non amplius esse casuros, et additam uberiorem charitatem qua eorum usque adeo imperfecta beatitudo compleretur.

Profecto in similibus testimoniis, quum non alterius majoris adjutorii mentio habeatur, quam aut istius auctionis Charitatis, aut illius cognitionis, quæ certissime fuerunt bonæ permansionis præmium, et beatitudinis complementum, æquissima ratio poscit, ut obscura per clariora interpretantes, in eo, quem movent adversarii, loco non aliud, quam abundantiorem Spiritus S. illapsum ad eos postquam in veritate stetissent, perfecte beandos intelligamus. Ex pluribus aliis pauca seliganda. Credendum cap. 28. „ Eo, qui Diabolus factus est, cum suis impietatis elato, et ipsa cum suis elatione prostrato, ceteri pia obedientia Domino cohæserunt, accipientes etiam, quod illi non habuerunt, certam ipsa scientiam, quæ

essent de sua sempiterna, et nunquam casura stabilitate securi,,. Libro etiam de dono Persev. cap. 7. n. 13. „Angeli, inquit, qui Diabolo cum suis cadente in veritate steterunt, ad securitatem perpetuam non cadendi, in qua nunc eos esse certissimi sumus, pervenire meruerunt,,. En majus adjutorium, majus, quo magis adjuti fuerunt Angeli boni, additam propriæ beatitudinis securitatis cognitionem, non quidem ad perseverandum, sed in perseverantiæ mercedem collatam: Scientiæ simul, et majoris Charitatis meminit de Corr. et Gratia cap. 10. n. 27. ubi hæc habet „Diabolus vero, et Angeli ejus, etsi beati erant, antequam caderent, et se in miseriam casuros esse nesciebant; erat tamen adhuc, quod eorum adderetur beatitudini, si per lib. arbitrium in veritate stetissent, donec istam summæ beatitudinis plenitudinem tanquam præmium ipsius permansionis acciperent, id est ut magna per Spiritum S. data abundantia Charitatis Dei cadere ulterius omnino non possent, et hoc de se certissime nossent,,. Demum cap. 11. n. 32. „Angeli sancti, inquit, cadentibus aliis per lib. arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi, et hujus permansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, qua eis certissimum sit, semper se in illa esse mansuros,,. At quo pacto alii per liberum arbitrium stetisse, alii per idem liberum arb. cecidisse dicerentur, si Angeli boni magis adjuti fuissent, ut in bono perseverarent? Non est igitur illud adjutorium auxilium viatoribus datum, sed ipsius perseverantiæ illud est præmium, et beatitudinis supplementum, quam hoc ipso in libro cap. 12. n. 34. semel, et iterum adjutorii nomine appellavit August.

Objic. 3º. S. Aug. Enchiridii cap. 106. „Homo, inquit, in Paradiso ad se occidendum relinquendo justitiam idoneus erat per voluntatem, ut autem ab eo teneretur via justitiæ, parum erat velle, nisi ille qui eum fecerat, adjuvaret,,. Idem habet serm. 11. de verb. Apost., lib. 14. de Civit. cap. 27. Lib. 2. de Gen. ad litteram cap. 4. Concil. Arausic. II. etc. Ergo Adamus, et Angeli, ut tenerent viam justitiæ,

sive quod idem est, ut perseverarent, Dei adjutorio indigebant.

R. negando conseq. in sensu nostrae assertionis. Non enim dicimus, Augustinum unquam sensisse, ad eliciendos actus justitiae, ac pietatis Adamo et Angelis opus non fuisse ejusmodi adjutorio, quod ad omne opus salutare necessarium esse demonstratum est contra Pelagianos. Sed asserimus, ex mente s. Doctoris Adamum et Angelos in statu innocentiae non indiguisse eo peculiari dono ceteris actualibus auxiliis, ac ipsi gratiae sanctificanti superaddito, quod cap. sup. ad perseverandum requiri ostendimus. Via scilicet justitiae duplici modo tenenda est: primo eliciendo actus salutares, quibus illa, veluti humana vita cibis et potionibus continetur, ac sustentatur; secundo ea omnia avertendo, quae ex hac justitiae via possunt justum exturbare. Ut primo modo justitiam Adam teneret, sufficiens non erat liberum arbitrium sed erat supernaturale Dei adjutorium omnino necessarium. Ut secundo autem modo Adam justitiam retineret satis fuisse liberum arbitrium, quod erat in Adamo, quia nihil tunc erat, quod ad malum compelleret, continuo docet Augustinus. „Etsi peccatum, inquit s. D. loc. cit., in solo libero arb. erat constitutum; non tamen justitiae retinendae sufficiebat lib. arbitrium, nisi participatione immutabilis boni divinum adjutorium praeberetur. Sicut enim mori est in hominis potestate cum velit; nemo est enim, qui non se ipsum, ut nihil aliud dicam, vel non vescendo possit occidere, ad vitam vero tenendam, voluntas non satis est, si adjutoria sive alimentorum, sive quorumcunque tutaminum desint; sic in paradiso etc.„ ut in objectione. In ceteris testimoniis, quae innuunt Adversarii de ea unice sollicitus est Aug. ut ne ita commendetur liberum integri hominis arbitrium, ut nullo Dei adjutorio inde ad actus salutares indiguisse putetur; qui tamen usquam tradat appetitum recte comparatum, scientiam infusam, imperturbatam voluntatis constitutionem, perfectam omnium potentiarum consensionem in Adam sine peculiari adjutorio non sufficisse, ut altero modo justitiam retineret

Objic. 4º. Aug. sententia rectissime colligitur ex fidelissimi Discipuli s. Fulgentii doctrina. Atqui s. Fulgentius lib. 2. cap. 2. ad Trasimundum tradit Angelos bonos a ruina peculiari perseverantiæ beneficio præservatos fuisse inquiens„ Universi quidem aliis opprimi potuissent ruinæ consortio, nisi quos vellet a casu pravitatis virtus illa defenderet„. Ergo idem sensit etiam Augustinus.

Rº. dato minorem, tradit Fulgentius Angelos bonos a ruina præservatos fuisse peculiari perseverantiæ passivo beneficio, concedo minorem, perseverantiæ activæ beneficio, de quo hic tantum loquimur, nego minorem. Quis non confiteatur singulare Dei beneficium, hunc reluceve, quod Angelum, aut hominem justum antequam a justitia declinet, a statu viæ ad statum patriæ transferat. Sed hic de ejusmodi beneficio, quod perseverantiam passivam ante nuncupavimus, non disputamus; verum de illo peculiari adjutorio, quod Deus nobis ad vincendas tentationum impulsus superandos elargitur. De passiva autem perseverantia dumtaxat ibi loquutum fuisse s. Fulgentium inde colligo, quia singularis activæ perseverantiæ munere non indiguisse Adamum non obscure docet lib. de incarnatione, et gratia cap. 12. dum ait, Deum homini„ ad habendam, custodiendamque justitiam integrum, sanumque creasse liberitatis arbitrium„.

Objic. 5º. Si Angeli boni activæ perseverantiæ dono caruissent, potuissent gloriari se aliquid habere, quod non acceperint, nempe ipsam activam perseverantiam. At istud repugnat tum Augustini, tum Discipulorum sententiæ, ut plurimis eorum testimoniis patet confirmari. Ergo etc.

Rº. nego majorem. Non enim Angeli boni solis naturæ viribus perseverarunt; sed ut gratias actuales et ordinarias prætermittam, præclaro integritatis dono, in cujus supplementum, in hoc naturæ corruptæ statu peculiare perseverantiæ munus ex Augustini sententia electis conceditur. Quamvis igitur peculiari perseverantiæ dono, prout a ceteris

distinguendum esse diximus, non steterint Angeli, sed ii aliis uberrimis donis eisdem collatis; suam perseverantiam non sibi, verum divinis illis auxiliis adscribere debent, atque in Domino tantum gloriari possunt.

Quaeres quaenam fuerit adjutorium illud Adamo concessum, et ab Augustino tribus capitibus 10. 11. et 12. de Corr. et Gratia descriptum, <u>sine quo Adam perseverare non poterat, si voluisset, non quo fieret ut vellet</u>?

R. Petrum Lombardum S. Aug. adeo studiosum, ut ex ejus maxime operibus quatuor sententiarum libros expresserit, in 2. Distinct. 24, Alexandrum Alensem, Albertum Magnum, S. Bonaventuram, Gregorium Ariminensem, et alios+ in eo convenire, ut adjutorium illud Adami, de quo agit Aug. libro de Corr. et Gratia, habituale tantum fuisse existiment. Ab hac sententia non abhorret doctissimus Berti; qui de Theologicis Disciplinis lib. 24 c. 8. n.° 28, putat adjutorium <u>sine quo</u>, seu gratiam collatam Angelis et Adamo innocenti, etsi ab Augustino illuminationis et amoris vocabulis exprimatur, non excedere limites gratiae habitualis, si latiori quodam sensu accipiatur. Eodem pacto adjutorium sine quo definitur ab Eminentiss. Norisio in suis vindiciis. „Adam, inquit (c. 4.) §. 10. non indigebat dono actualis perseverantiae, quia habebat habebat adjutorium, quo per modum habitus inerat illi potentia proxime expedita ad perseverandum„. Tandem Stanislaus a Placentia tom. 1. n. 161. „Hoc solum, inquit, nos inter et Adamum intercedit discrimen, quod sancta victrice delectatione ad particulare bonum efficaciter nos promoveamur: Adam vero integer, et sui omnino perfecti juris, nullo intrinseco vitio affectus, ab actuali inspiratione adjutorii ita movebatur, ut leviter tantum, ac leniter ad bonum in communi excitaretur; sicque excitatus hoc vel illud particulare bonum amplecteretur„. Qua loquendi ratione Macedo, Schelstrat, Thomassinus, aliique plurimi utuntur. Ex his, et aliis bene multis sententiis Theologorum illam amplector, quae mihi verisimilior videtur,

+ inter quos Belarmin. et Molina.

Dico Adjutorium sine quo ex mente Augustini esse Gratiam tum actualem, tum praecipue habitualem, integritatis dono conjunctam. Singulas assertionis partes plura Augusti testimonia, indeque fluentes rationes luculenter evincunt. Cap. 11 n° 32. „ Tunc ergo, inquit Augustinus, dederat homini Deus bonam voluntatem; in illa quippe eum fecerat, qui fecerat rectum. Dederat adjutorium (quod varientes legunt et adjutorium), sine quo in ea non posset permanere si vellet... Posset ergo permanere si vellet, quia non deerat adjutorium, per quod posset, et sine quo non posset perseveranter bonum tenere, quod vellet „. Adjutorium autem hujusmodi bonae voluntati superadditum nequit esse aut sola gratia sanctificans, aut solum integritatis donum. Ergo per adjutorium sine quo intellexit Augustinus gratiam actualem, ut nomen ipsum adjutorii ostendit. Profecto si adjutorium sine quo ejusmodi erat, ut per illud Adam posset perseverare, per illud idem praecepta etiam supernaturalia poterat custodire, sine quorum observantia perseverare utique non potuisset. At sine actuali gratia supernaturalia Dei mandata facere non poterat. Adjutorium igitur sine quo gratiam actualem includebat. Quod ita confirmo. Gratiam universam Angelis, et Adamo in statu innocentiae concessam vocat Augustinus ratione perseverantiae adjutorium sine quo. Postquam enim hoc in libro de Correptione jam unum, jam alterum donum cadentibus eorum propriis indicasset, cap. 11 et 12. omnia dona Angelis et Adamo collata adjutorium sine quo ille nuncupavit. Quoniam ergo Adamus innocens non modo gratia sanctificante atque integritatis beneficio, sed etiam actualibus gratiis fuit instructus, ut libro 2: cap. 2 § 2. probatum est; recte asserimus per Adjutorium sine quo non tantum integritatis donum, et sanctificantem gratiam, sed etiam actualia auxilia intellexisse Augustinum.

Etsi vero nomine adjutorii sine quo ratione perseverantiae, de qua ibidem loquitur Hipponensis, intelligi etiam debeant gratiae actuales Angelis et Adamo necessariae ad obsequendum Dei praeceptis, quorum obedientia erat veluti quaedam conditio, sine qua perseverare non poterant

rant, praecipua tamen, quae de illo adjutorio tribus illis c. 11 enuntiantur, gratiae habituali, ac dono integritatis conveniunt. Gratiam habitualem praesertim respiciunt ea verba cap. 11. "Istam gratiam non habuit homo primus, qua numquam vellet esse malus, sed sane habuit, in qua si permanere vellet numquam malus esset... sed deseruit, et desertus est" et alia plura. Gratiae enim actuali divinae obedire, aut illam repuere, non eam deserere, aut in illa permanere. Ideo vero gratia sanctificans ex Augustini, et veterum praesertim, ex toto quoddam perseverandi adjutorium praestabat; quia partem inferiorem in officio continebat, ne rationi adversaretur, et animam spiritui perfecte subjiciebat, quae integritatis nomine solemus enuntiare." Quid ergo? Quaerit Aug. c. 11. de [illegible] mi adjutorio disputans, Adam non habuit Dei gratiam? imo vero habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat, quae de bonitate sui conditoris acceperat... in quibus nullum patiebatur malum. Ille non opus habebat adjutorio quod implorant isti; quum dicunt: Video aliam legem in membris meis... Ille nulla rixa de se ipso adversus se ipsum tentatus, atque turbatus in illo beatitudinis loco sua secum pace fruebatur."

Quaeres secundo quodnam adjutorii quo nomine intellexerit Augustinus?

Dico adjutorium quo ex mente Augustini esse ipsum insigne perseverantiae donum, sive quandam gratiam supernaturalem electis in hoc statu eo consilio concessam, ut in acceptam tentationibus justitia in finem usque perseverent. Probatur ex cap. 12 n.° 34. Quum enim Aug. ipsa adjutoria distinguenda esse monuisset, de adjutorio quo ita loquitur: "Nunc vero Sanctis in Regnum Dei per gratiam Dei praedestinatis non tantum tale adjutorium perseverantiae datur sed tale ut perseverantia ipsa donetur: non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint. Non solum enim dixit sine me nihil potestis facere: verum etiam dixit: non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat: quibus verbis eis non solum justitiam, verum etiam in illa perseverantiam

se dedisse monstravit." Adjutorium vero, per quod ipsa perseverantia donatur, et per quod justi nonnisi perseverantes inveniuntur, quod aliud amabo est, quam peculiare perseverantiae donum? Mox vero n.° 35. exponens necessitatem adjutorii quo illud opponens adjutorio sine quo, sive[2] libero arbitrio donat, quae paulo ante recensuimus, instructo, ita pergit Aug. „Major quippe libertas (majoribus scilicet donis confortata) est necessaria adversus tot, et tantas tentationes, quae in paradiso non fuerunt, dono perseverantiae munita, atque firmata, ut cum omnibus amoribus, terroribus, erroribus suis vincatur hic mundus„ et infra „accipiunt tantam per istam gratiam libertatem, ut quamvis quamdiu hic vivunt, pugnent contra concupiscentias peccatorum, eisque nonnulla subrepant, propter quae dicant quotidie. dimitte nobis debita nostra; non tamen ultra serviant peccato quod est ad mortem„; sed haec omnia praestantur solo perseverantiae beneficio, ergo adjutorium quo ex mente Augustini aliud non est quam nexus quidam (series) gratiarum electis ad perseverandum concessarum. Legatur integrum caput, praesertim n.° 38.

Corollarium primum. Qui universum duplicis adjutorii discrimen, quod docuit Augustinus intercedere inter gratiam sanitatis Adamo et Angelis datam, et gratiam medicinalem modo electis concessam repetunt a majori hujus quam illius intensione; difficultatem non dissolvunt. Quamvis enim gratia medicinalis major sit et potentior, qua voluntas electorum ita contra tentationes instruitur, ut adversus eas indeclinabiliter, et insuperabiliter stare possit; haec major efficacitas tamen non constituit novam qualitatem classem adeo distinctam, ut quemadmodum aliqui putarunt, prior dederit tantum posse velle, posterior autem det ipsum velle. Scio equidem docere Augustinum cap. 11. et 12 adjutorium sine quo seu gratiam sanitatis non dare ipsum velle. At ibi quum loquatur[3] de sola perseverantia[2], inde colligitur solum illam gratiam non dedisse velle perseverare, quatenus nempe non inspirabat efficax perseverandi propositum, neque ordinata erat ad obices removendos, qui perseverare impediunt

n. 38. Subventum est infirmitati voluntatis humanae ut divina gratia indeclinabiliter, et insuperabiliter ageretur; et ideo quamvis infirma non tamen deficeret, neque adversitate aliqua vinceretur. Fortissimo dimisit, atque permisit facere quod vellet. infirmis servavit, ut ipso donante invictissime quod bonum est vellent, et hoc deserere invictissime nollent.[3]

Sub oculos ponit aeternam miseriam, in quam Angeli [illegible] qui ruunt, ac plerique homines prolabuntur in quam miseriam judice Aug. Angeli nesciebant se esse casuros; hinc aliorum exemplo discunt quid sit peccati malum; iis Deus inspirat implacabile odium adversus iniquitatem, firmum propositum se communiendi adversus tentationes, spiritum orationis, quo continuo Deum obsecrant, ut vires vincendi pares suppetat, quod nunquam ista fecisse legitur.

contra atque auxilium quo, et gratia modo ad perseveran-
dum collata, quam Deus in hunc finem electis suis elar-
gitur. Ceterum innumera sunt Augustini testimonia, in
quibus tradit gratiam Adami dedisse ipsum velle, non velle
perseverare, sed velle dilig. credere, velle sperare, velle
diligere, velle bonum operari. Relegatur saltem illud, quod
in 1. Assert. cap. hujus ad objectiones 2. responsionem allatum
est; cui addendum est et illud de civit. cap. 13. libr. 14.
„ Si voluntas Adami in amore superioris boni, a quo
illustrabatur, ut videret, et accendebatur, ut amaret,
stabilis permaneret, non inde ad sibi placendum averteretur
et ex hoc tenebresceret, et frigesceret„. Non igitur in
eo famosum discrimen est reponendum, ut alterum adju-
torium voluntatem accenderet, et daret ipsum velle, alterum
vero istud idem non praestiterit.

Corol 2. Ab Augustini mente, scopo, et sermone
longissime absunt illi etiam, qui per adjutorium sine quo
gratiam sufficientem et sterilem, per auxilium vero quo
gratiam efficacem indicari existimant. Neque enim hic
1. fit comparatio inter solum Adamum, et ceteros homines ex
massa perditionis electos, sed inter integrum innocentiae
statum, et naturae reparatae electorum in hoc n.v. conditionem; inter gratiam
scilicet in primo statu cum Adamo tum omnibus Angelis
ad perseverandum tributam, et ipsum perseverantiae donum,
quod electis tantummodo in hoc statu Deus elargitur.
Alioquin vero Angelos solo adjutorio sine quo revera
perseverasse jam ostendimus; Adamum etiam per idem
2. auxilium aliquantulum bene operatum fuisse, non vero
supponunt manifesta Augustini testimonia. Ex altera
etiam parte certissimum est in hac naturae corruptae
conditione justis aliquando gratias efficaces tribui
3. quin tamen perseverantiae donum concedatur. Qui
ergo fieri potest, ut adjutorium sine quo gratiam nere
sufficientem, et sterilem, auxilium autem quo gratiam
efficacem praeseferat?

Corr. III. Sed neque ejusmodi inter utrumque adju-
torium discrimen admittendum est, ut per adjutorium sine
quo gratia versatilis, indifferens, atque ex voluntatis

arbitrio suspensa; per adjutorium vero quo aut gratia physice prædeterminans cum Thomistis, aut victrix delectatio cum jansenio Augustinianis, eoque minus gratia necessitans cum jansenio intelligatur. Colligunt id hujus distinctionis Patroni ex eo, quod adjutorium sine quo ab 1.
Augustino dicatur dare tantummodo posse velle, non autem ipsum velle, qui est fructus adjutorii quo. Verum paulo ante dicebam cum S. D. etiam adjutorium sine quo dedisse ipsum velle, non velle perseverare, sed velle opera salutaria perficere. Deinde gratia medicinalis etiam 2
efficacissima justis interdum conceditur, licet adjutorium quo nequeat appellari, quia nimirum non omnes justi usque in finem perseverant. Sed quod singillatim Augustinenses spectat, quum ex eorum sententia gratia victrix, seu efficax seu efficax in hoc naturæ statu consistat in cælesti delectatione oppositam concupiscentiam superante, quo major et potentior erit gratia, 3.
eo suavior, et jucundior erit cælestis delectatio. At gratiam in hoc statu electis concessam majorem, potentioremque esse docet Augustinus cap. XI. n.º 30. Consequens ergo est jucundius, et latius esse adjutorium quo præ altero adjutorio sine quo Adami innocentis proprio. Verum hoc adversatur apertissimis Augustini testimoniis eodem n.º 30. docentis gratiam Electis in hoc statu concessam potentiorem quidem esse, non autem latiorem; et quantum spectat ad delectationem pugnantis boni uberiorem est fuisse primum hominem, quam quemlibet justum in hac vita mortali. Itaque adjutorium quo, seu gratia Electis data non est præ altero adjutorio delectatio victrix, qualis a recentioribus propugnatur. Hinc jansenii machina vehementer excutitur, quæ tamen libro seq. funditus evertetur.

I.
finiti
sanc
confi
sit
Dela
alter
tione
gust
coac
tio
sed
Pete
gine
eva
sing
ad
pta
iu
Do
fac
ita
sau
tim
rel
pic
pie
Con

cons

Liber IV.

De Natura, efficacitate, ac distributione

Gratiae actualis.

Caput I.

Statuitur per divinam Gratiam, quam Concilia, et Patres ad salutariter operandum requirunt, supernaturali virtute illustrari intellectum, voluntatem excitari, et vulnera utriusque potentiae sanari.

I. Satis in comperto esse non possunt Ecclesiae definitiones ad pietatis actus divinae gratiae necessitatem sancientes, nisi etiam aperiatur, idoneisque rationibus confirmetur, quaenam huic divinae Gratiae vocabulo sit subjecta sententia. Quare disputatio, quam contra Pelagianos, et Massilienses hactenus habuimus, nunc alteram de Gratiae natura, seu physica essentia tractatione e nobis declaranda. Pelagius, ut narrat S. Augustinus de ejusdem gestis c. 14., in Synodo Diospolitana coactus est hanc Coelestii propositionem damnare: Gratiam Dei, et adjutorium non ad singulos actus dari, sed sed in libero arbitrio esse, vel in lege, ac doctrina. Ceterum inter sententias, quas idem Aug. Vitali Carthaginensi tamquam totidem fidei dogmata proponit, haec erat n.º 5.º „ Scimus (Christi Gratiam) majoribus ad singulos actus dari „. et S. Prosper in responsione ad 8. capit. Gallorum refert ab universo mundo receptam fuisse Constitutionem, qua 214 Episcopi in Concilio Africano definierunt „ Gratiam Dei per J. C. Dominum non solum ad cognoscendam, verum etiam ad faciendam justitiam nos per actus singulos adjuvari, ita ut sine illa nihil verae, sanctaeque pietatis, cogitare, dicere, agere valeamus „. Ex his, ac praesertim ex can. 10. Concilii Arausicani lib. sup. (Hog in Ass. prob. 2) relato Theologi, si nonnullos Molinam secutos excipias, unanimiter colligunt, habitualem gratiam ad pietatis opera non sufficere, quamque Patres et Concilia requirunt, esse actualem.

II. Hujus gratiae naturam discutientes Thomistae complures in actuosa quadam, et prorsus ignota qua-

Liber IV.

De natura, efficacitate, ac distributione

Gratiae actualis.

Caput I.

Statuitur natura Gratiae actualis ad salutariter agendum necessariae; eamque non moraliter solum, sed physice virtute sibi intrinseca actus nostros salutares operari demonstratur

(+) Atque Gratiam ita consideratam secundum se, et intrinsecus supernaturalem esse docent communiter, contra atque nonnulli putarunt, qui non secundum se, atque intrinsecus, sed extrinsecus duntaxat, quatenus conceditur ex meritis Christi; ad supernaturalem beatitudinem obtinendam, atque in iis circumstantiis, in quibus debita non est, supernaturalem dixerunt. Sunt demum, qui potius ejus principium, quam etc. etc.

3. A natura gratiae actualis ad ejus influxum in opera salutaria descendens iterum Theologos inter se discrepantes invenio. Non hic discutitur acerrima controversia, quae ad conciliandam libertatem hominis cum divinae Gratiae efficacitate fuit instituta, et tanto animorum aestu solet agitari; ut ex capite tertio hujus libri aperte constabit. Sed illud hic duntaxat quaeritur, num Gratia actualis moraliter solum, an etiam physice actus pietatis operetur. Aliqui, namque illi quidem, non physicum, sed moralem solum influxum actuali Christi Gratiae adscribunt; ex iis nonnulli physicum etiam, sed tunc solum admittunt, quum habitus virtutum infusi non habentur. Diximen hoc nihil attendendo, postquam Gratiae actualis naturam investigavero, cum plerisque omnibus statuam Gratiam actualem intrinseca sibi virtute actus hominis salutares physice operan

litate vires naturales ad salutariter agendum elevant eam statuendam esse arbitrantur. Alii physicam ejus essentiam reponunt in motionibus indeliberatis cum intellectus, tum voluntatis,, ut per eam appareat, quod latebat, et suave fiat, quod non delectabat,, quemadmodum lib. 2. de pecc. mer. et remiss. c. 17. eam describit Augustinus. (+) Denique nonnulli potius ejus principium, quam naturam investigantes nihil aliud esse contendunt quam Dei benignam Dei voluntatem nobis intime praesentem, et in nobis gratuito affectus salutares generantem; non secus atque praevius Dei concursus ad opera naturalia plurium Theologorum sensu reponitur in divinae Omnipotentiae, quae intime causis secundis assistat, iisdemque applicatur. Nos Conciliorum, et Patrum auctoritate Gratiae naturam definientes ita litem dirimendam enuntiamus.

Assertio I.

Gratia, quam Concilia et Patres ad salutariter operandum requirunt, sita est in supernaturali illustratione intellectus, et voluntatis motione, per quas vulnera utrique potentiae inflicta sanantur, et hisce ad salutariter agendum potestas tribuitur.

Prob. I pars. Conc. Milevitanum can. 4. ,, Utrumque Dei donum est, scire quid facere debeamus et diligere, ut faciamus,,. Arausicanum II. can. 7. ,,Si quis per naturae vigorem aliquod, quod ad salutem pertinet vitae aeternae, cogitare, ut expedit, aut eligere... posse confirmat, absque illuminatione, et inspiratione Spiritus S. haeretico fallitur spiritu,,. Denique Tridentinum sess. 6. c. 5. declarat ita hominem ad justificationem disponi,, ut, tangente Deo cor hominis per spiritus S. illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens, quippe qui illam abjicere potest: neque tamen sine gratia Dei movente movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit,,.

Ex Patribus unum seligo Augustinum, quem caeterarum sequuntur universi. Itaque lib. de pecc. meritis et rem. praeter sententiam paulo ante recitatam,, quum Deus, inquit cap. 9.

ab illo illius adjutorium deprecamur ad faciendam, perficiendamque justitiam, quid aliud deprecamur, quam ut id quod latebat appareat, et suave fiat, quod non delectabat. 2. Cap. 19. Gratiam appellat aeternam scientiam, et victricem delectationem, nec non lucem, qua illuminantur tenebrae, et suavitatem, qua dat fructum terra nostra.

Hac omnia Augustinus et Concilia ex purissimis Scripturarum fontibus hauserant, in quibus divina Gratia passim intellectus, lucernae, sapientiae et revelationis nominibus insignitur. Intellectum da mihi et vivam, psalm. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis, ibid. Deus det vobis spiritum sapientiae, et revelationis in agnitione ejus, illuminatos oculos cordis vestri ut sciatis, Ad Eph. 1. v. 17. De voluntate aeque diserta sunt Scripturarum testimonia. Ezech. 36. 26. Dabo vobis cor novum... auferam cor lapideum, et dabo vobis cor carneum... et faciam ut in praeceptis meis ambuletis. Prov. 8. Praeparatur voluntas a Domino. Ad Phil. 2. 13. Deus est, qui operatur velle et perficere, pro bona voluntate.

Ex his nonne abunde constat, Gratiam, cujus ope ad operandum indigemus, non modo intellectum illuminare sed etiam voluntatem movere, et excitare; ac rectissime in ipsis intellectus illustratione, et motione voluntatis esse reponendam? At tales affectiones quoad se substantiam quoque, non solum quantum ad circumstantias, ut aliqui putarunt, supernaturales sint oportet. Concilia enim et Patres, praesertim Augustinus adversus Pelagianos Gratiae necessitatem propugnantes, docuerunt hominem suis naturalibus viribus nihil salutariter velle posse aut cogitare. Requirebant ergo ejusmodi gratiam, quae naturam suis viribus imparem pietatis actibus redderet potentem salutariter operari. Sed Gratia quoad se substantiam naturalis nequit naturam suis viribus impotentem, potentem facere. Illustratio igitur intellectus, et voluntatis accensio ad salutariter agendum necessaria supernaturales sint oportet.

Cf. Mtu, to Syno. y Arauric. 2. capp. 13. 14. 18. 19. 21. Trid. sess. 5 in decreto de pecc. orig. Aug. Fulgentius etc.

Vulnera sunt ignorantia, malitia, infirmitas et concupiscentia

Prob. 3a pars. Concilium Milevitanum can. 4. sancit „Si quis dixerit gratiam Dei per Jesum Christum propter hoc tantum nos adjuvare, ut quia per ipsum nobis revelatur intelligentia mandatorum ut sciamus quid appetere, quid vitare debeamus; non autem per illam praestari nobis, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere valeamus, ac diligamus, anathema sit." Et Aug. de Gratia Christi c. 12. „ gratia ipsi fuit non solum ut facienda noverimus, verum etiam, ut cognita faciamus". Natura scilicet humana quum sibi relicta actum supernaturalium incapax sit, una Dei virtute idonea fieri potest. Cum autem intellectus hominis insufficientia in eo sita sit, ut objecta supernaturalia cognoscere non possit, nisi lumine caelesti nos Deus praeveniat, continuo apparebit, quod ante latebat: quia vero humana voluntas ferri nequit in objecta supernaturalia, etsi gratia illuminante ipsi repraesententur, nisi vi superna elevetur, et feliciatur; si ineffabili sua virtute Deus illam excitet ac moveat, suave illi fiet quod ante non delectabat, et quod ejus vires excedebat, complectetur.

Prob. II. pars. Inflicta ex originali peccato vulnera, quum ad ignorantiam, et difficultatem, adeo que ad depravatum intellectum, et vitiatam voluntatem pertineant, illustratione, et inspirata boni delectatione sanari possunt. Eadem igitur gratia, quae illuminat intellectum, et voluntatem ad bonum inclinat, utrique etiam potentiae vulneribus mederi potest. Atque ipsa etiam illis mederi tradunt Patres et CC. Dum hinc naturam humanam sauciatam, debilitatam, infirmatam dicunt; inde vero gratiam naturae lapsae sanantem, reparantem, liberantem, et medicinalem appellant. „Nemo, inquit Augustinus lib. 2. de peccat. meritis c. supra cit. 19. „ ad justitiam nemo convertitur, nisi operante gratia sanetur... cujus autem gratia sanatur, nisi illius, cui dicitur: converte nos Deus sanitatum nostrarum, et averte iram tuam a nobis„. Prob. III Pars verbis Corr. 2 expedi

Corrolarium I. Gratia igitur medicinalis, quae homini originali culpa vitiato confertur, validior est illa, quae Adamo innocenti data fuit, ut innuimus cap. sup. Corrol. 3. ex Augustino. In hoc enim naturae corruptae statu duplici ratione Dei Gratia indiget homo; primo ut inflicta vulnera sanentur, secundo ut homo ad actus supernaturales eliciendos idoneus reddatur. Adam autem innocens nulla egebat medicina, sed auxilio duntaxat supernaturali, quo ad salutariter operandum erigeretur, quod gratia cum intellectus tum voluntatis praestabat. Cum enim intellectus humani insufficientia in eo posita sita sit, ut objecta supernaturalia cognoscere haudquaquam possit, si lumine caelesti nos Deus praeveniat, continuo apparebit, quod ante latebat. Quia vero supernaturalia objecta etsi gratia illuminante cognita, bonitatem suam menti nostrae, non nisi obscure praesentant, voluntas autem nostra non aliis afficitur, quam quae clara cognitione bona esse apprehenduntur, hanc si praeterea ineffabili virtute sua Deus excitet moveatque, suave fiet, quod ante non delectabat. „ Quis enim nesciat, non esse in hominis potestate, quid sciat; nec esse consequens, ut quod

appetendum cognitum fuerit, appetatur, nisi tantum delectet, quantum diligendum est;" ait S. Aug. lib. de Spir. et lit. c. 35. n. 63. Sed praeter hanc gratiae necessitatem homo noxa originaria sauciatus, indiget etiam adjutorio, ut sanetur; cumque voluntas magis, quam intellectus vitiata sit, potissimae gratiae vires ad voluntatem sanandam conferuntur. Idcirco Hipponensis l. 4. contra 2. epist. Pelag. c. 7. docet, "inspirationem sanctae dilectionis, qua cognita sancto amore facimus, proprie gratiam compellandam esse."

Coroll. II. Etsi modi, quibus gratia divina in nobis operatur juxta S. Aug. miri plane, occulti, ineffabiles, diversi, et innumerabiles sunt; ad intellectus tamen illustrationem, et inspirationem voluntatis omnes sunt referendi. Certe post Aug. ita enumerat ejus discipulus S. Prosper c. 14. contra Collatorem, "Nemo venit, nisi attractus; omnes quocumque modo veniant, attrahuntur. Trahit igitur ad Deum contemplatio elementorum, omniumque quae in eis sunt, ordinatissima pulchritudo: trahit rerum gestarum cognitio, et divinorum operum relatura animos audientis inflammant. trahit timor, principium enim Sapientiae timor Domini: trahit laetitia, quoniam laetatus sum in his quae dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus. Trahit desiderium, quoniam concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini. Trahit delectatio: quam dulcia enim faucibus eloquia tua... Quis perspicere, et enarrare possit per quos affectus visitatio Dei animum ducat humanum, ut quae fugiebat sequatur, quae oderat, diligat?" Sed omnes isti tam diversi modi, quibus ad se nos attrahit Deus, ubi qua parte intellectum respiciunt, generatim ad illuminationem supernaturalem reducuntur; ita varii illi affectus quos ad voluntati Deus inspirat, ad charitatem, seu caelestem delectationem sunt revocandi. Omnis enim actio, ut inquit Angelicus Augustini doctrinam amplexus, ex amore, sicut ex

causa procedit.

Corrol III. Actus intellectus, et voluntatis, in quibus Gratiam secundum se spectatam reponendam diximus, sunt actus indeliberati. Qualibet enim causa diversa, atque adeo natura prior est suo effectu. Quum igitur Dei gratia, seu ejusmodi illuminatione, atque inspiratione omnis actio bona deliberata in nobis efficiatur, actus illi vitales tum intellectus tum voluntatis omni actione deliberata sint priores oportet, atque indeliberati. Hinc Conc. Arausic. 2. can. 20 ait: multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla vero facit homo bona, quæ non præstet Deus, ut faciat homo. Et S. Aug lib. de peccat. mer. c. 19. diserte affirmat de Gratia præveniente „ illam esse in nobis sine nobis„; Nempe sunt actus nobis immanentes et vitales, non tamen nobis liberi; et deli et meritorii. Non inficior tamen actus deliberationem gratiæ auxiliantis et subsequentis rationem habere posse; quum illi movere possint voluntatem ad alia opera salutaria, ut actus Charitatis ad præceptorum observantiam, et intentio finis ad mediorum electionem. Sed tunc actus deliberati rationem habent gratiæ subsequentis, et adjuvantis, non tamen primo excitantis, et prævenientis. Pauca Augustinus in Enchir. c. 17. „ Gratia Dei, inquit, nolentem prævenit, ut velit, volentem sequitur, ne frustra velit„; et lib. de Gratia et lib. arb. c. 17. „ Ut ergo velimus, sine nobis operatur: cum autem volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur„

Quæres num Gratia, et virtute sibi intrinseca (nec) illuminet, et voluntatem inclinat ad opus salutare?

R. ex hactenus recensitis divinæ gratiæ voluntatem nostram prævenientis characteribus istud apertissime ostendi. Primo enim Gratia, ut natura et tempore actui salutari præit, sita est in illustratione, et pia motione voluntatis, actibus animæ nostræ vitalibus et indeliberatis. illi igitur non a nobis, sed in nobis sine nobis natura, et intrinseca Gratiæ virtute perficiuntur. 2do. Gratia e medicina infirmæ et vitalia fastidientis animæ; ergo non alia quam sibi

intrinseca virtute ~~Elegendum~~ ejus vulneribus medetur. At medela hac eo praecise peragitur, quod illuminet intellectũ, et insuper ad bonũ voluntatẽ inclinet, ut in ista assertionis parte ostensũ est: illud igitur virtute sibi intrinseca praestat. 3.º Gratia est adjutoriũ, quo ad opera salutaria; quibus naturae nostrae conditione impares sumus, efficienda reddimur idonei: potentia autẽ haec operandi salutariter aliunde quam a natura gratiae oriri non potest. Ergo. Profecto si concupiscentia, ceteraque peccati illecebrae voluntatẽ ad malũ natura sua commovent; cur tandem ad bonũ gratia caelestis natura perinde sua intrinsecaque virtute non inclinet? Doctrinam hanc sacrae etiã litterae aperte commendant, dũ dicunt, Deũ dare nobis cor novũ, spiritũ novũ ponere in medio nostri, auferre cor lapideũ, dare cor carneũ, praeparare voluntatẽ, inclinare cor in testimonia sua.

Quaeres 2do utrum Gratia physice influat in actus salutares?

R. sententiam Suarez eximii, Ulloa, et aliorum, qui Gratiã praevenientem, de qua disputamus, moraliter solum in actus salutares influere docuerunt, mihi displicere. Quare asseveranter pronuncio gratiam non moraliter tantum, sed physice in actus salutares influere. Probatur. Ea scripturae testimonia, in quibus legitur: Deus ẽ, qui operatur in nobis velle, et perficere, ut Phil. 2. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt Filii Dei, ut est Rom. 8. laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecũ, ut ait Apostolus 1. Cor. 15. et alia prope infinita, in quibus divinae Gratiae efficacitas commendatur, vix, aut ne vix quidẽ in opposita sententia possunt explicari. Opus enim, ad quod moraliter tantũ puta externa adhortatione, precibus, et suasionibus quispiã concurrit, ab eo agi et perfici vere et proprie non dicitur. Sed nulla omnino firma ratio afferri potest, cur divina Gratia

operatio in ejusmodi sacris Eloquiis sensu minus proprio sit intelligenda. Ergo divina Gratia non moraliter tantum sed physice quoque actus nostros salutares operatur. Et sane quum Apostolus affirmat, se non laborasse, at secum Dei Gratiam, aperte innuit non minus Dei gratiam operatam fuisse, quam ipse operatus sit. At si Gratia moraliter tantum, ipse vero physice actus sui Apostolatus proprios egisset, magis ipse quam Gratia, quod nemo dixerit umquam, laborasset. Ergo.

Assertio II.

Gratia actualis virtute sibi intrinseca nos ad actus salutares inclinat, eosque physice operatur.

Prima pars ex recensitis hactenus Gratiae characteribus aperte ostenditur. Primo enim Gratia et natura, et tempore actui salutari praeit, sitaque est in illustratione, et pia motione voluntatis, actibus animae nostrae vitalibus, et indeliberatis: ii ergo non a nobis libere operantibus, sed in nobis ante omnem nostram electionem viribus Gratiae intrinsecis opera perficiuntur. Secundo Gratia est medicina animae nostrae infirmae, ac salutaria fastidientis; sua igitur non nisi virtute vulneribus ejus medetur. at medela haec eo praecise peragitur, quod illuminat intellectum, et voluntatem ad bonum inclinet: istud igitur intrinseca sibi virtute praestat. Tertio Gratia est adjutorium, quo ad opera salutaria, quibus ex naturae nostrae conditione impares sumus, efficienda reddimur idonei, per ipsum possumus. Potentia haec igitur salutariter operandi aliunde, quam a natura Gratiae oriri non potest. At potentiam eam per ipsum tunc nascimur, dum per Gratiam incipit apparere quod latebat, et suave fieri quod non delectabat: haec igitur solius Gratiae viribus sunt adscribenda. et certe si concupiscentia, ceteraque peccati illecebrae voluntatem ad malum natura sua commoverit; fieri nequit, ut eandem ad bonum gratia caelestis natura pariter sua, intrinsecaque virtute non inclinet? Doctrinam hanc in secundam Assertionis partem suadendo ita confirm

Assertio II.

Gratia Dei actualis virtute sibi propria et intrinseca nos ad actus salutares inclinat, eosque nobiscum physice operatur

Probatur ~~pars~~ pars prima ex Scripturis. Phil. 2. Deus e qui operatur velle et perficere. Rom. 8. Qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt Filii Dei. 1. Cor. 15. laboravi, inquit Apostolus: non ego autem sed Gratia Dei mecum. Atqui haec et prope infinita his similia divina eloquia, si obvio, et proprio sensu intelligantur, sicut hic sunt intelligenda; quum nulla gravis ratio nos urgeat ad illa in sensum minus proprium, et metaphoricum detorquenda, innuunt aperte, per efficacissimam Gratiam suam Deum physice actus nostros salutares operari, et perficere. Ergo. Profecto opera, ad quae moraliter tantum, puta externa adhortatione, consilio, et persuasionibus quispiam concurrit, vere et proprie ab illo agi, et perfici non dicuntur, sed ab illo duntaxat, qui illa physice operatur. Addo. Paulus Apostolus affirmat, se non labor laborasse, non se autem, et secum Dei Gratiam, docet manifestissime non minus proprie, et vere operatam fuisse Gratiam, quam ipse illa operatus fuerit. At si divinum adjutorium moraliter tantum, ipse vero physice actus sui Apostolatus peregisset, magis vere, ac proprie ipse, quam Gratia perfecisset. Ergo.

Ad Patrum auctoritatem confugientibus, ut germanam Scripturarum doctrinam assequamur, ultro sese offert Augustinus. „Deus, inquit de Gratia Christi c. 24. Deus interna, atque occulta, mirabili, atque ineffabili potestate operatur in cordibus hominum non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates„. De corrept. autem et Gratia c. 12: subventum est igitur infirmitati voluntatis humanae, ut divina Gratia indeclinabiliter, et insuperabiliter ageretur„. Et c. 14. intus egit, corda tenuit, corda movit, eosque voluntatibus eorum, quas ipse in illis operatus est traxit ... magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas„. infinitus essem, si cetera huc spectantia afferre vellem, quum hujusmodi locutionibus omnia ejus scripta referta sint. At si praeconceptae opiniones ponantur, nemo hic physicam, intrinsecam, et efficacissimam Divinae Gratiae virtutem actus salutares perficientem non agnoscat.

Non minus aperte loquitur e ejus fidelissi-

mus interpres Angelicus. Prima enim p. q. 111 a. 2. "Voluntas, inquit, potest immutari dupliciter. Uno modo ab interiori, et sic quum motus voluntatis non sit aliud, quam inclinatio voluntatis in rem volitam, solius Dei est, immutare voluntatem, qui dat naturæ intellectuali virtutem talis inclinationis". et iterum "Solus Deus efficaciter potest movere voluntatem Angelus autem, et homo per modum suadentis". En moralis, et physicæ motionis discrimen: Angelus, et homo possunt nos persuadendo in aliquam partem flectere: Deus autem intrinsece et physice operando per gratiam suam voluntatem nostram immutat. Similia sunt, quæ habet S. Doctor ~~q. 1. q. 1. q.~~ q. 19. a. 8. et 1. 2. q. 9. a. 6. et q. 10. a. 4. q. 80. a. 1 q. 3. de pot. a. 5. q. 6. de malo a. unic. ad 3. Demum ne omnia persequar q. 22. de verit. a. 8. "Omnis actio voluntatis, inquit, in quantum est actus, non solum est a voluntate, ut immediate agente, sed etiam a Deo, ut primo agente, qui vehementius imprimit: unde sicut voluntas potest immutare actum suum in aliud ita et multo amplius Deus".

Sed quid adhuc haeremus? Concilium Milevitanum can. 4. anathemate perculit eos, qui asserunt per gratiam Dei "non præstari nobis, ut quod faciendum cognovimus, etiam facere valeamus, ac diligamus". Verbo illo valeamus non moralem solum, sed physicum gratiæ intrinsecas gratiæ vires, easque physice efficientes influxum expressit Concilium, ut vocabulum innuit et ipso rerum exigebat. Per gratiam enim ejusmodi vires conceditur debent naturali hominis arbitrio, quibus de se impotens salutariter operari, et infirmum ad actus salutares eliciendos expeditum redditur: quod moraliter tantum influxus præstare non potest. Medicina extetis

Objicies 1. Aug. contra Pelagianos non aliam de causa gratiæ actualis necessitatem asseruit, quam ut appareat, quod latebat, et suave fiat, quod non delectabat, ut in prima assertionis probatione dictum est. Sed hic loquendi modus non innuit gratiam, cujus ope intrinsecus simul et physice actus nostros operetur

---

[illegible] modo [illegible] voluntas ab [illegible] et hoc "[illegible] est uno modo [illegible], scilicet a [illegible] "so per intellectum. unde secundum quod quis est [illegible] "[illegible] apprehenditur ut bonum [illegible] "tendum, secundum hoc movet voluntatem. Et sic solus "Deus efficaciter potest movere voluntatem, Angelus "autem et homo per modum suadentis. Aliter etiam "movetur in hominibus voluntas ab exteriori, scilicet "ex passione existente circa [illegible] sensitivum".

Per gratiam actualem id nobis præstatur, ut actus v. g. orationis, eleemosynæ, qui secus naturalis esset, fit ordinis supernaturalis; sed id unde actus novam hanc formam et naturam induit, physice operetur necesse est; illiusque principium elicitivum est. Sed principium elicitivum actus, utique physice influit. Ergo

Sine me nihil potestis facere. Ego sum vitis. Sufficientia nostra ex Deo. Ipsa ergo possibilitas ipsa virtus necessaria ad agendum Gratia donat.

\+ Gratia animæ nostræ infirmæ, et salutaria fastidientis non nisi igitur efficacitate sibi propria et intrinseca vulneribus ejus medetur, et salutem operatur.

sufficienter per moralem gratiae influxum salvatur. Ergo etc. Deinde commune est Theologorum principium, habitus infusos dare simpliciter posse. Ergo saltem homini justificato opus non ē ejusmodi gratia actuali, cujus intrinseca virtute pietatis actus physice peragantur. Hoc argumentum eximio Suarez, aliisque Theologis visum ē adeo efficax, ut hinc satis constare putaverit, nullum argumentum pro nostra sententia afferri posse, quod eo principio non infirmetur.

R. negando minorem in sensu Augustini. Quaenam enim sint illius illustrationis, atque delectationes, quo-vires-nam modo per illas Deus moraliterne tantum, an etiam physice actus salutares in homine perficiat, abunde explanavit testimoniis paulo ante adductis. Quid magis moralem tantum cooperationem innuere videretur, quam divina vocatio? At „ vocatio ista, inquit lib. 1. ad Simpl. q. 2. ē effectrix bonae voluntatis, hoc est bonorum operum „.

Ad secundum respondet Angelicus 1. 2. q. 109. a. 9. docens, eum qui jam consecutus ē gratiam habitualem, qua cum virtutum habitus infunduntur, non posse per se ipsum operari bonum, et vitare peccatum absque auxilio gratiae actualis. Id autem probat in primis ex Augustino, qui lib. de natura et gratia c. 26. „ sicut oculus corporis, inquit, plenissime sanus, nisi candore lucis adjutus, non potest cernere, sic et homo perfectissime etiam justificatus, nisi aeterna luce justitiae divinitus adjuvetur, recte non potest vivere „. Inde pergit Angelicus: Homo ad recte vivendum dupliciter auxilio Dei indiget. uno quidem modo quantum ad aliquod habituale donum, per quod natura humana corrupta sanatur, et etiam sanata elevatur ad operanda opera meritoria vitae aeternae, quae excedunt proportionem naturae. Alio modo indiget homo auxilio gratiae, ut a Deo moveatur ad agendum; et hoc propter duo. Primo quidem ratione generali; quod nulla res creata potest in quemcumque actum prodire,

nisi virtute motionis divinæ: secundo ratione speciali propter conditionem status humanæ naturæ, quæ quidem licet per gratiam sanetur quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio et infectio, quantum ad carnem ... remanet etiam quædam ignorantiæ obscuritas in intellectu... et propter hoc etiam renatis in filios Dei per gratiam convenit dicere: et ne nos inducas in tentationem et fiat voluntas tua etc. quæ in oratione dominica continentur ad hoc pertinentia. Eadem est s. Aug. sententia, qui lib. de Naā et Gratiā cap. 48 postquam retulisset Pelagii verba asserentis ad vitanda peccata opus non esse Dei adjutorio, ita subjungit „Si de integra et sana natura (habitibus utique instructa) loqueretur, quam modo non habemus... nec sic recte diceret, quod non peccare nostrum tantummodo sit, nam et tunc esset adjutorium Dei, et tanquam lumen sanis oculis, quo adjuti videant, se præberet. Quia vero de hac vita disputat, ubi corpus quod corrumpitur, aggravat animam, deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, miror, quo corde, etiam sine adjutorio medicinæ Salvatoris nostri, nostrum putet esse non peccare. His igitur nisi rationibus, et argumento n.º 2 hujus libri exposito, negamus habitus infusos ita dare simpliciter posse, ut auxilio ulteriori ad operandum non indigeamus.

Instabis. Sin. Milevitana can. 3. ita definit: „Quicunque dixerit, gratiam Dei, in qua justificamur per Jesum Chr. D. N. ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema sit„; Ergo habitualis ergo gratia ita dat posse bene operari; ut physicus actualis adjutorii influxus non requiratur.

R.º nego consequentiam. Sinodus enim illa non loquitur de gratia præcise habituali, quatenus formaliter ut scholæ loquuntur, per eam justificamur. Editus enim canon ille contra Pelagianos, qui Catholicorum argumentis pressi, gratiam tandem admiserant, sed eam solum qua peccata nobis deleruntur, remitterentur non eam, qua adjuvemur ut non peccemus. Sermo igitur Milevitanis Patribus erat aut de

aut de Gratia generatim inspecta, prout tum actualem, tum habitualem complectitur, aut certe de actuali, qua homines ad justificationem praeparantur, et disponuntur. Ceterum licet concedemus canonem illum de sola habituali esse intelligendum, quid inde? non enim ibidem dicitur sufficere, sed valere idest prodesse ad adjutorium, ut peccata non committantur, quod ultro confitemur. Non sufficere autem, ut per illam omnia peccata vitentur, didicimus, ne alias attingam rationes, ex can. 10. Conc. Araus. 2 cani definientis: adjutorium Dei etiam renatis, ac sanctis semper est implorandum, ut ad finem bonum pervenire, vel in bono possint opere perdurare."

Instabis 2. Per Gratiam habitualem Spiritus S. habitat in justis. Charitas enim diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis. Sed per Spiritum S. omnia possumus. Superflua est ergo alterius actualis gratiae intrinseca et physica motio.

R. distinguo majorem: Spiritus S. per Gratiam habitualem habitat in justis, sanando, et justificando; concedo; inspirando et movendo, subdistinguo, atque istud fit per superadditam Gratiam actualem, concedo iterum, per solam Gratiam habitualem, nego ant. majorem. Gratia sanctificans est veluti natura in ordine supernaturali; et radix vitae spiritualis; quae ut germinet pietatis opera, actuali gratia debet excitari, et ut ita dicam irrigari.

Objicies 2. In ordine naturali repugnat actum vitalem seu intellectus, seu voluntatis physice influere in alium actum vitalem intellectus, aut voluntatis. Ergo quum supernaturalis oeconomia naturam imitetur, in Gratiae quoque dispensatione id est rejiciendum. Sed Gratiam actualem nos ipsi in actibus vitalibus reponimus; ergo illa in actus salutares physice influere nequit.

R. negando ant. Oppositum enim docet ex Aristotele S. Thomas 1. 2. q. 27. a. 5. his verbis, "Phus dicit 9. Ethicorum, quod visio corporalis est principium amoris sensitivi, et similiter contemplatio spiritualis beatitudinis, vel bonitatis est principium amoris spiritualis." Sed licet actus pure naturales alium in actum vitalem

ob defectum sibi proprium influere non posset; perfectio entis supernaturalis, quæ est virtus elevans, adjuvans, et perficiens naturam, seu potentias rationales posset hunc defectum supplere.

Quæres 1. Quomodo in Adversariorum sententia salvetur dogma Catholicum contra Pelagianos, et semi-pelagianos de interioris divinæ Gratiæ necessitate ab Ecclesia statutum.

R. Viros actualis Gratiæ negantes influxum physicum in actus salutares esse maxime Catholicos. Quamvis autem Ecclesiæ definitiones, Patrumque sententiæ longe melius in nostra sententia exponantur, ut nostræ assertionis fundamenta, et responsa consideranti patet; tamen etiam in eorum doctrina non sine aliquo fundamento explicantur. Aliqui inter illos negant hunc physicum influxum gratiæ actualis tum solum, quum adsunt habitus infusi, quos magno esse adjumento, ut bonum peragamus, nos etiam confitemur. Juxta cæteros vero, qui ita suam assertionem non restringunt, naturam humanam ex impotente actus salutares eliciendo idoneam fieri esse putatur aut per aliud quidpiam supernaturale transiens, non vitale, aut per divinam omnipotentiam speciali modo applicatam.

Quæres 2. Quanam in opere bono sint partes Gratiæ, et quanam liberi arbitrii.

R. Rem difficilem postulasti. Ex una enim parte Ecclesia et Patres docent, totum quod in nobis est bonum, Deo in acceptis esse referendum. Nam Synodus Arausicana can. 22 Nemo habet de suo, inquit, nisi mendacium, et peccatum. et canone ult. Nemo habet quidquam boni, nisi datum ei fuerit desuper. Concinit Angelicus 1. 2. q. 111 a. 2. ad 2 et lect. 5. sup. c. 10. ep. 2. ad Cor. cui praiverat Augustinus mox referendus. Ex altera vero Conc. Trid. sess. 6. c. 5. et can. 4. anathemate etiam feriendo declarat, in opere salutari aliquid agere etiam liberum arbitrium, neque in actu mere passivi instrumenti, quasi esset inanimum truncum se habere. Hæc ut explicarent Doctores, primam voluntatis motionem, quæ nobis est indeliberata, et a solo Deo in nobis sine nobis peragitur, uni Deo adscribendam esse, quod certissimum est, unanimiter affirmarunt; quæ autem

inde sequitur mentis deliberatio, et opus salutare; totū gratiæ, et totum etiā libero arbitrio tribuerunt. „Non partim gratia, ‚inquit s. Bernardus de Gr. et lib. arb. c. 14, partim liberū arbitriū, sed totū singula opere in-dividuo: totū quidē hoc, et totū illa; sed ut totū in hoc, sic totū ex illa„. Id nonnullis exemplis solet illustrari, quorū tamen nullū ē satis idoneū rei ex-plicandæ, quæ non solum ē mirabilis, verū et singula-ris. Molina putavit Deū et hominē esse duas partia-les causas operis boni, quemadmodū duo trahentes navim; quorū unius vis non recipitur in alio, sed u-triusque in effectu; et vere dicitur, totum motū navis esse ab utroque partialitate causæ, non partialitate effectus; quia nihil est in tractione navis, quod sit ab uno trahentiū, et simul etiā non sit ab alio. Sed clau-dicat vehementer similitudo: non enim per eam exponitur nostram cooperationē esse gratiæ effectū, et simul nostræ voluntatis, quod ē summæ difficultatis. „Nos enim volumus, in-quit Augustinus de dono persev. c. 13. Sed Deus in no-bis operatur et velle: nos operamur, sed Deus in nobis operatur et operari pro bona voluntate„. Hinc P. Leg-zaniga acerrimus Molinæ hostis, a quo hæc me muta-tū esse confiteor, affert exemplū picturæ, quæ tota ē tanquā a causa principali a Pictore, et simul tota a penicillo, ut a causa instrumentali: ita etiam quodlibet bonum opus totum est a Deo tanquā a causa prima nostrā voluntē moventē, et agentem, ut ait Apostolus, et totū iterū a nostra voluntate tan-quā a causa secunda primæ subordinata. Recte: sed, quod doctissimus Scriptor noluit dissimulare, peni-cillū est instrumentū passivū, quod non nisi a picto-re movetur: voluntas autē nostra ē potentia activa et libera, quæ licet simul etiā a Deo moveatur, activa et libere se ipsa quoque movet. Hoc ergo exemplo belle utique primæ causæ, scilicet gratiæ operatio exponitur, sed ne innuitur quidē activa nostra coo-peratio.(a) Verū mirū non est, rem omnino singularē exemplis non posse usquequaque explicari.

Vide cap. 22 de Pred. ss. pag. 134. et c. 32. Enchir.

Retract. l. 1. c. 23. agens de fide et operatione, ubi quæ ait ipsius ē, quia ipse preparat voluntatē, et utrumq. nostrū, quia non fit nisi volentib. nobis„

(a) Multo accomodatius est exemplum deliberatæ rum exponi motionū. quæ in hīa fiunt. [illegible]

Quemadmodum enim illæ cum ab anima, tum a corpore physice peraguntur: ita operis meritorii efficiens causa est cum divina Gratia, tum hominis voluntas. Rursus quemadmodum in illis anima est causa principalis, a qua corpus ad agen[illegible] determinatur: ita in pietatis opere potior causa est Dei gratia, quæ hominibus voluntatem præparat, movet, et determinat. ~~Quum autem~~ Deus ~~et humanam voluntatem creavit, et superna~~les vires ~~eidem largiatur, et cum ipsum opus illam ad operationem applicet, et cum illo opus ipsum perficiat;, hoc nobis expedit et credere et dicere, hoc est pium, hoc est verum, ut sit humilis, et submissa confessio, et detur totum Deo,; ut ait Aug. loc. cit.~~ At neque hac similitudine arcanum istud satis ostenditur, quum anima quidem, non item corpus liberum ~~non~~ sit. Verum etc.

13. Huc spectant ea Apostoli verba *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.* Hæc omnino ad liberum exponens S. Athanasius ita interpretatur: quod ~~abjiciens ejus~~ Benedictio ob ipsa acco largienda non obtigit Esau volenti eam accipere, et iccirco currenti ad venationem; sed [illegible] Jacobi obtigit [illegible] [illegible] paulo aliter: quod Jacob obtinuerit illam benedictionem [illegible] merito ipsius Jacobi, qui monitus a Matre eam volens accipere cucurrit ad tollendum hæ[illegible] gratuito Dei beneficio [illegible] [illegible] quam boni, aut mali egissent, eligentis Jacob, et dicentis major serviet minori. Ex utroque elucet scopus Pauli, nos scilicet in populum Dei electos esse gratis et in eundem populum coaluisse cum Judæos, tum gentes non ex operibus legis, quæ fecerint Judæi, sed ut nos ex libera Dei vocatione, et electione; ac proinde vocationem ad fidem esse prorsus gratuitam. Sed Aug. non restringit Pauli testimonium ad solam primam gratiam, sed ad velle, et currere meritorium; in quo volun-

Neque propositæ quæstioni aliter satisfieri potest, quam regerendo eatenus totum opus salutare libero arbitrio esse adscribendum, quatenus divina gratia præventum, et adjutum illud operatur; sed quia *Deus in nobis operatur et operari*, ut ajebat Augustinus, et ab eo ipsum liberum arbitrium nobis donatum fuit; cum eodem S. Doctore loco superius cit. ita concludendum est: „*Hoc nobis expedit et credere et dicere; hoc est pium, hoc est verum, ut sit humilis, et submissa confessio, et detur totum Deo*„.

Caput II.

Ostenditur, maximam quidem esse divinæ Gratiæ efficacitatem; non inde tamen liberum arbitrium suffocari.

4. III. Divinæ Gratiæ efficacitatis argumentum adeo est arduum, et difficultatibus plenum, ut quod de interioris auxilii necessitate disserens Augustinus protulit, æque, aut etiam magis de Gratiæ efficacia possit enuntiari. Nempe liberum hominis arbitrium tolli videtur, quum divinæ Gratiæ vires commendantur; quumque arbitrii libertas asseritur, divinæ Gratiæ robur, sibique propria efficacitas negari videtur. Immensa prope hominum turba, quæ sese conjecerunt in castra Prædestinatianorum, quorum præcipuos duces lib. 1. recensuimus, qui ignorarent quonam modo divinæ Gratiæ efficacitas cum libero arbitrio possit componi; illam totis viribus defendendam, istud vero per eam suffocari, et prorsus extingui conclamarunt. At enim vero insaniat oportet, qui horum concordiæ rationem assequi non valens, alterutrum negat, quum Deus fallere, fallique nescius revelavit, in operanda hominis salute utrumque simul convenire. Hoc dogma Catholicæ Ecclesiæ in præsentiarum ostensuri, ne dum indifferentiæ libertatem defendimus, in oppositum errorem nos incidisse garriant Jansenistæ, prius divinæ Gratiæ vim quam maxime possumus validissi-
5. mam, efficacissimamque statuamus. Ac quoniam Adversarii in hoc argumento unum Augustinum audire desiderant, ita pugnabimus, ut et Scripturarum interpretem, et hujus causæ arbitrum seligamus potissimum Augustinum. „Romanorum

enim Pontificum (utor verbis ab Ecclesia probatis l. 6. in off. S. Aug. Brev. Ord. Praed.) testimonia, tam multa, tamque praeclara sunt, ut satis indicent, Romanam, atque adeo Catholicam Ecclesiam de auxiliis divinis decreta Augustinum et comprehendissime animo, et accurate, vere, ac strenue contra hostes defendisse,, Neque exagerate, sed vere a Suaresio pronuntiatum fuit,, jure merito Augustinum dici os, et linguam Ecclesiae, cum per eum Ecclesia, et summi Pontifices locuti sint,, Hoc probe noscens Clemens VIII. in celeberrimis de divinis auxiliis Congregationibus sancte decrevit, ut tota controversia de Gratia, quae tunc magno contentionis aestu fervebat ad normam doctrinae S. Augustini, tamquam ad lydium lapidem exigeretur. Cujus rei has attulit causas,, Prima est, inquit, quod si teste B. Prospero, 20 annorum spatio acies Ecclesiae ita dimicavit contra Pelagianos, ut tandem Augustino Duce vicerit, oportet ut in causa simili eundem Ducem agnoscamus, et sequamur. 2.a est, quod idem S. nihil praetermisisse videtur eorum, quae ad praesentes controversias pertinent. Tertia tandem ratio est, quod quum multi Pontifices Praedecessores nostri, doctrinae S. Augustini de Gratia tam acres fuerint assertores, ac vindices, ut quasi haereditario jure eam in Ecclesia velint, qui voluerit, a quo non est, ut patiar, illam hac quasi haereditate privari,, Quare Ducem Augustinum sequentes ita statuimus.

Assertio I.

Talis ac tanta est divinae Gratiae efficacitas, ut per eam humanorum cordium, quocumque voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, inclinandorum Deus habeat omnipotentissimam potestatem.

Probatur. Magnus Dominus, dicitur psalm. 134. Omnia quaecumque voluit Dominus fecit in Coelo, in terra, in mari, et in omnibus abissis,, Non est itaque dubitandum, ait hac interpretans Augustinus, + de Corr. c. 14 voluntati Dei, qui in Coelo, et in terra omnia quaecumque voluit fecit, humanas voluntates non posse resistere, quo- tate et cursu, quod dixisset c. 32. Enchiridii, et nostram voluntatem locum habere, et Dei misericordiam; quaerit cur dici nequeat, Non miserentis est Dei, sed volentis est hominis: et respondet; propterea recte dictum intelligi Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei, ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam et praeparat adjuvandam, et adjuvat praeparatam et paulo ante dixerat: Quomodo ergo non volentis neque currentis, nisi quia et ipsa voluntas a Domino praeparatur? Neque ut existimat a Lapide, interpretatio haec opponitur Chrisost. dicenti Non volentis aut currentis tantum, sed etiam miserentis est Dei. Quamvis enim vera sit Chrisostomi expositio, non tamen verba constant inve[...] Nam juxta phrasim Scripturae comparatio ita saepe enuntiatur, ut quod magis affirmetur, quod minus negetur: misericordiam volo non sacrificium i[...] scet misericordiam malo quam sacrificium, ut ro. [...] aliqui vertunt. Abundantius omnibus laboravi, non ego sed gratia Dei mecum, sive ut est in graeco non ego sed gratia Dei, quae in me est 1. Cor. 15. et c. 3. neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus.

Quum ergo primas et potissimas Deus habeat in opere nostrae salutis, merito Aug. dixit Apostolica verba inverti non posse; quod ita inverteretur p[...] esse creaturae

,, Sicut divisiones aquarum, ita cor regis ~~in manu~~ in manu Domini: quocumque voluerit, inclinabit illud,, Prov. 21. v. 1. Sicut ergo Deus, aut etiam Agricola pro suo arbitrio vel celebrit aquarum rivos derivat; ita hominum corda omnipotenti virtute quocumque velit, Domi-

nus inflectit. Hoc et alia hujusmodi testimonia commemorans Aug. lib. de Grat. et lib. arb. c. 21. „His, inquit, et talibus testimoniis manifestatur, operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocunque voluerit, sive ad bona pro sua misericordia, sive ad mala pro meritis eorum judicio utique suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper tamen justo„.

I. Paral. 12. 38. Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebron, ut constituerent regem David super universum Israel„ Quum haec verba recitaret Aug. lib. de Corr. et Grat. c. 14. ita scribit„ Sua voluntate et

s. 21. „An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa, facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam

in sistemate Molinistarum videtur rerum creatura ita rebellis, ut omnibus gratiae [illegible] non videatur. Quantum [illegible] creatura coercere, illius nervenit erit semper limitata, infinita vero prorsus [illegible] omnipotentia et [illegible] ergo. Deinde ut ut creatura scelestissima, remanet, tamen [illegible] in ratione [illegible] bona; sed, nous ita respicitur [illegible] retinet a [illegible]

minus faciat ipse, quod vult: quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus, quod vult, cum vult facit„ et paucis interjectis„ sine dubio habens humanorum cordium quo placeret inclinandorum omnipotentissimam potestatem„

Primo Paralip. 12. Omnes hi viri bellatores venerunt in Hebron dirigentes aciem corde pacifico venerunt in Hebron, ut constituerent David super omnem Israel„ Quum itaque hoc divinum eloquium ex versione a vulgata nostra aliquantulum diversa recitasset Augustinus loc. proxime cit. de Corr. et Gratia, statim subjungit„ Sua voluntate utique isti constituerunt regem David. Quis non videat? quis hoc neget? Non enim hoc non ex animo, aut non ex bona voluntate fecerunt, quod fecerunt corde pacifico et tamen hoc in eis egit, qui in cordibus hominum, quod voluerit operatur.. Dominus omnipotens, qui erat cum illo (David), adduxit istos, ut eum regem constituerent. Et quomodo adduxit? Numquid corporalibus ullis vinculis alligavit? intus egit, corda tenuit, corda movit, eosque voluntatibus eorum, quas ipse in illis operatus est, traxit.. magis habens in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas„

Cujus vult miseretur, et quem vult indurat. Rom. 9. In quae verba Augustinus Ench. cap. 98. „Apostolus, inquit gratiam commendabat. Quis porro tam impie desipiat, ut dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, in bonum non posse convertere?„. Ne longior sim, quam par est, plura tum Scripturarum, tum Augustini testimonia sunt praetermittenda. Ex his autem satis apparet, quod C. B.

Corrolarium I Nulla igitur est creatura ita excaecata, et in malo obfirmata, quam si velit, per efficacissima sua adjutoria ad bonum flectere non possit omnipotens. Quantumvis enim cujuspiam cor sit obduratum, praesto sunt Deo auxilia, quae si dentur, certissime emolliretur. Quare Augustini Discipulus s. Prosper merito cecinit carmine de ingratis carm. v. 883. et seq.

At vero omnipotens hominem quum gratia salvat

ipsa suum consumat opus, cui tempus agendi
Semper adest, quæ gesta velit, nec moribus illi
Fit mora, nec causis anceps suspenditur ullis.
Corrolarium II Absolutæ Dei voluntatis humana perversitas non modo nunquam resistit, sed aliquo vero sensu ne resistere quidem potest. Hic solum impium, qui efficaci Dei adjutorio ad bonum trahitur, contemplemur. Cujus Deus vult misereri, „sic ejus agit sensum sensum, ut accommodet consensum„; ita Aug. epist. 107. ad Vitalem sub vitæ finem scripta, nempe circa annum 427. Ergo tunc ita Deus movet impii voluntatem, ut divinæ motioni libere consentiat. Hunc enim sensum reddere Verba Augustini paulo post apertum fiet excitis, quæ contra Jansenium diremus. At impius dum libere consentit divinæ motioni dissentire nequit, impotentia utique consequente. Ergo eadem impotentia in eo instanti divinæ voluntati resistere non potest. Sed neque impius efficere potest, ut alia delectatione aut minus valida, aut minus apta præveniatur, sub qua reipsa esset dissensurus. Gratia enim excitans et præveniens non ab hominis voluntate dependet, sed unice a Dei beneplacito, qui imperscrutabili suæ voluntatis consilio alios ita vocat, ut certissime vocantem sequantur, alios vero non ita vocat, qui etiam ipsi Dei voci resistunt.

Corr. tertium. Dum ait Augustinus, homines voluntatem effectum voluntatis omnipotentis Dei impedire non posse; aut „omnipotentis voluntatem semper invictam esse; tantum abest, ut liberum destruat arbitrium, ut quinimo contendat, liberum hominis arbitrium, dum resistit Dei voluntati, efficere, ut Dei voluntas impleatur. Voluntas enim Dei est, ut qui suæ voci obedire detrectat, divinæ justitiæ severitatem experiatur. Hoc argumentum pertractat s. Doctor lib. de corr. c. 14. n.° 43. lib. de Præd. SS. c. 16. n. 33 præsertim vero in Enchir. „ Hæc sunt magna opera Domini, inquit c. 100., exquisita in omnes voluntates ejus, et tam sapienter

quam inclinationem [illegible] virtute [illegible] hæc inclinat
[illegible] 1. 2. q. 85 a. [illegible] [illegible]
nisi [illegible] ipsa natura. At remanente radice
saltem bonitatis, ea ita potest [illegible], ut [illegible]
Rursus ita efficaciter etiam in hoc [illegible] potest [illegible]
Deus promovere ad bonum, ut nonnisi [illegible] physica
et omni omnino [illegible] conatu [illegible] resistere, [illegible]
omnino [illegible] nunquam aut [illegible] nunquam adhibetur: ergo
saltem [illegible] certissime [illegible]

exquisita, ut quum Angelica, et humana creatura peccasset... etiam per eandem creaturæ voluntatem, qua factum est, quod creator noluit, impleret ipse quod voluit... Quantum enim ad ipsos attinet, quod Deus noluit fecerunt, quantum vero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficere valuerunt: hoc quippe ipso, quod contra voluntatem fecerunt ejus, de ipsis facta est voluntas ejus" et cap. 102. Quantalibet sint voluntates vel Angelorum, vel hominum, vel bonorum, vel malorum vel illud quod Deus, q vel aliud volentes, quam Deus, omnipotentis voluntas semper invicta est;" Pluribus capitibus rem ibidem luculentissimam facit.

Assertio II.

Sed quantalibet sit Gratiæ efficacitas humanam voluntatem ad opus salutare inclinans, physicam tamen, et absolutam necessitatem non imponit.

Probatur ex Scripturis. Ecclesiastici 31. a v. 9. "Beatus qui potuit transgredi, et non est transgressus, facere mala, et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in Domino" Hic describitur homo efficaci Dei Gratia instructus, cujus dumtaxat viribus Dei mandata facere potuit, et a peccatis cavere. Sed qui Dei gratia munitus ita divina mandata facit, ut ea transgredi possit, et ita a peccatis cavet, ut possit ea committere, nulla ei physica et absoluta necessitas imponitur. Ergo divina gratiæ efficacitas nullam physicam, et absolutam necessitatem imponit. Huc spectat illud ejusdem capitis 14. et seq. "Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui, adjecit mandata, et præcepta sua. Si volueris mandata servare, conservabunt te... apposuit tibi aquam et ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita et mors, bonum et malum: quod placuerit ei, dabitur illi." Nec non illud Josue 24. 15. "Optio vobis datur: eligite hodie, quod placet, cui servire potissimum debeatis." Ac tandem ea omnia, quæ contra Calvinistas, et Lutheranos adduximus lib. 2. cap. 5. Assert. 2.

in 2. testimonio dicunt hæretici, probari hominem in sui creatione accepisse lib. arbitrium; sed [illegible] Hæc [illegible] sunt vim et robur argumento. Nam Hæc verba [illegible] diriguntur judæis non Adamo, qui a pluribus annorum millibus peccaverat, et sepultus erat. [illegible] Deum [illegible] reparavit [illegible] non satisfit reparando naturam humanam [illegible], talem [illegible] ita ut si tollatur lib. arb. ipsam naturam tolli. deinde apposuit tibi, ejusdem aquam et ignem etc.

Probatur 2. ex Aug. et ceteris Patribus. Lib. de Gratia et lib. arb. c. 2. Quum cita verba Eccl. Deus ab initio etc. s. Doctor retulisset,, Ecce, inquit, apertissimum humanæ voluntatis arbitrium,, et infra,, Nempe ubi dicitur: Noli hoc et noli illud. et ubi ad aliquid faciendum, vel non faciendum in divinis monitis opus voluntatis exigitur, satis liberum demonstratur arbitrium,,. Lib. de Spiritu et litt. c. 31.,, Cum potestas datur, utique necessitas non imponitur,,. Potestas autem bene agendi unde quæso nisi a Gratiæ efficacitate est repetenda. nulla ergo necessitas per illam imponitur ex Augustino. Recolite cetera ejusdem testimonia ex loco paulo ante commemorato; quibus et illud, quod eod. libro de Sp. et litt. c. 34. legitur, addere placet,, Nemo, inquit, habet in potestate, quid ei veniat in mentem, sed consentire, vel dissentire propriæ voluntatis est. His ergo modis quando Deus agit cum anima rationali, ut ei credat: profecto et ipsum velle credere, neque enim credere potest quodlibet libero arbitrio, si nulla sit suasio, aut vocatio cui credat, profecto et ipsum velle credere Deus operatur in homine, et in omnibus misericordia ejus prævenit nos: consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi propriæ voluntatis est,,.

Ex reliquis Patribus Basilium dumtaxat brevitatis ergo, et Hier. audiamus; quorum primus illa Isaiæ 1. verba Si volueritis, et audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos,, ita interpretatur,, Hoc maxime loco velut in oculos exhibet libertatem arbitrii humanæ naturæ insitam,,. Hier. autem eundem locum exponens ait,, liberum servat arbitrium; ut in utramque partem non ex præjudicio Dei, sed ex meritis singulorum vel pœna vel præmium sequatur,,. Eodem modo Isaiam interpretatur Cyrillus Alex. aliique. Quæ omnia ss. Patrum testimonia si rite perpendantur, non qualemcunque sed indifferentiæ libertatem, omni absoluta necessitate remota, in hac Dei gratia etiam prævento superesse demonstrant.

Prob. 3. ex Cc. Senonense annis 20 ante Trid. celebratum apud Labbeos Decret. 15.,, Nec tale, inquit, est

hujusmodi trahentis Dei auxilium, quod cui resisti non possit. „Frustra pergit, ibidem, Paulus Tessalonicenses admoneret, Spiritum ne extinguerent, si divinis inspirationibus homine inevitabiliter raperentur„. Trid. vero quum sess. 6 c. 5. declararet in opus salutare et Dei gratiam, et hominis arbitrium convenire, can. 4. ita rem conficit„ Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum, et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat, ac praeparet, neque posse dissentire, si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passive se habere, anathema sit„.

Merito igitur haereseos nota inusta est 4.a Jansenii propositio, qua dixit: Semipelagiani in hoc erant haeretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset voluntas humana resistere, vel obtemperare„. A cujus doctrina viderint Quesnelli Patroni quantum distet haec illius 10 inter damnatas enuntiatio: Gratia est operatio manus omnipotentis, quam nihil impedire potest, aut retardare„.

Objicies unum Augustinum, quem se ducem sequi gloriantur janseniani. Nam quae ex Scripturis, atenisque Patribus opponunt Calvinistae et Lutherani, lib. 2. c. 5. §. 2 sunt praeoccupata. Itaque referes sermonem 131. s. Doctoris, in quo cap. 2. illa interpretatur ea verba Christi Joann. 6. 44. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum„. Ea enim exponens inquit Aug. „Non dixit, Duxerit, sed Traxerit. Ista violentia cordis fit, non carnis„ Similia sunt illa epist. 217. c. 7. n. 18. ad Vitalem„ Nunquid ubi audieris sacerdotem ... orantem, ut incredulas gentes ad fidem suam venire compelleret non respondes, Amen„ Item illa serm. 112 c. 1. n. 1. „ In Evangelio ad coenam vocati sumus ... imo alii vocati, nos non vocati, sed ducti, non solum ducti, sed etiam coacti„. Demum epist. 93 ad Vincentium Rogatistam c. 2. n. 5. „ Saulum primo, jam postea Paulum ad cognoscendam, et tenendam veritatem magna violentia Christi cogentis esse compulsum„. Quae adoptans Ecclesia in oratione Dominicae 4.a post Pentecosten ita Deum precatur„ ad te nostras etiam rebelles compelle propitius

Post primum testimonium statim addit„ Quid miraris? credit et venis una et trahens . Mirum est autem, quod a adreato Christo crucifixo duo audiunt, unus contemnit, alter adscendit. Qui contemnit, imputet sibi qui adscendit non arroget sibi„ Subinde comparat gratiam pluviae, et cor hominis valli„ valles [illegible], imbrem suscipite! depressa implentur, alta [illegible] ... [illegible] ideo cum timore et tremore id est cum humilitate vallem facite„.

Vitale persuadet orandum esse pro infidelibus, ut [illegible] ... [illegible] Spectat autem Aug. in hoc testimonio sicut in seq. parabolam Lucae 14„ Homo quidam fecit coenam magnam et vocavit multos (judaeos primum, qui erant e populo Dei, Pontifices, scribas, pharisaeos etc.) et misit servum suum hora coenae dicere invitatis, ut venirent, parata coena inquit Aug. [illegible] ... Christi missi sunt [illegible] ... simul se excusare [illegible] ... Exi cito in plateas et vicos civitatis et pauperes ac debiles, et caecos, et claudos introduc.

voluntates,,; Ex quibus ita argues: Gratia, quæ ad bonum nos trahit, cogit, et compellit, physicam, et absolutam necessitatem imponit. Sed adducta s. Aug. testimonia demonstrant nos Dei Gratia trahi ad bonum, cogi, atque compelli: ergo.

R. huic sylogismo distinguendo majorem: Gratia quæ ad bonum ita nos trahit, cogit, atque compellit, ut tamen ut eidem resistere ac dissentire non valeamus, ea physicam, et absolutam necessitatem imponit, concedo; si eidem nihilominus resistere possimus, nego majorem. Sic distincta minnego consequentiam. Si nimium scrupulose velint Janseniani Augustini verba interpretari, inde conficient, quod nec Jansenius, nec Calvinus, nec Lutherus unquam concessere; videlicet non solum indiferentiæ libertatem, sed eam etiam, quam dicimus a coactione Gratiæ efficacitate auferri. Ex communi ergo, et passim apud homines usitata loquendi ratione locutum fuisse Augustinum [et eidem] vel inviti concedant oportet. Ex vulgari autem loquendi consuetudine, qua in sermonibus præsertim ad plebem, atque in epistolis uti solemus, illos trahi dicimus, quos blanditiis, consiliis, variisque rerum ac verborum illiciis in aliquam partem flecti videmus: Compelli, autem et cogi illos asserimus, quibus nonnisi minis, injectisque terroribus [aut alia quadam ratione alter persuadendi modo] quidpiam potest persuaderi; quamvis interim neque his, neque illis necessitas ulla physica inferatur. Huic loquendi modo sese accommodans Aug. tract. in Joan. 26. n. 4. sibi citata in objectione Christi verba ita objicit,, Quomodo voluntate credo, si trahor?,, itaque et respondet, etiam voluptate trahi hominem,, Si enim, inquit, Poetæ dicere licuit: trahit sua quemque voluptas, non necessitas... quanto fortius dicere debemus trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine?,, Hinc n° 7 concludit,, Videte quomodo trahit Pater; docendo delectat, non necessitatem imponendo,,. Hoc ipsum tract. 26. in Joann. exemplo ovis, quæ ramo viridi, et pueri, qui nucibus trahitur declarat, quamvis non ignoraret quantum discrimen ovem aut puerum inter et hominem libertate utentem interfuit.

Non nisi ex populari communique sermone dixisse Augustinum nos cogi et compelli per Gratiam, col-

duc huc... Factum est ut imperasti, et adhuc locus est.. Exi in vias et sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea. Viæ istæ et sepes sunt Gentium regiones. Spreta enim a judæis evangelii prædicatione Apostoli conversi sunt ad gentes. Istæ autem sedebant in tenebris, et in umbra mortis, innumeris superstitionibus addictæ, idololatriæ mancipatæ, atque idcirco magis quam judæi a vera Christi religione alienæ. Hi ergo majori opere erant ad fidem trahendi, imo compellendi majori prædicationis efficacitate, signis, portentis, continuis Apostolorum laboribus: idololatria destruenda, Prophetarum oracula insinuanda etc. etc. Quare de judæis invitatos fuisse dicimus, et introductos, de gentibus compulsos

ligo ex ejusdem epist. 48 contra Donatistas, qui se Principum decretis ad fidem Catholicam cogi querebantur „Putas neminem cogi ad justitiam, inquit, cum legas Patrem familias dixisse servis: quoscumque inveneritis, cogite intrare cum legas etiam ipsum Saulum, deinde Paulum ad cognoscendam, et tenendam veritatem magna violentia Christi esse compulsum„. Uti ergo ad justitiam Donatistæ a Principibus, uti ad cœnam illi homines a servo Patris familias, ita Paulus ad cognoscendam, tenendamque veritatem cogebatur. At coactio illorum non veram quamdam necessitatem internam, sed minas ad summum solum externas, injectosque terrores significat: igitur et coactio, compulsio, et violentia Paulo illata non de interna quadam necessitate, sed de externis terroribus, subita scilicet lucis circumfulsione, minaci Christi voce, prostrato corpore, mentis exanimatione, oculorum obcæcatione etc: exponi debent. Hanc coactionem Pauli non ad interiorem Christi gratiam, sed ad minas, terroresque externos esse referendam, clarius docet Augustinus epist. 50 adversus eosdem Donatistas in ea enim quum iterum Paulum coactum fuisse dixisset subjungit „Mirum est autem quomodo ille, qui pœna corporis ad Evangelium coactus intravit, plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in evangelio laboravit„. Ad pœnam igitur corporis, non ad interioris gratiæ necessitantem virtutem coactio illa pertinebat. Ex hisce alia his similia Augustini loca, nec non Ecclesiæ preces sunt explicandæ, quin eorum verbis ex communi sermonis consuetudine prolatis vis ulla, aut nobis ex gratia efficaci ulla necessitas inferatur. V. Casperi pag. 120. § 14.

Dices 2. Aug. l. de Corr. c. 12. n. 38. ait „Subventum est igitur infirmitati voluntatis humanæ, ut divina gratia indeclinabiliter, et insuperabiliter ageretur. et ideo quamvis infirma, non tamen deficeret, neque adversitate aliqua vinceretur„. Ex Aug. igitur ita nos gratia ad bonum compellit, ut eidem virtuti humana libertas non possit obsistere.

R. negando consequentiam. Dum dicit Augustinus

infirmitatem humanam divina Gratia indeclinabiliter, et insuperabiliter agi, non innuit, ipsam Gratiam per sese indeclinabilem, et insuperabilem necessario voluntatem nostram ad bonum necessario adigere; sed affirmat, voluntatem nostram divina Gratia ita muniri et firmari, ut adversus omnes tentationes indeclinabilis sit, atque insuperabilis. Hic Jansenianis permitto, imo velim, ut ex Jansenii expositione hunc Augustini locum interpretentur. Veritatis evidentia convictus infelix ille Praesul lib. 2. de Gratia Christi Salvatoris cap. 4. Verba illa: Subventum est igitur etc. expendens,, hoc est, inquit, ita *ut voluntas a bono nulla tentatione declinari; nulla adversitate superari possit*,, Recte: istud enim est, quod aperte innuit Aug: verbis illis, *et ideo* quamvis infirma non deficeret *tamen*, *neque* adversitate aliqua *vinceretur*, quod paucis interjectis iterum inculcat,, infirmis, inquiens, servavit, *ut ipso donante* invictissime, quod *bonum* est vellent, et hoc deserere invictissime nollent,, istud autem efficere potest Gratia Dei efficax, quin ulla physica necessitas inferatur: hanc enim si voluntas accipiat, quemadmodum nunquam eveniet, ut cum ea bonum deserere velit; ita neque consequenter fiet, ut a justitiae via flecti, abducique possit. Hujus impotentiae consequentis prorsus simile exemplum verbis immediate praecedentibus affert. S. dum de hominibus, qui destituti adjutorio *quo* perseverarent, ait, eos perseverare non posse, non quidem quod reipsa non possent, sed quod infirmitate sua succumberent, quod perseverare nec vellent, aut ita vellent, ut non possent. Hanc eandem impotentiam spectans tract. 53. in Joan. n. 9. ait,, Sic nempe dictum est *non poterant credere*, ubi intelligendum est, quod nolebant,, et n. 10. *non poterant credere non quia mutari in melius* homines non *possunt*, sed quamdiu talia sapiunt *non*, *non possunt credere*,, V. Csapod. pag. 184.

Dices 2. Eodem lib. de corr: c. 14. n.° 15. hæc habet Divinæ Gratiæ Vindex „ Non è dubitandum, voluntati Dei, qui in Cælo, et in terra omnia quæcunque voluit fecit, humanas voluntates non posse resistere, quominus faciat ipse quod vult: quandoquidem de ipsis voluntatibus, quod vult, quum vult, facit„. Ergo non solum voluntas nostra Gratiæ efficaci mancipata indeclinabilis, et insuperabilis est, sed ipsa Gratia efficacitas ita è indeclinabilis, et insuperabilis, ut assensus omitti non possit.

R. Ergo consequens, ut assensus omitti non possit impotentia consequente liberam voluntatis electionem concedo, impotentia antecedente liberam electionem voluntatis nostræ, nego consequens. Augustini verba innuunt, rem nobis liberam, et ipsam voluntatis nostræ electionem includentem quam Deus absolute vult, ejusdem voluntati resisti non posse. Deum habere in suæ Omnipotentiæ thesauro innumera auxilia, quibus certissime cujuscunque voluntatis assensum potest exprimere si velit, supra demonstratum est. Voluntas humana singulis Dei adjutoriis resistere potest, at non esse reipsa dissensuram ille certissime videt, qui cujus vult miseretur, et quem vult indurat. „ Voluntates nostræ, inquit Aug. lib. 5. de Civit. Dei c. 9. tantum valent, quantum Deus eas valere voluit, atque præscivit; et ideo quidquid valent, certissime valent: et quod facturæ sunt, ipsæ omnino facturæ sunt, quia valituras, atque facturas ille præscivit, cujus præscientia falli non potest„. Quo igitur sensu Omnipotens de ipsis hominum voluntatibus quod vult, quum vult facit? quo sensu humanæ voluntates Dei voluntati resistere non possunt, quominus ipse faciat quod vult? Eo plane sensu, quem docuit lib. 1. ad Simp. q. 2. „ Non potest, inquit Hipponensis, non potest effectus misericordiæ Dei esse in hominis potestate, ut frustra ille misereatur, si homo nolit: quia si vellet, etiam ipsorum (reproborum) misereri, posset ita vocare, quomodo illis aptum esset, ut et move

ventur, et intelligerent, et sequerentur,, Quid porro ita vocantur, quomodo illis aptum e, ut et moveantur, et intelligant, et sequantur; quoniam moveri simul et non moveri; intelligere et non intelligere; sequi simul, et non sequi profecto non possunt; hinc Dei voluntati resistere non possunt, nec ab ea declinare. At impotentia hæc consequens est, non antecedens. Supponit enim liberum consensum, quoniam licet homo non habeat in potestate quid ei veniat in mentem, consentire tamen, aut dissentire propriæ voluntatis est, ut ajebat libr. supra cit. de Spir. et litt.

Hujusmodi aptis auxiliis Tyrios et Sidonios converti potuisse affirmat s. D. lib. de dono Perseverant. Inquit enim cap. 9. Numquid possumus dicere etiam Tyrios, et Sidonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse si fierent: cum eis ipse Dominus attestetur, quod acturi essent magnæ humilitatis pœnitentiam, si in eis facta essent divinarum illa signa virtutum?,, At enim vero quum Deus misereatur cujus vult, et quem vult induret; virtutes illæ coram Tyriis et Sidoniis factæ non sunt, et ibi Tyrii et Sidonii sunt relicti, ut ait Aug. c. 14. ubi ceteri reprobi in massa perditionis justo Dei judicio relinquuntur. En igitur altera ratio in cur, cur homo absolute Dei voluntati obsistere nequit: quia nimirum homo nequit efficere ut hoc potius, quam illo adjutorio vocetur. Sed hoc humanæ libertati non obest, sed supremam Dei potestatem duntaxat commendat. Vide corrolaria præc. Assert.

Dices 3.° Veram et antecedentem necessitatem. Nulla ne potentia quidem antecedente efficaci Dei gratiæ, quam prædicat Aug. resisti potest. Ergo. Prob. ant. cum Jansenio ex s. Doctoris expositione epist. ad Galat. 49. „ Quod amplius nos delectat, inquit Aug., secundum id operemur necesse est,,. Hinc lib. 2. de pecc. merit. c. 17. „ Nolunt, inquit homines facere, quod justum est, sive quia latet, an justum sit; sive quia non delectat: tanto enim quidque vehementius volumus, quanto

Quod amplius nos delectat etc. desumitur ex commentariis in epist. ad Galatas. Hac commentaria scripta sunt post expositionem epistolae ad Rom. ut fatetur ipse Aug. l. 1. Retract. c. 24. et quidem eodem anno 394. juxta RR. PP. BB. Sed scribens expositionem epist. ad Rom. Aug. erat semipelagianus (de Praedest. SS. c. 3.) atque in eodem errore mansit usque ad libros scriptos ad Simplicianum (ibid. c. 4.) quos primos in Episcopatu elucubravit (l. 2. Retrac. c. 1.). Ex quo sequitur ab anno 394. usque ad annum 397. fuisse semipelagianum.

certius, quod bonum sit, novimus, eoque delectamur ardentius." Et lib. de Spir. et litt. c. 29 "Lex fidei ait, confugiat ad misericordiam Dei, ut det quod jubet; atque inspirata gratiae suavitate per Spiritum S. faciat plus delectare quod praecipit, quam delectat, quod impedit." Itaque gratia efficax, concludit Jansenius, nihil aliud est, quam caelestis delectatio terrenae concupiscentiae superior, quam nulla ratione sequi non possumus; ex quo fit, ut suavissima necessitate velimus quidquid boni peragimus.

At negando autem saepissime, et summa cum sollicitudine inculcat Jansenius, doctrinam de gratiae misterio non ex operibus, quae adhuc junior, et adhuc Presbyter scripsit Augustinus, sed ex iis, quae post indictum Pelagio bellum edidit, erui debere. Cui ergo non mirum videatur, sententiam illam "Quod amplius nos delectat etc." ex expositione epist. ad Galatas ita Jansenio placuisse, ut praeterquam quod alternis paginis illam suavissime commemoret, de eadem insuper lib. 4. c. 6. scribere non dubitaverit, "locus est locus hac de re clarissimus, quem aureis praeter scribi characteribus, quo Augustini mentem capiamus." Itane locus, qui tandem clarissimus esset, et praeclarissimus, et aureis characteribus dignus ad jansenianum sistema construendum, mutuandus erat ex opere, quod annis duodeviginti ante exortas cum Pelagio controversias junior adhuc et Presbyter Augustinus exaravit? Itane S. Doctoris mentem plenissime capiemus ex illa lucubratione, quam adornavit paulo post expositionem epistolae ad Romanos semipelagianorum errore notatam, quamque recognoscens ex diversis suae vitae annis emendandam esse putavit? Haec non ideo dicta sunt, quasi de hujus rationem quae illa aetate scripta sunt auctoritate quidquam detractum velimus: quaerendum, ut in ll. Retract. correcti sunt, in rem nostram uti solemus: verum dumtaxat ut pateret insignis levitas Jansenii, qui in iis libris, quos ipse ad S. Doctoris scriptorum tam asserit pertinere, aurum rimatur, quo facilius suos errores occultet, et vendere incautis possit.

Itaque celeberrimam Augustini sententiam intimius perscrutemur, et de quanam delectatione ibi sermo sit

videamus. Numquid de suavi illa inspiratione ibidem loquitur, quam sepissime affirmat s. D. in nobis sine nobis Deum operari, in qua gratiam prævenientem reposuimus? Non ita sane. Indeliberatam & celestem delectationem a concupiscentia relative minore quandoque superari certa è sententia Augustini. Id Augustini exemplo, et auctoritate simul luculenter confirmo. Libro eni 8. Confess. cap. ita de se ipso loquitur ,, Hinc pulchritudo Castitatis delectabat superius, unde temporalis peccati voluptas retentabat inferius.... omnia omnia ossa mea clamabant eundem ascensum ad eam (Castitatem) quæ incomparabili affectu amplius mihi placebat. Sed retinebant nugæ nugarum ... audiebam eas, et retardabant; plusque in me valuit detenius insolitum, quam melius insolitum ,, Et cap. 8.+ ,, Non faciebam, quod et incomparabili affectu amplius magis placebat, et mox ut vellem, possem ,, Ibidem voluntatem hanc suam ait fuisse magnam; contra vinculum cupiditatis suæ vocat exiguum ,, vinculo tenebar exiguo, sed tenebar tamen ,, Quod igitur experientia didicerat suimetipsius docens Augustinus, magnam delectationem ab exigua interdum vinci affirmat, atque ei, quod incomparabili affectu magis placet, seu magis delectat, aliquando præferri quod minus delectat; atque idcirco delectationem gradibus superiorem ab ea, quæ inferior est, superari interdum.

Quum ergo Augustini sententia de illa delectatione, quæ nobis è indeliberata intelligi non possit, illud plane consequitur, de delectatione deliberata exponendam esse, illiusque esse hunc sensum: quum plura delectant, necesse est operemur secundum id, quod per efficax voluntatis nostræ propositum tanquam magis delectabile nobis eligendum esse libere constituimus. Hinc consulto dixisse videtur, non velimus secundum id velimus, sed secundum id operemur necesse est; quandoquidem semper actiones externæ ex internis efficacibus volitionibus, non item ex indeliberata delectatione interna efficax volitio promanat.

Neque eorum improbanda è responsio, qui pu-

Lib. 12. de Civit. cap. 6. Si duo æqualiter affecti animo et corpore eadem tentatione tententur, videant unius corporis pulchritudinem, qua visa unus eorum ad illicite perfruendum moveatur; alter in voluntate pudica stabilis perseveret, quid aliud apparet, nisi unum voluisse, alterum noluisse a castitate decidere? incoati hi libri 413. circ. non ante 426. absoluti

+ ita de se ipso loquitur: circa annum 400.

Serm. 17. c. 5. „ Proponit delectationi carnis delectationem mentis„. In psalm. 50„ Carnalis delectatio praesertim usque ad illicita et aliena progrediens frenanda est, et non relaxanda. imperio coercenda, non in imperio collocanda„. Serm. 8. c. 5. „ Tibi dominationem rationis Creator dedit, tibi praecepta continentiae tanquam in bestias inferiores cera concessit„.

Lib. 2 contra Petilianum „ Si dixeris volo servare; sed vincor a concupiscentia mea, respondet Scriptura: noli vinci a malo, sed vince in bono malum„. Sed lib. de Gratia et lib. arb. c. 2. n. 4 „ ubi dicitur Noli hoc, et noli illud.. satis liberum demonstratur arbitrium„ et n. 2. „ ipsa divina praecepta homini non prodessent, nisi haberet lib. voluntatis arbitrium, quo ea faciens ad promissa praemia perveniret„.

et lib. 2. de Actis cum Felice Manichaeo c. 4. „ Hoc ergo Deus dicens, aut facite illud, aut facite illud, ostendit esse in potestate quid facerent; ipse securus et certus tanquam Deus: et quia si bonum eligerent, praemium ejus acciperent; si malum eligerent, poenam ejus sentirent: semper autem ille justus est aut remunerator aut damnator„.

tant ibi sermonem esse de habituali animi dispositione, cui hominum actiones plerumque respondent, nec huic interpretationi viam ibidem aperit Augustinus, quum eandem sententiam, de qua disputamus, ita aliis verbis inculcat„ Manifestum est certe secundum illud vivere, quod sectati fuerimus. Sectabimur autem quod dilexerimus. Itaque si ex adverso existant praecepta justitiae, et consuetudo carnalis, et utrumque diligatur, id sectabimur, quod amplius dilexerimus„. Dantur sane non indeliberatas dilectiones, aut delectationes, sed praesentes animi habitus, affectusque inter se conferri manifestum est; quod fere advenire solet, ut quemadmodum quisque affectus est, et prout magis huc aut illuc consuetudo voluntatem impellit, ita prorsus vivamus, et operemur. Jam vero hoc ipsum, quod praevalentem animi habitum, ut plurimum opera sequantur, ex vulgi sensu necessitas quaedam aliqua dici potest, consentiente etiam Aug. l. 8 conf. c. 5. „ dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas„; non tamen absoluta, et irresistibilis, qualem volunt sectarii; quin ne moralis quidem ejusmodi, cui nunquam omnino resistatur. quum idem s. D. l. 1. de serm. Domin. n. 54. dicat, „ ipsam consuetudinem si quisque non deserit, et Christianam militiam non reformidet, illo Duce, atque adjutore superabit„.

Altero testimonio ex libro de pec. meritis desumpto si quidquam contra nos efficeretur, idem contra Jansenianos quoque efficeretur; gratiam nempe tum solum efficacem esse, quum cognitio boni superat vivacior intensior, ac relative major est cognitione rei creatae; quod ne Jansenius quidem concedit. Vivaciore igitur atque intensiore boni cognitione fit quidem, ut pronius, faciliusque illud appetatur, non vero ut vel necessario appetatur, vel cum minus vivaci, minusque intensa nunquam appetatur, quod de ea etiam, qua ardentius delectamur, sentiendum est. Ceterum verba haec quoque de libera delectatione deliberata intell

q[ui] posse, atque adeo debere, colligo ex ipso Augustino, qui ibidem haec subjicit,, Tanto autem magis delectat opus bonum, quanto magis diligitur Deus summum, atque incommutabile bonum: ut autem diligatur Deus Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris non per nos sed per Spir. S. qui datus est nobis,,. Ubi Aug. a Gratia dilectionem, ab ipsa dilectione repetit tanquam a causa celestem delectationem. Eundem sensum facit tertium testimonium, in quo per eosdem gradus ad celestem delectationem, atque ex illa ad divinae legis observantiam ~~nobis~~ perveniendum esse docet Augustinus.

Dices 4.º Lib. 2. de pecc. meritis c. 18. n. 32. diserte Aug. Gratiam apellat victricem delectationem. Lib. de Spir. et litera c. 35. n. 63. docet perveniri posse ad perfectam justitiam,, si et nihil eorum, quae pertinent ad justitiam nos lateret, et ea sic delectarent animum, ut quidquid aliud voluptatis, dolorisque impedit, delectatio illa superaret;, In Enchir. c. 81. n. 22. ,, Vincimur, inquit, nisi delectatio justitiae vincat in nobis earum rerum delectationes, quas vel habere cupiendo, vel amittere metuendo, scientes, videnterque peccamus;, eadem fere leguntur c. 118. n. 31. et lib. 1. Oper. imp. n. 107. Gratia igitur efficax nihil aliud aliud est ex mente Augustini, quam victrix delectatio, cui humana voluntas resistere non potest.

R. ex adductis Augustini locis illud tantum erui Gratiam efficacem non esse, nisi oppositam concupiscentiam vincat. Hinc non repugno, quominus Gratia efficax aut victrix delectatio, aut dilectio victrix appelletur; primum enim ea Aug. loca, quae hic objiciuntur, ostendunt; alterum autem traditur innumeris ejus in operibus, praesertim vero cap. 14. de Spiritu et lit. et lib. de Gratia Christi c. 9. 20. et 35. ubi Gratiam vult appellari inspirationem flagrantissimae, et luminosissimae charitatis. Hanc vero charitatem, ac celestem delectationem, qua nos Deus ad bonum excitat, et trahit ejusmodi esse, ut illi humana voluntas resistere nequeat, haec sane non est Augustini sententia, sed putidum Jansenii commentum.

Dices 5.° Per victricem delectationem docuit Augustinus ita nos agi, ut ipsi libertate nostra nihil agamus. Non ergo Jansenii commentum, sed August. doctrina est; cælestem delectationem ita victricem esse appellandam, ut eidem resisti nullo modo possit. A. prob. lib. de Gestis Pelagii c.3. „ Procul dubio, inquit Hipponensis, plus est agi, quam regi. Qui enim regitur, aliquid agit, et a Deo regitur, ut recte agat. Qui autem agitur, aliquid agere ipse vix intelligitur. Et tamen tantum præstat voluntatibus nostris gratia Salvatoris, ut non dubitet Apostolus dicere: quotquot Spiritu Dei aguntur, hi sunt Filii Dei: nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere potest, quam ut illi se agendam commendet, qui male agere non potest„.

R. semetipsum Augustinus ita clare interpretatur, ut qui adhuc ex eo loco in opere bono voluntatem nostram stipitis instar agnoscit, ipse stipes sit oportebat. Libro de corr. c.1. „ Aguntur, ait Aug. ut agant, non ut ipsi nihil agant„ et serm. 13. de verbis Apost. c.11. „ Dicit mihi aliquis: ergo agimur, non agimus? Respondeo imo agis, et ageris; et tunc bene agis, si a bono ageris„. Ideo vero rectius nos a Deo agi, quam regi dicimur, quia regi is quoque dici potest, qui viribus suis aliquid agit; qui vero agitur, vix aliquid ipse agere intelligitur non quod nihil agat, sed quod nihil viribus suis agat; verum adjutus tantum, et misericordia agentis Dei præventus. Ita Apostoli locum interpretatur et S. Thomas contra Gentes „ Per Spiritum S. quodammodo agimur, ut præcepta Dei impleamus. Hoc enim Spiritu, non viribus propriis voluntatis reguntur, et aguntur, qui sunt Filii Dei„. R. quid de jans. sistemate censendum sit? R.

Corrolarium. Ex iis, quæ hactenus contra Prædestinatianos, ac præsertim contra Jansenium disputavimus, ipsum Jansenii sistema prout ab eo defenditur, rejiciendum esse convincitur. Quod ut luculentius pateat, in quo illud collocaverit Jansenius diligenter attendite. Primum hujus ædificii fundamentum est, nihil ab homine agi absque prævia delectatione, ut aperte asserit lib. 4 de S. statu

Christi c. 2., ubi ,, voluntas, inquit, sine delectatione velle, aut moveri .. nullo modo potest. quod sane respectu cujuslibet operationis locum habet,,. Hujus delectationis necessitatem repetit Yprensis Praesul ex natura infirmitate per originariam labem corruptae. Libro enim cit. cap. 9. ita disserit ,, Vera itaque ratio, cur caelestis delectatio ad actus bonos necessaria sit, ex natura medicinae et medicinalis adjutorii repetenda est. Voluntas enim per peccatum primi hominis in libidinis imperium praecipitata est ex quibus fit, ut in omnibus actionibus ante gratiam delectatione quadam praeeunte ac titillante provocetur, cui consentiendo peccat,,. Duplicem scilicet delectationem distinguit, alteram caelestem, quae a Deo ut bonum peragamus, immittitur; alteram terrenam, et perniciosam, qua ad malum invitamur et trahimur. ,, Creberrime docet Augustinus, inquit Jans. eod. lib. cap. 4., quamdiu in hac vita mortali vivimus, esse in homine luctam quamdam duarum delectationum, noxiae, et beneficae; terrenae ac caelestis: quarum utralibet vicerit, animum consentientem ac pronum trahet,,. Utramque delectationem iterum in eam, quae pariter rationis cognitionem antevertit et in eam, quae et voluntatis consensionem antevertit, et in eam, quae cognitionem rationis, et consensum voluntatis consequitur, seu in delectationem indeliberatam, ac deliberatam, quae tamen conjuncta non sit cum libertate indifferentiae, sed cum sola immunitate a coactione.

Hoc enim alterum praecipuum Janseniani sistematis fundamentum, quod perpetuo Auctor insinuat, contendens violentiam quidem, et coactionem, non vero intrinsecam, et insuperabilem necessitatem hominis libertati obesse. ,, Consentaneum est, inquit lib. 6. de Gratia Christi cap. 6. omnem omnino voluntatem quantumcunque ad unum determinatam nulla tali necessitate, qua dicitur necesse esse ut velit desinere esse liberam, quia non desinit esse voluntas = Nescio, inquit eod. cap. quid manifestius urgentiusque proferri posset ad demonstrandum volitionis cujusque libertatem, etiam illius, quod nos habere necesse est,,. Eodem loco dupli-

et lib. 7. c. 14. postquam dixisset quod omnis gratia [illegible] naturaliter repugnare indifferentiae libertatis subdit„ quae quidem contradictio tantae et tam pravae, ut si perfecta caelestis gratiae delectatio voluntatis liberatae indifferentiam [illegible] libertatis funditus interimat, sicut hoc in caelo, in beatitudine fruentibus manifestum est. Quod exemplum beatitudinis clare ostendit, qualem jansenius relinquat libertatem.

cem necessitatem distinguit, unam coactionis, et aliam simplicem, seu voluntariam, aitque illam, non vero istam repugnare libertati; et item alibi passim, tum cap. 19 assent„ nullam necessitatem actibus voluntatis liberis esse formidandam, sed solam coactionem, aut necessitatem violentiae„ Exitum nunquam reperirem, si omnia jansenii loca essent mihi recensenda, quibus docet nullam post originale peccatum indiferentiae libertatem, sed immunitatem duntaxat a coactione remansisse.

His duobus cardinibus tota janseniani sistematis machina vertitur. Gratia enim juxta jansenium tunc actum salutarem infallibiliter obtinet, quum delectatione terrena gradibus superior est caelestis delectatio, quemadmodum e contrario si concupiscentia seu terrena delectatio sit gradibus superior caelesti delectatione, peccatum infallibiliter committetur; ferme secundum leges mecanicas staterae, in qua cum partem inclinari est necesse, quae majori pondere fuerit gravata. „ Peccati enim, et operis boni, ait jansenius l. 4. de statu naturae lapsae c. 24. quantum ad vetitum et praeceptum, dehortationem, et exhortationem, vituperium et laudem, ipsamque adeo arbitrii libertatem attinet, par est ratio. Quamobrem sicut homo majori gratia instructus, quam sit concupiscentia opposita, juxta Yprensem necessario bene operatur; ita necessario peccat si gratiam concupiscentia gradibus superat. Sed ejus verba audiamus. Lib. 8. de Gratia Christi c. 2. „ Delectatio victrix ait, quae Augustino est efficax adjutorium, relativa est, tunc enim est victrix, quando alteram superat„ et lib. 4. c. 9. „ Conflictus ille delectationum sopiri non potest, nisi altera alteram superaverit delectando. Quod enim amplius delectat, secundum id operemur necesse est„. Item l. 8. c. 8. „ perspicue apparet impossibile esse, ut adjutorium illud caelestis delectationis non determinet, imo praedeterminet voluntatem, quia facit ut velis, et sine illa velle non possis. Facit ut necesse sit, animum sequi, et secundum illud operari, quod amplius delectaverit„. Ita de caele-

sti delectatione; de terrena vero lib. 4. c. 1. „ Ibid in peccatis, ait, eadem necessitas delectationes ad volendum, ac majoris delectationes ad superandam oppositam delectationem reperitur„ Quid autem, jansenius, quando oppositae delectationes equales sunt, neque altera ab altera gradibus superatur? Huic quaestioni satisfacit eodem libro c. 10. ita respondens „ Cum nulla sit gratia operandi praeter istam suavitatem Dei, nisi ista tanta fuerit, ut ei delectationes rerum creatarum cesserint ... alternante delectationem fluctu in medio velint remanebitur„. Nimirum sicut in aequilibrio manent, quorum utrique librae lanci equale pondus imponitur, ita anceps haeret animus, in hoc sistemate, quod hinc gratiae suavitate allicitur, inde vero pari vi concupiscentia distrahitur

Hoc sistema ita expositum, et prout ab ipso jansenio traditum fuit, si rite perpendatur, facile apparebit esse illum lutulentum fontem, ex quo tamquam totidem putidissimi rivi s. famosae ipsius jansenii propositiones dimanavunt. Prima enuntiatio hisce verbis comprehenditur „ Aliqua Dei praecepta hominibus justis volentibus et conantibus secundum praesentes, quas habent vires sunt impossibilia; deest quoque illis gratia qua possibilia fiant„ Verum si gratia in hoc natura lapsae statu ad opera salutis necessaria e adjutorium, quod insuperabiliter determinat voluntatem ad consensum; et quotiescumque justi peccant, inest illis delectatio terrena comparate superior, qua irresistibiliter ad malum rapiuntur; per se se consequitur deesse in hujusmodi circumstantiis adjutorium, quo Dei praecepta vera potentia possint observari.

Hocce consectarium cum illo principio connecti, atque inde legitime deduci perspicuis verbis confessus est jansenius lib. 3. de gratia Christi salvatoris c. 13. „ Haec igitur omnia, inquit, plenissime, planissimeque demonstrant, nihil esse in doctrina s. Augustini certius, ac fundatius, quam esse praecepta quaedam, quae hominibus, non tantum infidelibus excaecatis, obduratis

[illegible] sistematis [illegible] ponunt se [illegible] et una cum jansenii principio, recentiorem [illegible] stinianorum sistema impugnant, ajunt

I. Augustinum docuisse, lib. 2. de peccat. merit. etiam illa peccata nobis imputari, quae non [illegible] ignorantiae [illegible] committuntur, sed causa deri[illegible] [illegible] [illegible] [illegible], unde col[illegible]gunt nos aliter etiam quam delectatione moveri ad operandum; praesertim timore: idque pluribus non solum aliis locis Augustini, sed Scripturae quoque [illegible] affirmant.

II. docuisse Aug. lib. 9. confess. c. 8. se non fecisse quod incomparabili affectu amplius placebat, at lib. 12. c. 6. de Civit. duos aequaliter [illegible] et [illegible] affectos, [illegible] [illegible] periculosos esse posse, quorum alter cedat, alter resistat.

III. Nocesse fore in hoc systemate Adamum stare in accepta justitia, quia non terrena sed caelesti delectatione perfectiore [illegible] [illegible]batur.

IV. nullam activitatem voluntatis relinqui; si quidem voluntas aequali opposita delectatione praeventa [illegible] pro sua facultate nequit se se determinare ad [illegible] extremorum

V. nullam videri superesse libertatem, quia quum eadem sit ratio utriusque de[illegible] praeventa majori delectatione terrena, vel non potest [illegible] bene agere, vel potest. Si primum nulla libertas, si potest; [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible], quod [illegible] [illegible]sica debeat esse caelestis cum opere bono: et consequenter [illegible] cum opere malo, [illegible] per se [illegible] systema: hinc caetera jansenii proposita

VI. Videri cuilibet cujuslibet [illegible] experientiae contrarium; quum saepissime contingat ut vehementissima tentatione percelsus, vix caelestem delectationem sentiat; et sibi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

VII. systema hoc videri obnoxium illis omnibus difficultatibus, quibus impetitur Molinisticum, quod tamen ad haec ipsa eliminanda, jansenianum fuerit inductum. Et primo judicio omnes jansenii sectatores post suum ducem, clamant in systemate Molinae, gratiam esse efficacem non esse. [illegible] jansenianorum [illegible] ex se efficax, semper et in omnibus circumstantiis suum habet effectum. Hinc forte S. Thomas 3. p. q. 70. a. 4. minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiae ac vitare omne peccatum mortale. Non item in janseniano.

[illegible] facillime exponunt [illegible] [illegible] rebellem voluntatem, et quo vult trahat; sed Aug. hac [illegible], et [illegible] cultum, ac minime singulis paginis inculcat. Sed facilius systema jansenianum.

Tertio [illegible] Molinistas, quod ex parte creaturae ponant conditionem aliquam, unde videatur pendere effectus gratiae. Sed in hoc recidunt jansenistae.

Quarto [illegible] exagitantur Molinistae, quod velint Deum explorare hominis temperamentum, et indolem, et inclinationes, quam efficaciter vult aliquam convertere. Sed jansenistae idem statuunt.

Quinto discretionem videntur attribuere Molinistae etiam homini, quod [illegible] gratia intellectam [illegible] intelligatur discretio, sed quia sit conditio libera [illegible] a creatura. Jansenistae conditionem liberam praestitam supponunt.

Sexto Nomen gratiae efficacis, et sufficientis eandem diversam [illegible] [illegible] [illegible] dant. [illegible] in utroque systemate [illegible] [illegible] ea [illegible] [illegible] magis in systemate delectationis, quam ante gratiam concupiscentiae [illegible] minor obduratio [illegible] [illegible] discernit

ratis, sed fidelibus quoque et justis volentibus conantibus secundum praesentes, quas habent vires impossibilia sunt: deesse quoque gratiam, qua fiunt possibilia,,

In secunda propositione docuit Jansenius,, interiori gratiae in statu naturae lapsae numquam resisti,, Profecto si gratia efficax, seu coelestis delectatio, quae terrena delectatione superior sit, suum integrum et perfectum actum consequitur; delectationis vero coelestis opposita concupiscentiae inferioris illud est proprium, ac veluti naturale, ut desideria quaedam inefficacia et sterilia pariat; legitima consequentia infertur, interiori gratiae numquam resisti. Quare Jansenius, qui suum sistema ex Augustino hausisse jactat lib. 10. de gratia Christi Salvatoris c. 7. ita colligit,, In universis operibus ejus (Aug.) non est vestigium, quod Christi gratia unquam sit incongrua, sed omnis congrua est, omnis operatur, et perficit effectum; omnis enim delectat voluntatem, et omnis hoc ipso ad operandum effectum illum, ad quem datur, trahit,,.

Tertia jansenii propositio ita concipitur,, Ad merendum et demerendum in statu naturae lapsae non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione,,. At per quaenam operatur homo, nisi per ea, quae victricis delectatione efficiuntur; per quaenam demeretur, nisi per ea, quae ex terrena delectatione comparate superiore nascuntur, sed ut jansenii verbis dictum est in expositione secundi fundamenti, quod ipse jecit ad suum construendum sistema, delectatio coelestis gradibus superior necessario ad actum bonum pertrahit, et noxia concupiscentia coelesti delectatione ardentior insuperabiliter ad malum rapit. Restat igitur, ut in hac sententia ad merendum et demerendum sufficiat libertas a coactione.

Quarta jansenii propositio efferebat,, Semipelagianos admisisse praevenientis gratiae interioris necessitatem ad singulos actus etiam ad initium fidei

et in hoc fuisse hæreticos, quod vellent eam gratiam talem esse, cui possit humana voluntas resistere vel obtemperare". Non ejus [sin minus] primam hujus articuli partem, quæ facti quæstionem involvit, sed [certe] alteram, quæ juris est, ac tamquam hæretica proscripta, ex Jansenii sistemate profluere contendo. Augustini sententias totidem Ecclesiæ Catholicæ dogmata censendas esse satis aperte insinuat Jansenius tom. 2. libro proœmiali, ubi appellat Hipponensium Præsulem Patrem Patrum, Doctorem Doctorum, primum post Scriptores Canonicos, inter omnes vero solidum, subtilem Angelicum, Seraphicum, excellentissimum, ineffabiliter mirabilem, et quod divinis ac catholicis dogmatibus unice convenit, irrefragabilem. Ergo ex Jansenii judicio D. Augustini principiis refragatur, inter hæreticos est recensendus. Atqui proprium sistema circa circa irresistibilem, atque indeclinabilem superioris delectationis energiam Augustini ipsius sistema esse ubique clamat Jansenius; Ergo in hoc sistemate asserentes humanam voluntatem posse divinæ Gratiæ, vel obtemperare pro suo arbitrio sunt hæretici. Hanc consecutionem et fatetur, et deduxit Jansenius lib. 8. de hæresi Pelagiana c. 6. "Itaque, ait, Massiliensium opinionibus et Augustini doctrina quamdiligentissime ponderata certum esse et indubitatum esse debere sentio, quod Massilienses præter prædicationem atque naturam, veram etiam et internam et actualem gratiam ad ipsam etiam fidem, quam humanæ voluntatis ac libertatis adscribunt viribus, necessariam esse fatentur". En primam damnatæ propositionis partem, qua supposita alteram ex suo sistemate legitima ratiocinatione ita paucis interjectis colligit, "in hoc igitur propriæ Massiliensium error situs est, quod aliquid primæque libertatis reliquum putant, quo sicut Adam si voluisset, poterat perseveranter operari bonum, ita lapsus homo saltem credere posset, si vellet, neuter tamen absque interioris gratiæ adjutorio, cujus

usus vel abusus relictus esset in uniuscujusque arbitrio, et potestate". Quem errorem esse illud ipsum, propter quod tamquam haeretici fuerunt damnati, assentit l. 5. c. 1. inquiens " e adjutorium, quod Massilienses ad credendum necessarium esse, atque ita sufficere dicebant, ut cum eo credere posset homo si velt qui tamen tanquam haeretici proscripti sunt"

Quinta Jansenii propositio e ista " Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse". Profecto si in hac hypsententia fatali necessitate omnia ita sunt constituta, ut illi duntaxat, quibus Deus elargitur auxilium quo, seu ut [ait] ratat Jansenius, caelestem delectationem ita gradibus superiorem terrena delectatione, ut indeclinabiliter, et necessario actus salutares efficiat, possunt bene operari; ceteros vero, quais aut nulla gratia, aut terrae concupiscentia opposita longe inferior datur, certa manet peccandi, et damnationis necessitas; nonne pro illis, qui damnantur, superfluum fuisset pati, et mori Christi Dominum? Quae utilitas in sanguine Christi infidelibus, excaecatis, et in malo obfirmatis, si nullum omnino auxilium vere sufficiens, quo reipsa possent bonum agere, illis impetraverit imo quum Semipelagiani asseverent, Deum aequaliter erga omnes et singulos homines se habere, neque erga illum specialiter beneficum esse; si vera e Jansenii doctrina, Semipelagianorum error est affirmare pro omnibus omnino hominibus Christum mortuum fuisse, aut sanguinem fudisse. Consectarium hoc teterrimis characteribus Jansenius describit lib. 3. de Gratia Christi cap. 21. ubi quum sibi illud objecisset: Aliud argumentum pro gratia sufficienti proferri solet, quia Christus est Redemptor omnium nec redemptio omnium ullo modo videtur esse posse, nisi gratiam saltem sufficientem omnibus praeparaverit, objectioni huic ita respondet satisfacere autumans: Respondetur et hoc argumentum, sicut omnia praecedentia, jam olim ab necnon usque a Pelagianis, praesertim Massiliensibus inculcatum fuisse, ut mirum sit recentiores tanto studio tota Haereticorum arma colligere, et obsoleta renudare, sed sufficit " juxta doctrinam antiquorum respondendum esse

tanquam errorem a fide Catholica abhorrentem, quod Christus pro omnibus passus aut mortuus sit, aut pro omnibus omnino tam generaliter sanguinem fuderit. Vanum esse et stultum pro eo impetrando, vel avertendo rogare Deum, quod immutabili decreto sancitum ~~est~~ et praedeterminatum esse jam novit. Vanum etiam pro talibus salvandis pati, mori. Vanum pro talibus a perditione decreta liberandis offerri Patri vota, preces, mortem, et sanguinem suum,, Demum ita concludit,, Quae sane quum in Augustini doctrina perspicua, et certaque sint, nullo modo principiis ejus consentaneum est, ut Christus Dominus vel pro infidelium in infidelitate morientium, vel pro justorum non perseverantium aeterna salute mortuus esse, sanguinem fudisse, semetipsum redemptionem dedisse, Patrem orasse sentiatur. Sciebat enim quo quisque ab aeterno praedestinatus erat... Ex quo factum est, ut juxta summum Doctorem non magis Patrem pro aeterna salute ipsorum quam pro Diaboli deprecatus fuerit,,

Audistis? Omnia ipsissimis Jansenii verbis placuit confirmare, non solum ut proprii sistematis sit ipse interpres, verum etiam ut pateat quam sint aequi rerum aestimatores, qui jansenianae doctrinae nimium faventes pronunciare non verentur, 5. celeberrimas propositiones ab Ecclesia Catholica proscriptas aut in Jansenii opere, cui titulus Augustinus non reperiri, aut in sensu ab Jansenio intento non potuisse damnari

Dices. Necessitas, quam delectatio superior imponit, in hoc sistamate non antecedens, absoluta, et physica est, sed consequens, relativa, et ~~phy~~ moralis, sed hujusmodi necessitas libertati indifferentiae non officit. Ergo Jansenii sistema liberum arbitrium non perimit. Quod si humanae libertati Jansenii sistema non adversatur, neque gratiam vere sufficientem excludit, cui humana voluntas resistere possit, ac quandoque etiam imo semper resistit, quum ab ardentiore concupiscentia vincitur, neque ullam ex aliis damnatis propositionibus parit, et

rem attentius consideranti fit manifestum. Cur igitur contra hoc sistema tanto strepitu conclamatur?

R. primo jansenii precones asserentes necessitatem illam consequentem esse non antecedentem speciosis verbis incautis quidem imponere, prudentes autem et consideratos decipere non posse. Si necessitas antecedens ea duntaxat appelletur, quae rationis usum, et voluntatis consensum licet necessario expressum antevertit; procul dubio necessitas agendi sub motione delectationis superioris non est antecedens ex mente jansenii, quia actio ex tali necessitate elicita voluntaria est, ~~ac deliberata~~ ipsumque ~~voluntatis consensum includit~~ ipsumque voluntarium delectationis gradum superiorem supponit. Sed hinc libertatem a coactione, non autem illam indifferentiae salvam esse patet. Alio igitur sensu necessitas illa merito dici potest, atque adeo debet antecedens dici; quia nempe oritur ex praevia delectatione indeliberata, quae non e in potestate hominis ut eam habeat vel rejiciat, ut eam Aug. loquitur jansenius; et quia actum voluntatis deliberatum necessario po[illegible] producit, quum necesse sit ex jansenio voluntatem secundum id velle et operari, quod eam magis delectat. „Non aliter, inquit jansenius lib. 7. de Gratia Christi c. 5. potest moveri voluntas ad bonum, nisi quia delectatur homo, quia dulcescit, quia arridet et placet. quia delectatione, id est, titillatione et complacentia, velle nullomodo potest,„ et lib. 2. c. 4. „Hoc ipso quo datur (scilicet delectatio superior) simul unus ejus et influxus potestatis datur… Dat enim simul et posse et operari„

R. 2. ~~cum Tournely, cujus est etiam prima responsio~~. Necessitas ea non est absoluta hoc sensu, quia non competit voluntati in se absolute spectatae, quum praesentes subjecti circumstantiae spectentur. Delectatio ita considerata neque victrix, neque victa dici potest sed ideo vincit juxta jansenium, quia e relative superior vincitur vero, quum e relative inferior. Absoluta tamen dici potest, quatenus vera est ac realis, neque in illis circumstantiis vera potestas relinquitur oppositum eligendi. R. physica item est necessitas illa

non moralis. Qui enim necessitate solum morali obstrictus est, potest licet non sine difficultate eidem resistere, imo aliquando resistit, ut patet in illis, qui inveteratos habitus magnis adhibitis viribus eos destruxerunt. Verum in Jansenii sistemate præsente majori delectatione ex-causa ad peccatum non solum numquam bene agitur; sed neque agi potest ob virium inæqualitatem. Nihil assero, quod apertis Jansenii verbis confirmari non possit. Itaque ipse sistematis auctor lib. 7. de Gratia Christi cap. 3. "Scrutatis, inquit, diligenter fundamentis Augustini, quibus tota doctrina de arbitrii libertate nititur, nihil aliud existimamus, quam cognitionem ac delectationem seu delectabilis objecti complacentiam esse, id quod tantam potestatem in lib. arbitrium habet, ut eam faciat velle vel nolle, seu ut ea præsente actus volendi sit reipsa in ejus potestate, absente non sit." Dum abest igitur delectatio, seu complacentia actus sive bonus sive malus non est in hominis potestate, et electione juxta Jansenium, nec hunc illa concipi potest facultas proxime expedita ad quidquam eligendum. Sed neque præsente delectatione ex. gr. cælesti, homo remanet indiferens ad electionem, seu indiferentiæ libertate tunc ad oppositum non pollet. Nam lib. 8. c. 9. ait " Opus bonum ex cælesti delectatione, ideoque propria voluntate operatur. Quæ sane sicut capitaliter adversantur indiferentiæ ad utrumlibet, ita determinationem potius voluntatis ad unum evidenter probant. Delectatio quippe non indiferentem facit voluntatem, sed indiferentem ad alteram partem vehementissime trahit". Ergo neque dum adest delectatio, oppositum actum eligere possumus. Verum quid adhuc quærimus? Eodem lib. 8. cap. 3. ait Augustinum contra Pelagianos liberum arbitrium defendisse, " nec tamen unquam vel semel, nec ex professo eum tradidisse, nec per transennam insinuasse, salvam eatenus manere sub gratia libertatem ejus, quatenus actum volendi sic exerat, ut eum possit suspenden-

continerent. Si igitur in hoc sistemate tanquam certum ponitur procul eliminandam esse hujusmodi libertatem vi cujus voluntas sub gratia consensum nec continere, nec suspendere possit; necessitas, quæ ab hujusmodi gratia inducitur antecedens, absoluta, et physica merito dicitur.

Dices 2. Sistema duplicis delectationis, quarum comparate superior, victrix sit, tuto in scholis catholicis propugnatur. Neque infimi subsellii sunt ejus patroni, Hysambertus Doctor Sorbonicus, P. Masoulie Theologus Dominicanus, Laurentius Berti Theologus Augustinianus, aliique non pauci, qui Augustianam Doctrinam profitentur. Sed fidem superat viros doctissimos sistema amplecti, ex quo damnatæ Jansenii propositiones emanant. Ergo hujusmodi consectaria non ex Jansenii sistemate, sed ex ingratorum cerebro enascuntur.

R. me hic sistema duplicis delectationis, prout a Jansenio defenditur, non prout traditur a catholicis impugnare. Neminem vero catholicorum reperies, qui ab illo in sensu Jansenii intellecto, non valde abhorreat. Ad duo præcipua capita, si attendisti, omnia, quæ in hoc sistemate quisque debet improbare possunt revocari, quorum primum est, quia libertas indiferentiæ tollitur omnino; alterum, quia gratia sufficiens prorsus excluditur. Catholici qui efficacem gratiæ per duplicem delectationem exponunt nec libertatem, nec gratiam sufficientem exclusam inficiantur. Absit igitur ut viros hortodoxos contra Ecclesiæ sanctæ invidioso Jansenismi nomine traducamus.

Caput III.

Exhibentur præcipua Sistemata, per quæ liberum arbitriū cū Gratiæ efficaci-te absque scientiæ mediæ adjumento plurimi Catolici conciliare nituntur.

IV. „Quemlibet nostrū, ut ait S. Aug. lib. 2. de pec- 6
cat. mer. cap. 18: " vehementer angustat, ne sic de-
fendamus Gratiā, ut liberū arbitriū auferre vi-
deamur; rursus ne lib. sic asseramus arbitriū
ut superba impietate ingrati Dei Gratiæ vide-
amur„; Utrumque in operanda hominis salu-
te convenire satis hactenus ostensū est contra
Novatores Jansenium. Sed quomodo Divinæ Gratiæ efficacitas
sit explicanda, ut simul etiā humana libertas
servetur, hoc ē ea difficultas, in qua superanda
a duobus circiter sæculis acerrime secum digla-
diantur, Catholici quæque in diuturnis illis controversiis
corā summis Pontificibus tanta animorū con-
tentione agitata fuit, ut lib. 1. cap. 4. n. 27.
recensuimus, quin tamen adhuc dirimi potue-
rit. De hac quum mihi in hoc ac sequenti cap.
agendū sit, et sapientissimi ac prudentissimi
Archipræsulis nostri, cujus vel nutibus parere
mihi religio est, mandata faciens, omnemq.
rixandi occasionem declinans, quin jurē in
ullius verba Magistri, præcipuas vobis osten-
dā vias, quas præcipua Scholarū ingenia
ad nodū hunc difficillimū explicandū inive-
runt, ut quæ cuique magis arriserit, eligatis.
Quotquot in hanc usque diē Catholicorum 7
sententiæ hac super re prodierunt, ad duas,
quarum utraque deinceps in plures alias divi-
ditur, possunt revocari. Prima est eorum,
qui asserunt, Christi Gratiā ita per sese, atque
intrinseca natura sua efficacē esse, ut, seclusa
Conditionatorū scientia, inter ipsā Gratiæ natu-
rā et liberā hominis conversionē certa et in-
fallibilis connexio intelligatur etiā in eo re-

tionis signo, quo nondum absolutus creaturæ consensus prævidetur. Altera e[st] eorum, qui contendunt gratiam intrinsecus quidem sibi viribus actus nostros salutares ac meritorios operari; illam tamen certam et infallibilem gratiam inter et actus creaturæ liberos connexionem non ab ipsius gratiæ natura e[ss]e repetendam, sed a Dei prævisione, qua per scientiam conditionatorum Deus prævidit creaturam sub tali gratia esse consensuram.

8 V. Primam sententiam defendentes gratiæ ab intrinseco efficacis assertores, qui autem secundam tuentur gratiæ ab extrinseco efficacis patroni dici consueverunt. Sed hanc loquutionem gratia e[st] ab extrinseco efficax celebriores secundæ sententiæ Theologi castigandam esse monent, aut addito aliquo emolliendam, ne in sensum prorsus alienum detorqueatur. Cum nonnulli posterioris sententiæ defensores dixerunt interdum, gratiam e[ss]e ab extrinseco efficacem, gratiæ efficaciam a libertate nostra pendere, gratiam consensu nostro reddi efficacem, de sola denominatione, quæ sane extrinseca e[st], loquebantur. Nempe id gratiæ cum ceteris causis efficacibus commune esse dicunt, ut effectum tanquam terminum intrinsecæ sibi efficientiæ spectet, et quamvis nihil virium ab eo mutuetur, absque eo tamen efficax in actu secundo, seu actu efficax dici non possit. Sic neque medicina actu efficax dici potest, nisi ea ægri determinatio adsit, qua rebus vim medicinæ elisuris abstinere velit; neque tamen medicina ab illa ægri determinatione suam efficientiam habet. Ceterum et ~~Natalis~~ Theol.

4 dogmat. de prædest. ~~l. 10. c. 19.~~ et Suarius lib. 3. de aux. divinæ gratiæ c. 14. et Antoine tract. Theol. de gratia ar. 4. §. 3. et universi hujus hypothesis Doctores, quibus omnibus præiverat Molina in 1. part. S. Thomæ q. 23. ar. 4. disput. 1. membro 6. necnon in sua concordia, licet citra conditionatorum scientiam affirment statui non posse infallibilem ~~certitudinem~~ et certitu-

mam connexionem Gratiam inter et actum Creaturæ liberam; libentissime concedunt, et aperte confitentur gratiam a se et ab intrinseco efficacem, quæ non a voluntate creata sed a se ipsa totam habet virtutem producendi effectum, ad quem datur, suisque intrinsecis viribus consensum nostrum operatur. Immo Belarminus ~~dux~~ Theus gravissimus ~~illas senten~~tiæ patronus opinionem eorum, qui,, Gratiam efficacem constituunt in assensu et cooperatione humana, ita ut ab eventu sit efficax; quia videlicet sortitur effectum, et ideo sortitur, quia voluntas humana ei cooperatur,, lib. 2. de Gratia et lib. arb. c. 12. velut a Scripturarum, et B. Aug. sententia alienam refellit; quamvis ibidem aperte confiteatur,, intelligi non posse, quo pacto gratia efficax consistat in illa interna suasione, quæ per lib. arb. respui potest, et tamen infallibilem effectum habeat, nisi addamus, Deum iis, quos efficaciter, et infallibiliter trahere decrevit, eam suasionem adhibere, quam videt congruere ingenio eorum, et quam certo novit ab eis non contemnendam,,. Eadem fere tradit Petavius vir saVra eruditione refertus lib. de Trid. conc. et S. Aug. doctr. c. 11. et Theol. Dogm. de Prædest. l. 10. c. 19.

10. VI Sed ut securatius celeberrimæ controversiæ punctum statuatur, juvat sub oculis ponere nonnulla deprompta e scripto Theologico, quod Patres Societatis exararunt, et Theologis universitatis Bononiensis ad censuram obtulerunt; quod subinde quum etiam Summo Pontifici, Cardinalibus, et Consultoribus in Disputatione exhibendum, curet, adæquatum et apertum controversiæ statum continere nemo potest dubitare. In hoc scripto, quod refert Theodorus Eleuterius, idest P. Livinus de Meyer n. 6 in tom. 1. controversiarum de auxiliis Divinæ Gratiæ lib. 2. cap. 15. ita loquebantur Jesuitæ, recensentes primum ea, in quæ cum Dominicanis conveniebant, tum ea, in quibus discrepabant. ,, Convenimus quidem omnes, ajunt, in his principiis. Primo Deus ab æterno efficaciter voluit, et suo decreto determinavit, idest prædefinivit, et præordinavit, ut converterentur, et perseverarent quotquot in tempore convertuntur et perseverant. Secundo supposita hac voluntate, ac decreto Dei omnes infallibiliter et libere convertuntur, et perseverant, quia intentio Dei deficere non potest. Tertio ea auxilia quibus Deus in tempore exequitur id, quod ab æterno decrevit, efficacia sunt: quoniam per illa

facit Deus, ut voluntas consentiat, atque ideo semper sortiuntur suum effectum. Quarto per haec auxilia, quae intrinseca et supernaturalia sunt, Deus praeparat voluntatem nostram et prius natura (scilicet prioritate causae) quam illa consentiat, illam promovet ad consentiendum, et operatur in nobis velle et perficere, facitque ut faciamus, et, quod facimus, Deus una cum libero nostro arbitrio ejus consensum tanquam causa principalis physice et immediate efficit. Controversia non est ergo de aeterna voluntate, determinatione, ac praedestinatione Dei an stent cum libertate nostra, sed de modo, quo salva nostra libertate, voluntas Dei absoluta nunquam frustretur suo effectu. Ac potissimum quaestio est de auxiliis, quibus in tempore exequitur Dominus id, quod ab aeterno definivit et decrevit. An haec auxilia sint sola sua essentia, et natura ita infallibiliter efficacia, ut physice ac intrinsece praedeterminent voluntatem nostram ad consensum" Hactenus illud scriptum theologicum; ex quo apparet utramque sententiam luculenter confiteri, Deum per intrinseca et supernalia auxilia gratiae suae praeparare voluntatem nostram nostram, illam promovere ad consentiendum, ipsumque nostrum consensum una cum nostro arbitrio a Deo tanquam causa principali physice et immediate produci: illud autem controverti, num auxilia gratiae sola sua natura ita infallibiliter consensionem nostram operentur, ut in sensu Thomistarum praedeterminent. De mediistis hoc impugnantibus cap. sequent. erit agendum. Nunc de Thomistis, tum etiam de Augustianis, qui simul affirmant et tuentur, futuri nostri consensus infallibilitatem ultimo dimanare ex una gratiae natura et essentia esse derivandam.

10 VII Constans et vetus Thomistarum opinio fuit inquit insignis Theologus Gazzaniga, omnem causam secundam ita a Deo in omni sua operatione continuo dependere, ut nec minimum quid con...

gat sive in naturali, sive in supernaāli ordine, quin ab ipso determinetur, moveatur; atque actioni applicetur. „Deus, ut inquit S. Thomas q. 3. de potentia a. 7. est causa actionis cujus libet, in quantū dat virtutē agendi, et in quantū conservat eam, et in quantū applicat actionē, et in quantum ejus virtute omnis alia virtus operatur„. Hinc ad omne opus communiter statuunt necessariā esse physicā præmotionem; ordinis scilicet naturalis ad opera pure naturalia, ordinis vero altioris ac supernaturalis ad opera salutaria et pias, quam Gratiam nominant ab intrinseco, natura sua et per se infallibiliter efficacē. Hanc physicā præmotionem describere possumus per quamdā præviam motionē voluntati creaturæ a Deo impressā ante omnem ipsius creaturæ actum, ad quem ita illā physice determinat, ut repugnet omissio actus, ad quē præmotio datur, sicut repugnat ullam actionē sine ea fieri, quæ proinde prædeterminatio ex se connexa sit cum effectu, illumque ex natura sua certissime inferat. Necessitatē ejusmodi præ- 11.
motionis in hac natura lapsæ statu ex duplici capite derivant, nempe et titulo dependentiæ ut causa secunda primæ subordinatur nedum in potentia, sed etiā in actu operandi; et insuper propter multiplex vulnus nobis per peccatū Adæ inflictū. Etsi autem varient Thomistæ in explicanda mira hujus præmotionis operatione, in his tamen omnes consentiunt. Primo physicā præmotionem esse prorsus necessariā ad omne opus; Secundo natura esse priorē omni positiva nostræ voluntatis determinatione; 3.° eandē habere intrinsecā et essentialē connexionē cū actu, ita ut ea posita ~~repugnet actum non sequi~~ [infallibiliter actus sequatur] atque ea non posita ~~impossibile sit actum haberi~~ [certissime actus nunquā habeatur].

Præter Gratiam efficacē, quam in hac physi- 12
ca et supernaāli præmotione collocant; admit-

sunt aliam Gratiam, quam sufficientem appellant, quæ quæ homini agendi quidem potestatem confert, non quam tamen actum, nisi addatur gratia prædeterminan. Sed quomodo Gratia vel efficax sit, vel tantum sufficiens, secum non conveniunt Thomistæ. Gauda- tus Gazzaniga rem totam ita explicandam existimat „ Quemadmodum ut corpus loco suo dimoveatur, non satis est, ei quamcumque vim imprimere, sed talis ac tan- ta requiritur, quæ habita ratione illius massæ et gravitatis, item aliorum impedimentorum, ejus resisten- tiam vincat: ita ut voluntas gratia Dei ad bonum efficiendum determinetur, non qualibet motio semper satis erit, sed talis requiritur, quæ habita ratione impedimentorum, et difficultatis operis, ejusdem resisten-
17 tiam superet. Itaque minores motionis gradus satis erunt, ut voluntas in actum faciliorem pietatis erumpat, majores necessarii erunt, ut difficilius opus exequatur, vel ut majore intensione geratur. Minor item gratia- rum sufficeret in homine debiliori tentatione, aut con- cupiscentia superato sollicitato ad malum, quæ non sufficiet (sufficientia conjuncta cum actu) alteri, qui majori pondere malitiæ retardatur a bono. Quotiescumque igitur motio Dei est gradibus superior impedimentis, et concupiscentia hominis, est etiam efficax, et effectum suum infallibiliter obtinet: quando autem est gradibus, et relative minor, est inefficax, sufficiens tamen, quia homo, nisi propria perversitate resisteret, ejus adjutorio posset bonum operari, vel sal- tem uberius, et fortius auxilium suppliciter impetrare adeoque non è inefficax, nisi ex vocati defectu, ut S. Thomas loquitur„. Ecce vobis Thomistarum siste- ma, quod Banezio e sacro Prædicatorum ordine tri- buitur, et cujus gratia contra Molinæ sententiam tantum in Controversiis de auxiliis fuit disputatum.

18 VIII. Sequitur alterum sistema de Gratia natura sua infallibiliter efficaci, quod è plurium recentiorum, qui se Augustinianos dici amant. Gratiæ efficacita- tem exponunt DD. isti per sistema duplicis delecta-

Quare ne actum iterum agamus, ibi et Scripturæ loca, et ss. Patrum, præcipue vero Augustini testimonia sunt relegenda. Illis pauca superaddo: et quoniam P. Sazzaniga ingenue fatetur se ita exponere physicam præmotionem, ut ab ea pro naturæ lapsæ statu nonnisi præmotionis verbo in cœlestis delectationis vocem immuto recedant Augustiniani in gratiæ essentia definienda, in utriusque sistematis confirmationem ex eodem erudito Theologo sequentia depromo.

Ezechielis c. 36. v. 26. Dabo vobis cor novum et spiritum meum ponam in medio vestri: et auferam cor lapideum de carne vestra... et faciam ut in præceptis meis ambuletis. Joannis 6. „Nemo potest venire ad me, inquit Christus, nisi Pater meus traxerit eum„ Porro hujusmodi phrases esse intelligendas de vera, propria, ac physica motione, non vero de minus propria, et morali ostenditur primo, quia nulla ratio est, cur motio divina sæpissime, et aperte in divinis eloquiis repetita in sensu minus proprio intelligatur; secundo quia in laudatis locis certe ea significatur nostræ voluntatis motio, quæ a solo Deo proficiscitur; hujusmodi autem non est nisi physica, quia moraliter nostra voluntas etiam ab homine, ab Angelo a Dæmone moveri potest. Quamobrem Angelicus q. 3. de potent. a. 13. cum dixisset solam causam perficientem esse vere et proprie causam ita subdit, „Relinquitur ergo, quod causa perficiens et propria voluntarii actus sit solum id, quod operatur interius. Hoc autem nihil aliud esse potest, quam ipsa voluntas sicut causa 2da, et Deus sicut causa prima„ et iterum „Deus solus in voluntate operatur, et voluntatem inclinare potest in quodcunque voluerit„.

Accedit illud Apostoli 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis„. Totum igitur quantum est in nobis boni sine ulla exceptione Deo tribuendum est. „Nihil, inquit s. Basilius hom. 22. de humilit. nihil tibi relictum est, o homo, de quo gloriari possis„

Rident hic recentiores Molinistæ, vel ipsam consequentiam in sensu præmissarum concedentes. At summa hæc emphasis Scripturarum id totum Deo tribuendum suadent, quod ad ejus omnipotentissimam gratiam extollendam facit. Sed magis sane illa elucet, si dicatur ita mutare corda, ut sola intellecta dicta operatione, intelligatur ipsa cordis immutatio, quam si dicatur etc. Ergo tantæ vires gratiæ sunt concedendæ, nisi evidens ratio obstet. Evidens hæc ratio non obstat: plures enim probabiles responsiones afferuntur. Ergo ratio Molinistarum evidens non est.

Gloriari posse videretur frater adversus fratrem dicendo: tu eadem gratia, atque vocatus, noluisti; ego volui. Habeo assensum præ te; ego meo a te discrevi.

Hic orat Ecclesia Deum, ut vincat ipsam resistentiam, et donet ipsum assensum, ut ipsam determinationem ultimam, et boni electionem. Credit ergo assensum ipsum et integrum a Deo dari, ipsam ultimam determinationem. Sed si dat ipsum integrum assensum, ipsam ultimam actualem determinationem, hæc gratia est prorsus et infallibiliter connexa cum eo assensu, quem includit. Ergo.

Aug in Enchiridio sæpissime arguit ex una Dei omnipotentia facere de hominis voluntatibus quidquid illi placuerit. "Neque enim ob aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniam quidquid vult potest, nec voluntate cujuspiam creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus", cap. 96. Sed vi solius omnipotentiæ non posset effectum hunc tam certo exprimere a voluntate, nisi etc.

Deinde idem Aug. cum Thoma tradit Deum magis nostram voluntatem in sua habere potestate, quam nos ipsi; ergo quidquid boni nos gratia adjuti facere possumus, et quam certissime facere possumus, magis, et magis certe efficere potest in nobis Deus. At nos gratia adjuti possumus efficere ut inter gratiam et assensum liberum intersit certitudo prorsus infallibilis, juxta Molinistas; ergo in nobis sua omnipotentiæ tanto magis efficere potest Deus. Ipse enim continet omnem rationem sufficientem sicut verum necessarium, ita et liberum, a quo æque omnes suo modo essentialiter dependent.

Præiverat s. Cyprianus lib. 3. ad Quir. c. 4. "in nullo gloriandum est, quando nostrum nihil est". At vero seposita physica et reali motione, seu victricem delectationem eam mavis appellare, totum opus bonum omni ex parte Deo tribuendum non esset, verum aliquid præcipuum etiam creaturæ consensui, qui gratiam ex se indifferentem efficacem redderet. Ergo.

Alterum argumentum desumitur ex Ecclesiæ precibus, quæ ita Deum orat in Vigilia Pent. "Concede nobis et nostræ voluntatis pravitatem frangere, et honorum præceptorum rectitudinem in omnibus adimplere"; et Sabbatho post Dom. 4. Quadragesimæ, nec non Dom. 4. post Pent. "Ad te nostras etiam rebelles compelle propitius voluntates". Hæ autem phrases gratiæ versatili, et motioni duntaxat morali quomodo possunt accommodari, nisi verborum planissima significatio prorsus immutetur?

Tertium argumentum desumit Sazzaniga ex iis Augustini testimoniis, quæ attulimus citata assert. 1. cap. 2. hujus libri. Quare illis prætermissis duo hic ex eodem s. D. recensebo, in quibus Augustiniani totam controversiam dirimi contendunt. Alterum est vulgatum illud principium, quod tradit s. D. in expos. epist. ad Galatas "Quod amplius nos delectat, secundum id operemur, necesse est". Huic equidem testimonio nos alibi respondimus adversus Jansenium, ut libertatem tueremur. Sed AA. eo loco ita pugnant, ut ibi sol. integrum servent. Quum enim, inquiunt, per electam delectationem comparate superiorem non proponatur bonum sub omni ratione boni, remanet adhuc judicium indifferens, quod ad libertatem libertati satis esse + probant ex Angelico Præceptore. Prima enim parte q. 83. a. 1. ita loquitur s. D. "Cum judicium rationis ad diversa se habeat, et non ut determinatum ad unum; pro tanto necesse est, quod homo sit liberi arbitrii ex hoc ipso, quod rationalis est", et q. 24. de Verit. ar. 2. "Tota ratio libertatis ex modo cognitionis pendet. Appetitus enim cognitionem sequitur, quum

+ ac proinde potentiam eligendi non tollere aper relinquere probant etc.

appetitus non sit nisi boni, quod sibi per vim cognitivam proponitur,, Itaque si sub majori delectatione remanet judicii indifferentia remanet etiam libertas. At sub illa victrice delect. remanet judicii indifferentia, quia divinae gratiae ope non intuitive videndum proponatur bonum; ergo remanet sub ejusmodi adjutorio integra libertas.

Locus alter s. Doctoris celeberrimus, et argumentorum Augustinensium Achilles, est caput 11. et 12. lib. de Corrept. et Gratia, ubi fusius adjutorium sine quo non, et adjutorium quo fusius describit. Primum asserit fuisse Gratiam Adamo collatam, de qua cap. 11. n. 31. ait,, Nec ipsum Deus esse voluit sine Gratia sua, quam reliquit in ejus libero arbitrio,, Adjutorium autem quo ex Aug. est Gratia, quae justis in natura quae in hoc naturae corruptae statu electis conceditur, de qua c. 12. n. 38. ita disserit,, Eis (electis hujus status) non solum dat adjutorium quale primo homini dedit, sine quo perseverare non possint, si velint; sed in eis etiam operatur et velle … Nam si ipsis velinquaretur voluntas sua, ut in adj. Dei, sine quo perseverare non possent, si vellent manerent, si vellent, nec Deus in eis operaretur, ut vellent: inter tot et tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet, et ideo perseverare non possent, quia deficientes infirmitate nec vellent, aut non ita vellent infirmitate voluntatis ut possent. Subventum est igitur infirmitati voluntatis humanae, ut divina gratia indeclinabiliter, et insuperabiliter ageretur,, et paucis interjectis,, Fortissimo (homini innocenti) dimisit, atque permisit facere quod vellet: infirmis servavit, ut ipso donante invictissime quod bonum est vellent, et hoc deserere invictissime nollent,,; Itaque ex certa Augustini doctrina adjutorium sine quo non, seu Gratia status innocentiae illa quidem erat indiferens, et a voluntate hominis aliquo modo dependens, relicta scilicet, dimissa, atque permissa ejus libertati: sed

Vide Concina lib. 1. de jure nat. et gent. cap. 10. [illegible] S. Thomas lib. 2. contra gentes cap. 48. [illegible] tate aliqua destitui, vel quia judicio carent, ut lapides, vel quia judicium habent a natura determinatum ad unum. Tum concludit: Quaecunque igitur habent judicium de agendis non determinatum ad unum a natura, necesse est liberi arbitrii esse.

Augustinus hic Deo attribuit, ut creatura indeclinabiliter, et insuperabiliter perseveret, Deo ut invictissime velit bonum, et invictissime nolit bonum; sed invictissime, indeclinabiliter etc. velle perseverare est procul dubio infallibiliter perseverare. Ergo ipsam infallibiliter perseverare a Deo ante praevisum ejus consensum liberum a Deo esse repetendum agnovit Augustinus.

Summam difficultatem agnovit Augustinus in conciliandâ libertate cum gratiâ et ejus efficaciâ. Nam [illegible] praejudicium inferri, si diceretur necessaria, verum etiam si liberaliter [illegible] in [illegible] voluntatis [illegible] ex ea bona.

+ quamvis libertatem non tollat, sed immo eam corroboret, et confirmat, eamque ipsam invictissimam adversus oēs tentaōnes, et insuperabilem reddit.

Gratia efficax statu naturae per Adae peccatū debilitatae inquit, non in voluntate hominis relinquitur, ut voluntatis humanae consensu efficax reddatur, sed ex sua natura invictissime operatur ipsū consensū, et voluntatem nostrā insuperabiliter, atque indeclinabiliter agit.

Objicies primo. S. Thomas 1.2. q. 9. a. 6. ad 3. „ Deus, inquit, movet voluntatē hominis sicut universalis motor ad universale objectū voluntatis, quod ē bonū, et sine hac universali motione homo non potest aliquid velle. Sed homo per rationem determinat se ad volendū hoc vel illud, quod est vere bonū, vel apparens bonū „. Deinde in 2. sent. dist. 25. a. 1. ad 3. inquit „ in libero arb. hoc modo agit (Deus) ut virtutē agendi ministret, et ipso operante liberū arbitriū agat. Sed tamen determinatio actionis et finis in potestate liberi arbitrii constituitur; unde remanet sibi dominiū sui actus, licet non ita sicut, sicut primo agenti „ et rursus d. 28. q. 1. a. 1. „ Non eēt hoc liberi arbitrii, nisi ad eū determinaō sui operis pertineret „. Tandē d. 30. q. 1. a. 1. „ ipsa potentia voluntatis, quantū in se est, indeferens ē ad plura: sed quod determinate exeat in hunc actū, vel in illū, non ē ab alio determinante, sed ab ipsa voluntate „. Itaque non per physicā praemotionē, seu per victricē delectationē voluntas determinatur, sed ipsa voluntas Dei gratia adjuta se ad quod voluerit, determinat.

Hoc in postremo testimonio quaerit Angelicus, ut tit. habet, num voluntas possit perverti per peccatū. aitque voluntatē se libere servituti posse subjicere.. cujus rationē afferens docet voluntatē utpote liberā non ab alio determinante, sed a se ipsa in actū exire, per oppositionē scilicet ad actus naturales et necessarios, qui non a libera determinatione procedunt, sed ab illo, qui agenti talē virtutē dedit. Hinc e vestigio subdit „ sed in naturalibus actus progreditur ab agente, sed tn determinatio ad hunc actū non ē ab agente sed ab eo, qui agenti talē naturā dedit, per quā ad hunc actū determinatū est „. Antithesis ergo in eo ē, quod voluntas in actibus liberis non sit ita determinata, quin se ipsā etiā determinet, quam in actibus solū spontaneis, et necessariis ita sit determinata ut nullo modo se ipsā libere determinet.

Respondetur per hujusmodi phrases Angelicū excludere a voluntate humana omnem motionē, quae illā necessario ad agendū applicet, non autē gratiā se solo efficacē, quae ipsā voluntatē determinet. Sane post allatū primū testimoniū continuo ita pergit S. D. „ Sed tamen interdū specialiter Deus movet aliquos ad aliquid determinate volendū, quod ē bonū sicut in his, quos movet per gratiā „. Caeterū licet in libros sent. subobscurius locutus sit, ut ex allatis locis apparet, in summa sematipsū sole clarius explicavit. Nā 1. p. q. 83. a. 1. „ liberū arbitriū

inquit, è causa sui motus, quia per liberum arbitrium se ipsum movet ad agendum. Non tamen hoc è de necessitate libertatis, quod sit prima causa sui id, quod liberum est; sicut nec ad hoc, quod aliquid sit causa alterius, requiritur, quod sit prima causa ejus. Deus igitur è prima causa movens, et naturales causas, et voluntarias. Et sicut naturalibus causis, movendo eas non aufert, quin actus earum sint naturales; ita movendo causas voluntarias, non aufert, quin actiones earum sint voluntariae, sed potius hoc in eis facit: operatur enim in unoquoque, secundum ejus proprietatem; ita vero loquebatur S. Thomas exponendo illud Prov. Cor regis in manu Dei, et quocumque voluerit, vertet illud, nec non illud Phil. II. Deus operatur in nobis velle et perficere; per quae testimonia liberum arb. non auferri docet, et quare non auferatur exponit. Addenum et illud, quod habet q. 3. de Potent. a. 7 ad 13 „Voluntas inquit dicitur habere dominium sui actus non per exclusionem causae primae; sed quia causa prima non ita agit in voluntate, ut eam de necessitate ad unum determinet, sicut determinat naturam; et ideo determinatio actus relinquitur in potestate rationis,,. Ex quibus effloreseit voluntatem se determinare a se ipsa tanquam causa secunda, et simul et determinari a Deo tanquam causa prima; actus sui voluntatem potestatem et dominium habere, sed multo magis Deum etiam habere.

Obj. 2. Gratia exposita per physicam praemotionem TT. seu per victricem delectationem Aug. ita ad bonum applicat voluntatem, ut ea non possit dissentire, aut actionem suspendere. Sed voluntas, quae Dei Gratiae dissentire non possit, nec actum bonum suspendere libera non est. Ergo.

R.um ita ad bonum applicat, ut voluntas non possit dissentire, aut actum salutarem suspendere in sensu composito, conceditur; sed in sensu diviso, negatur major; et ita minore et. distincta, negatur consequentia. Finge, inquiunt, voluntatem se ipsam propriis viribus

Ex aliis innumeris locis, quae citata assert. c. 1. laudavimus recolo illud q. 22. de verit. a. 8. „omnis actio voluntatis, in quantum est actus non solum è a voluntate, ut immediate agente, sed etiam a Deo, ut primo agente, qui vehementius imprimit: unde sicut voluntas potest immutare actum suum in aliud, ita et multo amplius Deus,, et p.p. q. 111 a. 2. Solus Deus efficaciter potest movere voluntatem, Angelus autem et homo per modum suadentis. Quae autem voluntas efficaciter movetur, procul dubio non potest non moveri, seu posita efficaci motione infallibiliter sequitur effectus. Quare igitur Deus non poterit sola sua gratia inspecta decernere liberum voluntatis nostrae consensum?

1. 2. q. 10 a. 4. ad 3 „Si Deus voluntatem ad aliquid movet, impossibile est poni, quod voluntas ad illud non moveatur; non tamen est impossibile simpliciter. Unde non sequitur quod a Deo ex necessitate moveatur.

1. 2. q. 112. a. 3. „Praeparatio ad gratiam potest considerari, [illegible] vente; et tunc habet necessitatem [illegible] quod ordinatur a Deo, non quidem coactionis, sed infallibilitatis, quia intentio [illegible] deficere non potest,,

determinare ad amorem, certe in sensu composito fieri non potest, quin amet, alias esset efficaciter determinata ad amorem, ut supponitur, et non esset, quia illa determinatio, quae non habet effectum, efficax dici non potest: libera nihilominus dicitur voluntas sic determinata, quia potest non amare in sensu diviso, et absolute. Eodem plane modo cum efficaci gratia, seu motione relative superiore, et victrice in sensu composito non potest esse actus oppositus, seu actus omissio; alias sequeretur eandem gratiam non esse efficacem, et victricem: potest tamen in sensu diviso et absolute, quod ad libertatem sufficit. Hujus rei exemplar est ratio, quam notat Angelicus, quia sicut voluntas potest immutare actum suum in alium, ita et multo amplius Deus.

Instabis. Etiam Calvinus hanc distinctionem sensus compositi et divisi usurpavit, quem tamen certum sit in ejus sistemate nullam omnino indifferentiae libertatem relinqui.

Respondet Pater Lazzaniga, cujus verbis semper fere utor in hac implicatissima controversia, Thomistas a Calvino tantum distare, quantum veritas ab errore. Calvinus putavit, nedum componi simul non posse cum praemotione ad amorem actum odii, quod concedunt Thomistae; sed neque potentiam ad odium; potentiam vero in sensu diviso in eo esse dicebat, ut actus odii tunc tantum esset possibilis, cum praemotio, quae actum amoris operatur, esset sublata. Existimabat enim humanum arb. veluti inanimem objectum modo a Deo, modo a concupiscentia regi: Thomistae contra docent arbitrium vi activa pollere, qua se ipsum flectat in alterutrum oppositorum; ac propterea quemadmodum sine hac seipsum determinante, sub ipsa determinatione perseverat potentia ad oppositum in sensu diviso, ita dicunt perseverare eodem modo sub gratia. Quamvis, inquit S. Thomas q. 23. de verit. a. 5. ad 3. non esse effectus divinae voluntatis non possit simul stare cum divina voluntate, tamen potentia deficiendi effectus simul stat cum divina voluntate: non enim sunt ista incompossibilia: Deus vult istum salvari, et iste potest damnari. Quorum ratio est, quia in sensu composito con-

fertur modus cum modo opposito; contra in sensu diviso confertur modus cum subjecto, cui modus iste non opponitur.

Instabis 2. Haec potentia in sensu diviso vel est potentia ad repellendam a se gratiam efficacem, vel ad ponendum actum odii non obstante gratia efficaci ad ad actum amoris. Non primum; quemadmodum enim non potest advocari gratia, nisi a Deo donetur, ita nec repelli quae adest. Non secundum; quum enim gratia efficax sit infallibiliter connexa cum actu amoris, tam est impossibile non ponere hunc actum, quam a se repellere gratiam efficacem ad illum.

R. Thomistae, potentiam in sensu diviso esse potentiam tum ad repellendam a se gratiam efficacem, non quidem ex parte Dei infundentis, consideratam, sed ex parte effectus in nobis producti, et prout non ut reduplicative efficax est, sed absolute; tum ad ponendum actum oppositum absolute pariter et in se spectatum. Iterum res explicatur per hypothesim, in qua homo se ipsum determinaret sine subordinatione ad primam causam. Tunc voluntas haberet quidem potestatem ad actum odii, sed non ut conjungendum cum actu amoris, vel cum efficaci determinatione ad eundem amoris actum.

Instabis 3º. Potentia illa pro sensu diviso frustranea est, quae numquam usus est, nec potest umquam uti homo. Immo est ficta, non vera potentia. Posita enim gratia efficaci ad amorem, odium est impossibile. Nam illud dicitur impossibile, quo posito sequeretur aliquid absurdum. Atqui posito odio sub gratia efficaci ad amorem sequeretur gratiae frustratio, quae est absurditas maxima.

R. negando ant. Quamvis enim nemo ea potentia utatur ad odium sub gratia trahente efficaciter ad amorem, non inde tamen frustranea est, quia potest absolute ad actum reduci, et reipsa reducitur saepissime, licet non in sensu composito. Neque fictitia dici potest propter eamdem rationem.

Silvius, Balduinus, Sitovius, Levy etc. referunt Rivii allatam propositionem a Sixto IV. damnatam, indeque ab Auctore retractatam. Sed quum haec controversia orta fuerit apud Lovanienses, non ex Silvii, Sitovii, aliorumque privatorum Doctorum assertione, sed ex tabulariis ipsorum Lovaniensium lis est dirimenda. Post diuturnam inquisitionem in illis repertum est nihil praeter duo vetusta Manuscripta. Primum quod subscriptionem Petri Rivii refert, et missum fuit ab ipsa facultate Theolog. ad Ill. ac Rev. D. Didacum Alvarez Archiepisc. Tranensem, continet propositiones a Rivio revocatas jussu Pontificii Vicarii Episcopi Brixiensis. Alterum accepit Joannes de Lugo postea Cardinalis datum a Guilelmo Mercero Decano S. Petri, et S. Theol. Doctore, et Professore primario; in quo referuntur, et fere impugnantur articuli 8. Petri de Rivo: item ejusdem tres propos. aliis affines: subinde data contra eas censura Lovaniensis, et sententia prolata Romae ab Urbis Vicario generali.

Ex utroque manuscr. certissime conficitur inquit P. Espapedi non allatam, sed hanc in Rivo propositionem damnatam fuisse „Quod ex praecedenti ordine successive durationis sequitur per necess. consequentiam necessarium est et inimpedibile„ ex qua sequeretur ob praecedentem revelationem Dei ordine successive durationis peccatum Antichristi futurum esse necessario, et inimpedibiliter, quam illationem, ut amoliretur, dixit „nihil praecedere per lineam successionis necessariam eventum futuri contingentis, quod hujusmodi eventum inferre posset per necessariam consequentiam„. Et haec est assertio, ex qua reliquae 7. dimanabant, quibus impugnabat praescientiam divinam, et veritatem propositionum fidei de futuro contingente. Et hanc impugnat Lovaniensis censura a. 1. 3. 5. 6. et 7. eadem loquuntur in Romana sententia, et Petri retractatio; praeterea nihil, quod commune habeat cum objecta.

Ceterum si hujusmodi ratiocinatio quidquam valeret aeque Adversariis obesset, ut patet consideranti hypotesim, in qua homo suis viribus se ad amorem determinaret. Rursus deducitur in eo qui praedestinatus ad gloriam, potest tamen damnari, quamvis Caelum et terra sint potius transitura, quam ille damnetur...

Objic. 3. maximum argumentorum, quae proferunt Mediistae. Omne principium antecedens infallibiliter connexum cum voluntatis nostrae consensu libertatem ejusdem consensus tollit, si principium illud sit extra nostram potestatem. Atqui tam praemotio physica, quam delectatio victrix est hujusmodi principium. Ergo tollit libertatem consensus.

R. hujusmodi principium libertatem tollere si aliunde oriretur, non vero si proveniat a Deo, qui non solum actus nostri substantiam, verum etiam modum liberum actus potest efficere. Hoc idem argumentum sibi Angelicus proponit 1. p. q. 19. a. 8. n. 3. illis verbis: Omnis causa, quae non potest impediri, ex necessitate suum effectum producit... sed voluntas Dei non potest impediri... ergo voluntas Dei imponit rebus volitis necessitatem. Cui difficultati respondet inquiens „Ex hoc ipso quod nihil voluntati resistit, sequitur quod non solum fiant ea, quae vult Deus fieri, sed quod fiant contingenter, vel necessario, quae sic fieri vult„. Et in corp. art. „Quum voluntas divina sit efficacissima, non solum sequitur, quod fiant ea, quae Deus vult fieri, sed quod eo modo fiant, quo Deus ea fieri vult„. Ait Sarrniga post Levy a Sixto IV. in Petro Rivio hanc damnatam fuisse prop: Quod ex inimpedibili per necessariam consequentiam sequitur, est inimpedibile. Sed hanc sententiam in Petro Rivio damnatam fuisse non omnes concedunt. V. Espad. pag. 156. Carpen.

Objic. 4 Instabis. Libertas est facultas, quae habitis omnibus ad agendum praerequisitis potest agere, vel non agere. Atqui gratia infallibiliter efficax est unum ex praerequisitis ad agendum; ergo sine gratia efficaci non habetur libertas. Atqui justus quando in peccatum

tribuitur gratia efficaci ad Dei praeceptum implendum: ergo justus non est liber ad non peccandum, seu caret gratia sufficienti. Quod tamen.

Objic. 4. In Thomistarum, et AA. sententia non relinquitur locus gratiae sufficienti. Ad implenda enim Dei praecepta requiritur physica praemotio juxta illos, isti vero exigunt delectationem relative superiorem. Sed neque ipsis justis semper urgente praecepto datur physica praemotio, aut victrix delectatio. Ergo etc.

Respondent negando primam enuntiationem. Ad cujus probationem Thomistae ajunt, physicam praemotionem requiri ad actum, non vero ad potentiam, atque idcirco eum, qui physica praemotione caret, non continuo potentia quoque fore destitutum. Pro AA. respondet Cardinalis Norisius, multisque acutis argumentis ostendere conatur, nec justis gratiam proxime sufficientem concedi, imo quoties peccant, potentia proxime expedita, et completa esse destitutos. Remote autem sufficiens adjutorium ad actus ulteriores illud esse docet, quod actu datum supponitur, quodque proxime sufficiens sit ad piam quamdam dispositionem, ex qua minor evadat opposita terrena delectatio. Sed de hac re alibi sermo habebitur.

Objic. 5. In utroque sistemate tollitur fervor, et omnis industria submovetur; imo in desperationem aguntur homines. Vel enim gratiam efficacem habent, et tunc infallibiliter salvi fient, vel non habent, et sine dubio in aeternum peribunt. Deinde prosopolepsias accusandus videretur Deus, quum non omnibus, sed aliquibus duntaxat gratis pro suae voluntatis beneplacito elargiatur eam elargiretur.

R. immo per hujusmodi sententias humilitatem stabiliri, pietatem augeri, fervorem accendi, et Dei benignitatem summopere commendari. Nam „ut sit rectus voluntatis, ut sit industria studii, ut sint opera charitatis ferventia ille tribuit, ille largitur„ inquit Aug. l. 1. ad Simp. q. 2. et de Cor. et Grat. c. 11. „Mirar, ait, homines infirmitati suae se

inter arguendum Rivius eam prohibere dicitur in iis dem manuscriptis, at non damnata. Ita enim ajebat Rivius „Ex quo ad praeteritum non est potentia, illud est inimpedibile; sed ex inimpedibili per necessariam consequentiam non infertur nisi inimpedibile: quare futurus eventus rei est inimpedibilis„.

Quid huic syllogismo Lovanienses? Equidem si ut Sarzanius, et Serry eadem mens illis fuisset illis, negarent minorem; at ne verbum quidem proferunt quo indubium vertant minorem. Sed majorem solum distinctione excipiunt, ajuntque aliud esse purum praeteritum, aliud praeteritum connotans futurum contingens.

At Fasti Academiae Lovaniensis, ajunt, et Alvarez perhibent, revera illam controversiam damnatam fuisse. Verum pluries provocati Lovanienses numquam ostenderunt. Sed neque reperitur inter 25. circa quas fuerat accusatus ab Henrico de Zomeren Magistro, et Theol. Prof. neque in iis, ob quas Romam vocatus a Sixto IV. fuit absolutus: neque in iis, quas Roma redux offensivas et male sonantes professus est. In Actis quae legi potuerunt Lovaniensibus, non reperitur, in manuscriptis a Lugone adductis asseritur.

malle committere, quam firmitati promissionis Dei. Sed incerta ē mihi, inquis, de me ipso voluntas Dei. Quid ergo? Tuane tibi voluntas de te ipso certa est, nec times: qui videtur stare, videat, ne cadat? Cum igitur utraque incerta sit, cur non homo firmiori, quam infirmiori fidem suam, spem, Charitatemque committit? Praeclarum sane testimonium, et maxime dignum, quod in unoquoque alta mente resideat. Valde enim est accommodatum ad humilitatem confovendam, et spem nostram inflammandam.

Nec minoris efficacitatis ē illud, quod ex epist. [illegible] ejusdem s. D. repetendum est contra illos, qui prosopolepsias vellent Deum insimulare. „Quod autem, inquit sapientissimus Pater, quod personarum acceptorem Deum se credere existimant, si credunt quod sine ullis praecedentibus meritis, cujus vult miseretur, et quos dignatur vocat, et quem vult religiosum facit, parum attendunt, quod debita reddatur poena damnato, indebita gratia liberato; ut nec ille se indignum queratur, nec iste se dignum glorietur, atque ibi potius nullam [illegible] fieri acceptionem personarum, ubi omnes una eademque massa damnationis et offensionis involvit, ut [illegible] de non liberato discat, quod etiam sibi supplicium conveniret, nisi gratia subveniret.. Universa [illegible] merito damnata est, contumeliam debitam; sed [illegible] honorem donat indebita gratia, non meriti praerogativa, non fati necessitate, non temeritate fortunae; sed altitudine divitiarum sapientiae, et scientiae Dei, quam non aperit, sed clausam miratur Apostolus clamans: O altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei; quam incomprehensibilia sunt judicia ejus et investigabiles viae ejus. Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? aut quis prior dedit illi et retribuetur ei? Quoniam ex ipso, et per ipsum et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in saecula saeculorum, Amen.„

Quaeres num sint alia Theologorum sistemata circa Gratiam efficacem extra scholam Molinistarum?

R. primo esse Scotistarum sententiam, qui Gratiae efficacitatem per decretum condeterminans exponunt. Decretum autem condeterminans juxta Scotistas est illud, per quod Deus creatam voluntatem non praevie, ut Thomistae, sed simul cum ipsa voluntate creata se determinante, ad actum determinat. Quamvis hoc decretum non dicatur praecedere voluntatis determinationem prioritate in quo, ut loquuntur, quasi Deus prius ad actum determinet, quam ipse se determinet homo; volunt tamen prius esse actione humana prioritate a quo, nempe quia causa creata in operando a Deo pendeat, tamquam a causa prima. Difficile visum est in hac sententia intelligere, quomodo determinatio Dei ita se habeat ad determinationem hominis, ut omnino simultanee concurrant, et neutra altera alteram antecedat, nec determinet; nec magis intellectu facile videtur hoc sistema, ut inde Gratiae efficacis difficultatem explicemus, quam sit ipse difficultatis nodus, ad quem dissolvendum assumitur.

sententia haec certitatae scripturi, et Patrum nec ratione satis firma communita, et ad unum mysterium explicandum alterum conde...

R. 2. Antiquiores Aug. seu scholam Augustiniano-Egidianam, ita nuncupatam a Patre suo Augustino, et Doctore Egidio Romano, docere gratiam efficacem nihil aliud esse, quam actum charitatis a Deo inspiratum, et infallibiliter in Deum voluntatem humanam rapientem, ac roborantem ad vincendas tentationes, et virtutes exercendas. Unus vero idemque actus in hac sententia duplici ratione consideratur, quatenus nempe est qualitas quaedam a solo Deo infundenda, et quatenus est actio, per quam voluntas hominis libere in Deum tendit. Primo modo inspectum aiunt esse ipsam gratiam actualem a Deo inspiratam, et immissam; altero modo consideratum volunt dici ipsum actum salutarem, et meritorium. Ut libertatem sartam et tectam defendant, subjiciunt, actum illum inspiratum quatenus a Deo infunditur esse in solius Dei potestate; quatenus vero est actus nostrae volunta-

Haec hypothesis eadem est cum sententia recentiorum Augustinensium nisi quod isti per gradus explicant, illa simpliciter ponit, minoribus difficultatibus circumsepta est.

sententia nec mihi videtur ullo pacto cum Augustini doctrina posse conciliari. Unde enim probari solet ex Aug. ad opera difficiliora esse gratiam ab intrinseco efficacem? nempe inde quod ea opera dicantur Dei dona, Deum ea operari; idque Aug. probare ex eo quod voluntas praeparetur a Dno, quod filii Dei spiritu Dei aguntur, quod nemo veniat ad Christum, nisi cui datum fuerit a Patre, quod petantur a Deo, quod gratiae de iis agantur Deo, quod de illis dixerit Apostolus Quis te discernit? Quid autem habes quod non accepisti, quod Christus dixerit nemo venit ad me, nisi Pater traxerit eum. Atqui haec omnia et alia id genus adducit Aug. ad probandum fidem esse a Deo. Ergo vel Aug. vel in omnia vel ad nulla gratiam efficacem requirit.

tis esse nobis libens.

§. 5. plures alias esse sententias Theologorum. Alphonsus Maynius ex oppositis Thomistarum, ac Molinistarum placitis novum sibi cudit sistema, statuens cum Thomistis ad opera difficiliora gratiam per se et natura sua efficacem esse necessariam; cum Molinistis vero ad orationem, atque ad fidem gratiam congruam cujus efficacitas in actu 2do a voluntatis consensione dependeat. Non pauci ad moralem praedeterminationem confugiunt, quam tamen non omnes eodem modo exponunt. Aliqui eam reponunt in gratia praeveniente ita congrua, et voluntati humanae attemperata ut voluntas sit ei infallibiliter consensura; licet possit dissentire absolute. Cujus congruentiam, et proportionem ex circumstantiis, loci, temporis, negotiorum, et naturali recipientis indole attendendam existimant. Alii cum Ludovico Thomasino Congregationis oratorii Presbitero celebrique Theologo gratiam cum praedeterminantem constituunt in multitudine, varietate, congruentia, consonantia, et conspiratione auxiliorum Dei tum internorum, tum externorum, quibus Deus intus et foris ita voluntatem obsidet, et pulsat, ut quamvis sua perversitate singulis possit obsistere, omnibus non possit.

Quid magis saxo durum, quid mollius unda?

Dura tamen molli saepe saxa cavantur aqua.

Alii demum statuunt gratia efficaci ita nos premoveri ut tam alliici et trahi, ut moraliter impossibile sit eidem dissentire, sicut impossibile est hominem gravem, sapientem et probum nudo corpore per medias plateas deambulare luce meridiana, aut sibi oculos effodere, aut ex altissima turri se praecipitem dare non aliam ob causam, quam ad suam libertatem ostendendum. Sed quum per hujusmodi sistemata non satis a fractionis periculo de futuro nostro voluntatis nostrae contrario sensu Dei scientiam eximi advertant nonnulli, ut et hominis libertatem, et dnam scientiam servent Molinistarum sistema in subsidium vocat.

Caput IV.

Exponitur Mediistarum Sistema
Ad humanam libertatem cum infallibili
Gratiae efficacitate conciliandam exstructum.

IX. Mediistarum sistema ita appellatum, quod sci- 17.
entiae mediae adjumento Gratiae efficacis, et Praedestinationis misterium exponat. Dicitur etiam Molinianum, quod Ludovicus Molina S.J. Theologus in suo libro de Concordia hanc viam ostenderit. Quoniam vero eximius Suarez Molinae sententiae addidit, in explicanda Gratiae efficacia, attendendas etiam esse congruas circumstantias loci, temporis, et indolis cujuslibet voluntatis, ex quibus non raro evenire affirmat ut gratia congrua sit, et effectum obtineat, quem in aliis circumstantiis non consequeretur; hinc factum est, ut hoc sistema interdum a Suarez ejus restauratore Suarezianum, aut etiam Congruistarum ex ejusmodi congruentia nominetur. Patroni hujus sistematis, quod extincta Jesuitarum Societas pro viribus tuebatur, atque ab aliis pluribus scholis fuit adoptatum, Gratiam efficacem dupliciter considerandam proponunt, in actu primo nimirum, et in actu secundo. Gratia efficax in actu primo juxta sententiam hanc est ipsa gratia actualis et praeveniens apta et idonea ad certo, et infallibiliter exprimendum consensum voluntatis. Gratia vero efficax in actu secundo est gratia actualis concomitans nostram voluntatem et cum ipso libero nostro consensu conjuncta. De Gratia efficaci in actu secundo nulla hic movetur quaestio: si enim homo reipsa hic et nunc gratiae consentit, etiam caeci vident gratiam esse certo, et infallibiliter efficacem.
Sed quaeritur de gratia efficaci in actu primo, seu pro 18
eo temporis puncto, aut si ita lubet, rationis signo, in quo voluntas intelligitur gratiae auxilio praeventa, nondum tamen eidem reipsa consentiens. Si enim Deus, ut ex Augustino novimus, per sua divina adjutoria potest quandocumque voluerit corda nostra quocumque voluerit inclinare et convertere; et reipsa quando vult, et quo vult inclinat, et convertit; Gratia

Aug. ad simplic. q. 2. alius sic, alius autem sic movetur ad fidem; eademque res saepe alio modo dicta movet, alio modo dicta non movet = et ibidem videmus alios aliter iisdem rebus demonstratis vel significatis ad credendum moveri,,

Lib. 5. Confessionum gratiae attribuit, quod Romam pergere sibi persuasum fuerit, ubi magis ad conversionem posset accendi.

sua in eo temporis momento, quod actum primum nominant, debet intelligi tanquam certissimum divinæ providentiæ instrumentum, quo ipsa utitur ad infallibiliter obtinendum liberum humanæ voluntatis consensum. Itaque Molinistæ hanc firmissimam futuri consensus certitudinem non ab ipsa gratiæ entitate, sed a Dei scientia, qua illum aliunde cognoverit, volunt esse repetendam. Quare quum hæc infallibilis connexio gratiam inter et futurum consensum a divina scientia, quæ ipsi gratiæ naturæ extrinseca est, ab his Theologis derivetur; hinc factum est, ut non sine ambigua dicantur gratiam ab extrinseco efficacem defendere. Verum Theologi isti ab intrinseca gratiæ natura ejusdem efficacitatem distrahunt, ut sup. cap. 2. n. 9. dictum est; sed illius connexionis certitudinem duntaxat aliunde, nempe a conditionatorum scientia cum absoluto Dei decreto conjuncta inferendam esse contendunt.

4 X. Atque ad ordinandam divinam scientiam, divinaque decreta, quod hanc quæstionem spectat, quatuor non temporis, sed rationis signa ita distinguunt. In primo signo consideratur scientia, quam vocant Theologi simplicis intelligentiæ, qua Deus cognoscit, se præ manibus in sua potestate habere infinita auxilia ad creaturarum salutem, et actus supernaturales eliciendos, quibus humana voluntas excitata, et adjuta ad actus supernaturales eliciendos idonea fieret. In secundo signo collocant scientiam mediam, quam ita nuncuparunt, quia ejus objectum medium est inter mere possibilia, et inter ea, quæ in aliqua temporis differentia existunt. Per hanc scientiam propugnant, Deum absque ullo decreto absoluto videre omnes creaturarum actus, qui libere fierent, si creaturæ in sub aliqua conditione ponerentur, licet plurimi non impleta conditione, in nulla temporis differentia existant. Quare antequam Mulier Evangelii, quæ erat in Civitate peccatrix, et in domo Simonis lacrimis perfusa a Salvatore peccatorum veniam impetravit, antequam intelligeretur præventa, aut absolute præveniendi ea gratia, qua fuit excitata, cuique consensit, et nos appellabimus auxilium a; Deus cognovit hujus

enuntiationis veritatem. Si Magdalena auxilio a praeveniretur, consentiret, et converteretur. In quo tertio signo ponitur Dei decretum, quo statuit, ~~conferre sua adjutoria v.g. auxi~~ se velle efficaciter salutem, aut conversionem alicujus; item decretum alterum cum primo connexum, quo decernit aliquibus auxilia congrua, quibus scilicet sunt infallibiliter consensuri, v.g. Magdalenae auxilium a, sub quo praevisa est per scientiam mediam certissime consensura divinae vocationi. In quarto denique signo est scientia visionis, qua Deus omnia praesentia, praeterita, et futura intuetur; atque omnes gratia congrua vocatos praevidet consentire, et Magdalenam auxilio a praeventam vere poenitere, et suum salvatorem enixe quaerere, suorumque peccatorum remissionem implorare.

His ita ordinatis, et supposita scientia media ex tractatu de divino intellectu, ubi pro illius existentia non paucas rationes promunt, hoc loco ostendere conantur, auxilia, quae ad certum assensum nostrae voluntatis exprimendum confert Deus per decretum ab ipsis collocatum in tertio signo, habere quidem certissimam et methaphysicam connexionem cum nostro consensu, sed non ex auxiliorum natura, verum a dicta scientia conditionatorum juncta cum decreto Dei absoluto ejusmodi auxilia conferendi eam certitudinem esse deducendam. Ex plurimis, quae ipsi proferunt, argumentis pauca referamus.

Argumenta,
quibus utuntur Mediistae
ad probandum gratiam non habere
infallibilem, et essentialem connexionem
cum suo effectu conversionem ex
intrinseca ipsius gratiae natura; sed hanc
connexionis certitudinem a conditionatorum
scientia, et divino decreto ejusmodi
gratiam conferendi esse repetendam.

Sap. 4. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius."
Matth. 11. Vae tibi Corozaim, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sidone factae essent virtutes, quae factae sunt in te, olim in cilicio et cinere poenitentiam egissent."

Aug. de Corr. et gratia c. 8. Respondeant, si possunt, cur istos (qui non perseveraverunt) Deus quum fideliter et pie viverent, non tunc de vitae hujus periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum — utrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nescivit? nempe nihil horum nisi perversissime et insanissime dicitur."

De Dono Persev. c. 9. Numquid possumus dicere etiam Tyrios et Sidonios talibus quod se virtutibus factis credere noluisse, aut credituros non fuisse, si fierent? quum eis ipse Dominus attestetur, quod acturi essent magnae humilitatis poenitentiam si in eis facta essent magna divinarum illa signa virtutum."

Isaiæ c. 5. v. 7. expectavi, ut faceret judicium, et ecce iniquitas; et justitiam, et ecce clamor.

Argumenta

quibus utuntur Molinistæ ad probandum Gratiam a se ipsa seu natura sua non habere infallibilem cum suo effectu connexionem; sed inde efficacem fore cognosci, quia per scientiam mediam congruam esse prævidit.

Probant primam partem pluribus Scripturæ locis. Isaiæ 65. v. 2: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem; et cap. 5. v. 4. sub figura vineæ judæorum contumaciam increpat his verbis: Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, et non feci? an quod expectavi ut faceret uvas, et fecit labruscas? Matthæi 11, et Lucæ 10. Væ tibi Corozaim, væ tibi Betsaida, quia si in Tyro, et Sydone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cinere et cilicio pœnitentiam egissent. Et Apocal. 3. Deus ait: Ecce sto ad ostium, et pulso: si quis audierit vocem meam, et aperuerit mihi januam, intrabo ad illum. In his testimoniis ejus naturæ Gratia proponitur, cui voluntas humana etiam in sensu composito gratiæ potest illi resistere, et sæpe resistit, et hunc solum efficax dicitur, quando homo libere eidem consentit, cujus assensus quodammodo expectatur. At si infallibilem connexionem cum suo effectu ex seipsa haberet; humana voluntas eidem in sensu composito Gratiæ non posset illi resistere, et ante ipsum consensum diceretur efficax, et inconditè diceretur consensum nostrum expectare. Ergo etc.

Alterum argumentum eliciunt ex Aug. qui lib. 1. ad Simplic. q. 2. n. 10. ubi expendit sententiam istam: Nemo credit non vocatus; sed non omnis credit vocatus, quam ita exponit, Noluit ergo Esau, et non cucurrit; sed etsi voluisset, et cucurrisset, Dei adjutorio pervenisset, qui ei etiam velle et currere præstaret vocando, nisi vocatione contempta reprobus fieret. Aliter enim Deus præstat ut velimus, aliter præstat quod voluerimus. Ut velimus et suum esse voluit et nostrum, suum vocando, nostrum sequendo. Non igitur Christi Gratia ita nos ad volendum rapit, ut etiam illect.

resistere nequeamus; sed ita per suavissimam suam vocationem ad consentiendum trahit, ut possimus ipsi vocationi repugnare ac dissentire. Lib. de Spiritu et litera cap. 34. n. 60. explicata Gratiae natura per vocationem, suasionem, et visorum immissionem,, consentire autem, inquit, vocationi Dei, vel dissentire propriae voluntatis est,,; Ex quo colligunt Molinistae Gratiam in actu primo, seu eo temporis, quo jam est immissa, necdum voluntas nostra ad assensum vel dissensum est determinata, esse auxilium non essentialiter connexum cum nostro consensu, sed ita indifferens, ut quamvis nos ad bonum excitet, alliciat et moveat, tamen voluntas possit contradicere.

Tertium arg. desumitur ex Trid. sess. 6. cap. 5. ubi haec leguntur: Declarat s. Sinodus, ipsius justificationis exordium in adultis a Dei per J. Christum praeveniente Gratia sumendum esse, hoc est ab ejus vocatione, qua, nullis eorum existentibus meritis, vocantur, ut qui per peccata a Deo aversi erant, per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiae libere assentiendo, et cooperando disponantur: ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus S. illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem illam recipiens; quippe qui illam et abjicere potest; neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit,,. Et can. 4. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis Gratiam se disponat ac praeparet; neque posse dissentire, si velit, sed velut inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passive se habere, anathema sit,,.

Hinc ita ratiocinantur. Voluntas hominis a Deo mota et excitata potest dissentire Dei motioni si velit etiam in sensu composito divinae motionis. Atqui si Gratia essentialem habet connexionem cum nostrae voluntatis consensu, non potest in sensu composito divinae motionis dissentire. Ergo etc.

Immo, pergunt Mediastae, non solum juxta Trid. potest voluntas suspendere assensum postquam divina gratia fuit mota et excitata, seu dissentire in sensu composito divinae motionis, sed id praestare etiam potest pro sensu composito, non pro sensu diviso duntaxat, ut volunt eorum Adversarii. Nam ibi Concilium agit contra Lutheranos et Calvinistas, qui numquam negarunt indifferentiam positivam, per quam voluntas active, seu vitaliter agit sub gratia; numquam dixerunt in sensu composito divinae motionis ita voluntatis indifferentiam tolli, ut pro sensu diviso ad oppositum, seu ad peccatum determinari non possit; sed negarunt duntaxat indifferentiam suspensivam, per quam voluntas ipsi gratiae moventi, seu in sensu composito divinae motionis, et pro sensu composito ejusdem motionis posset dissentire.

Tandem provocant ad primum hominis justi peccatum, et illud in Adversariorum sententia neque posse homini culpae verti; neque accidere contendunt. Physica enim praemotio, aut superior delectatio necessaria est ad cavendum peccatum, quam seu praemotionem, seu delectationem habere non est in hominis justificati potestate; sed solius Dei est illam concedere. Ergo non esset in hominis potestate peccatum illud cavere. Cui igitur vitio et culpae verteretur. Rursus Deus hominem justum non deserit, nisi ab eo deseratur, seu physica praemotione, aut altera flagrantissima delectatione neminem privat, nisi ipsius hominis culpa in causa fuerit, cur ejusmodi gratia careat. Sed in homine ~~per baptismum~~ modo justificato nulla culpa, quae Dei beneficio obsistere potest, quia originalis jam est deleta, actualis ~~autem nulla~~ ponuntur [praeterita est ipsa sublata] supponitur, ut sit primum illud peccatum ~~de quo movetur quaestio~~. Ergo praemotione, seu alia victricique delectatione non carebit, et peccatum non fiet.

Secundam sistematis partem, praesertim primam ad minus, facile se demonstrare arbitrantur. E pluribus, quae adducunt, testimoniis Augustini, pauca seligam verba ex libro ad Simplic. q. 2. Cui operi primus fidendum asserunt, quod eandem doctrinam in aliis posterioribus libris confirmaverit, nihil ex eo libris retract. immutavit, imo lectores in libro

de Praed. SS. cap. 4. ad librum primum, quem ad Simpl. edidit, scripsit, Massilienses venirent. Itaque ejus libri q. 2. ait Aug. „ Eorum miseretur, quos ita vocat, quomodo eis vocari aptum est, ut sequantur „ et infra „ cujus miseretur, sic eum vocat quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respuat „; Ex quibus arguunt: ideo ex Aug. Gratiam fore efficacem cognorat, quia in illa conferenda ea auxilia et modum seligit, quem ipse novit humanae voluntati esse congruum, et aptum, ut consentiat. Atqui id Deus cognoscat per scientiam mediam, quae videt hujusmodi veritatem: Si homo hac aut illa gratia vocaretur, vocantem non respueret, sed illam sequeretur; sive ut persistamus in exemplo semel adducto, Si Magdalena peccatrix auxilio a praeveniretur, consentiret, et converteretur. Ergo inde Gratiam fore efficacem Deus cognorat, quia per scientiam mediam congruam esse praevidit. Sane hanc congruentiam, inquiunt, cognoscere Deus non potest per scientiam simplicis intelligentiae, quia per illam cognoscit auxilia, quae non habent metaphysicam connexionem cum effectu, secus tolleretur libertas; neque per scientiam visionis, quae ipsum liberum et absolutum consensum intuetur; quia hac ratione signo ipsum consensum voluntatis consequitur, nec proinde hujus adjumento auxilia congrua potest conferre. Superest igitur scientia media quae solam, ut ita dicatur, praeferat.

Addunt. Quando agitur de exponenda Gratiae efficacitatis cum libertate hominis concordia, illud sistema est adoptandum, in quo tota virtus operis salutaris effective Soli Gratiae tribuitur, humana libertas integerrima, et manifeste salvatur, et rectissime intelligitur, quomodo Deus in manu habeat auxilia ita congrua, ut quocunque voluerit corda nostra inclinet. Haec omnia non nisi in Mediistarum sistemate simul aperte, et manifeste componuntur. Ergo in nullo melius, et apertius, quam in Mediistarum sistemate possunt exponi: Ergo

Lib. 1. ad Simpl. q. 2. agens ex proposito de gratia seu vocatione, quae est effectrix bonae voluntatis ait „ Quamvis multi uno modo vocati sint: tamen quia non omnes uno modo affecti sunt, illi soli sequuntur vocationem qui ei capiendae reperiuntur idonei „; alia itidem mul

in epist. ad Vitalem: Cujus miseretur „ sic ejus agit sensum, ut accommodet consensum

Lib. de Spir. et Litt. c. 34. Visorum suasionibus agit Deus, ut velimus etc. etc.

Lib. de nat. et grat. 25. Magnus est Deus, qui persuadet, quomodo ipse novit „; ita ep. lib. de peccat. mer. c. 17. l. de Grat. c. 10, et 14. de genes. ad litt. c. 14.

Lib. de dono Perseverantiae ait „ quendam habere in ipso ingenio divinum munus intelligentiae, quo moveantur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiant verba vel signa conspiciant. et tamen si altiore Dei judicio a perditionis massa gratiae praedestinatione non sunt discreti; nec ipsa eis adhibentur vel divina dicta vel facta, per quae possent credere, si audirent utique talia, vel viderent „; ibi de Tyriis.

Lib. de dono persev. c. 10. recitat sententiam Catholici Disputatoris non ignobilis notantis Deum Tyriis et Sydoniis noluisse fieri miracula illa, quibus convertendi erant ad fidem, quia praevidebantur recusari; eamque sententiam appellat sent. hominis docti et admodum acuti, et juxta illam etiam probabilem existimans respondet Massiliensibus.

Juxta Aug. eadem gratia alteri congrua, alteri non congrua. Nam eod. q. 2. ad Simplicianum affirmans omnipotentiam de his modum efficaciter vocandi Deum, ait: aliud sic aliud autem sic moveri ad fidem eandemque rem saepe alio modo dictam movere, alio modo dictam non movere; aliumque movere, ali[illegible]

eadē grā̄ uno tempore congrua, alio n. congrua. Vid. in psalm. 142. Ad inflammandā sitim meā̄ pluviā̄ differebas, et hauriens bibere, non reperirē̄, quod influeres. Si ergo ideo differebas, jā̄ da, quoniā̄ aā̄ mea sicut terra sine aqua tibi.

Eadē̄ grā̄ eidē̄ hīi uno loco congrua, in alio loco ~~fuit~~ non congrua. Lib. 5. confess. c. 8. ... [illegible] meā̄, ut mihi persuaderetur Romā̄ pergere, et potius ibi docere, quod docebam Carthagine: et hoc unde persuasū̄ mihi sit non praeteribo confiteri tibi. quoniā̄ et in his altissimi tui recessus, et praesentissima in nos misericordia tua cogitanda et praedicanda.

Quod de hisce adjunctis dictū̄ de aliis circumstantiis ēē persuadet ad paritas rationis, tū̄ verba paulo ante recitata Alius sic, alius aliter movetur etc. etc.

Non sunt hīi haec adjuncta ita accipienda, quasi per se conferant ad gratiae efficacitatē̄, sed occasio sunt, ut iis mutatis ipsa naturalis aīī dispositio saepe mutetur: ac consequenter gratiā̄, quae collata hōī aliter disposito fuisset inefficax, concursu ita comparato sit efficax.

Rursus, quamvis ita interdū̄ segregat Deus, ut in iis nobis, quod in aliis velit grā̄ elargiri; fit nī̄ iis unque, et quibuscunque inadjunctis convertere hōē̄; quoniā̄ in suis thesauris hēt infinita, quae iī̄ in circumstantia assensū̄ extorquerent. Sic ita Pauli conversio, ita vocatio Matthaei. Sed quid de Vocatione Zachaei, et Latronis in Jesu cruci... conversione?

Uti vero Deū̄ in sua Providentia scientia conditionatorū̄, patet ex eo, quod per hanc salvavit Davidē̄ a proditione Ceilitanū̄, adolescentulū̄; ne malitia mutaret intellectū̄ ejus. Adde sententiā̄ ... docti, et admodū̄ aūī ... Aug. ... via Deū̄ oī̄ sapientia fecisse ... de Praed. ss.

Objicere solent Adversarii hujus sistematis plurima Scripturarū̄ loca, Patrū̄ testimonia, et rationū̄ momenta. Sed quoniam multa alia, eaque gravissima nos manent, quid illis respondeant Medi̇̄istae passim apud Auctores ea legere poteris, et praesertim apud Honoratū̄ Tournely, qui q. 16. art. 1. De Deo et Divinis attributis praecipua Adversariorū̄ argumenta describit, et Medi̇̄istarū̄ responsiones addit. Ut aliqua tamen deliberemus

Objic. primo quod omniū̄ maximū̄ videtur illud Apostoli prima ad Cor. 4. v. 7. „ Quis te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis = Atenim vero in hoc sistemate se justus ab impio, non vero Deus illū̄ discernit. Namque actus salutaris, seu ipse voluntatis consensus hominū̄, justū̄ ab impio discernit qui voluntatis consensus in hac sententia creaturae adscribitur. Profecto ad Deū̄ quod attinet, omnibus, si vera dicunt Medi̇̄istae, auxiliū̄ indifferens tribuitur, atque in iis qui assensū̄ praebent, efficax nominatur; inefficax āūt in illis qui reluctantur. Sed Augustinus de Praedest. ss. c. 5. n. 10. aperte docet = non per dona, quae omnibus communia sunt hominibus, discerni homines ab hominibus... sed gratia, quae discernit bonos a malis, non quae communis ē et bonis et malis =.

R. Medi̇̄istarū̄. Etiam in hoc sistemate Deus justū̄ ab impio, non se ipsū̄ justus discernit. Aug. ē lib. 2. contra duas epist. Pelag. c. 7. „ Ille, inquit, discernit qui, unde discernaris, impertit, poenā̄ debitā̄ removendo, indebitā̄ gratiā̄ largiendo„; utrumque autem solus Deus praestat is igitur solus justū̄ ab impio discernit. Ceterū̄ si discretionis virtus in actu salutari, seu libero creaturae consensu reponenda sit, hoc argumento non Catholicorū̄ starū̄ sistema, sed fides Catholica, quae impeteretur. Oīs ē credimus liberū̄ arbitriū̄ in justificationis negotio active se habere, et reipsa cooperari. Quare duplex discretio erit admittenda, altera principalis, quae sine addito discretio nominatur, eaque solius Dei propria, minus principalis

cipalis altera, et secundaria, quae libero voluntatis arbitrio Dei gratia excitato et adjuto conveniat. Non aliter sensit Apostolus, quum dixit: laboravi, non ego autem, sed gratia Dei mecum. Deus scilicet mecum operatur tamquam causa principalis, et ego simul cum Deo tamquam secundaria ejus gratia praeventus et confortatus. Convenit Aug. lib. de Grat. et lib. arb. cap. 6 ita ad Pelagianos disserens,, Si merita nostra ita intelligerent, ut etiam ipsa Dei dona esse cognoscerent, non esset reprobanda ista sententia. Quoniam vero merita humana sic praedicant, ut ea ex semetipso hominem habere dicant, prorsus rectissime respondet Apostolus: Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?

Quae ex eodem s. Doctore opponuntur, rem, inquiunt, non attingunt. Ibi enim redarguit Massilienses, qui per naturae bonum quod gratiam nominabant, fidelem se ab infideli discernere comminiscebantur. Quamobrem e vestigio pergit Aug.,, Sit ergo gratia naturae addita, qua sumus animantia rationalia, discernimurque a pecoribus; sit etiam gratia naturae adtributa, qua in ipsis hominibus a deformibus pulchri, vel ingeniosi discernuntur a tardis, ac si quid ejusmodi est. Sed non se ille, quem coercebat Apostolus, adversus pecus inflabat, nec adversus hominem alterum de aliquo naturali munere quod inesse posset et pessimo: sed aliquod bonum, quod pertinebat ad vitam aeternam bonam, sibi non Deo tribuens inflabatur, quando audire meruit Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?,,

Quod si quando etiam impiis ejusmodi auxilia conceduntur, quae nisi per ipsos staret, efficacia forent; nihil inde contra divinam discretionem potest concludi. Deus enim semper primo et principaliter discernit praeparando hominis voluntatem per illa adjutoria, quae congrua sunt et quibus infallibiliter hominem consensurum praevidit, eaque sincera absoluta, et efficaci voluntate conferendo, ut certissime creatura consentiat; quod nemo ignorat

2. Cor. 10. Ego a vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab iis, qui sunt supra modum Apostoli (q. d. eximii et excellentissimi App.): tametsi nihil sum (ex meipso, sine gratia): signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, et prodigiis, et virtutibus,,

esse prorsus speciale Dei beneficium; ac propterea longe magis Dei misericordiæ debere, qui Dei inspirationes sequuntur, quam debeant perversi homines, qui divinæ vocationi obsistunt.

mutandum. Obj. 3. Concilium Arausicanum II. can. 4. docet, Deum ut a peccato purgemur voluntatem nostram non expectare. At si divina gratiæ auxilia essent indifferentia, non natura sua cum actu salutari conjuncta, Deus voluntatis humanæ consensum expectaret. Ergo etc.

Respondent PP. in eorum sententia, Deum non expectare voluntatis nostræ consensum in sensu Semi-Pelagianorum, qui in eo concilio eadem causa proscripti sunt, quod assererent, nostræ salutis initium, bonam voluntatem, affectum credendi ex nobis metipsis independenter a Christi gratia provenire debere, atque idcirco naturæ viribus manere, ut Gratia nobis conferretur. Sed eatenus solum dici volunt Deum voluntatem nostram expectare, quatenus a libero nostro arbitrio divina gratia moto et corroborato assensum requirit; atque hoc sensu Dominum Isaiæ 5. cap. 2. fuisse conquestum: quid ultra debui facere vineæ meæ, et non feci? an quod expectavi, ut faceret uvas, et fecit labruscas? nec non cap. 30. 18. dictum esse: expectat Dominus, ut misereatur vestri.

Obj. 2 Si Gratia natura sua indifferens esset, ita ut non ex se ipsa connecteretur ad voluntatis humanæ consensum; humana voluntas operaretur velle; sed Deus, inquit Apostolus operatur velle, et perficere. Ergo.

R. Uti Deus operari velle et perficere dicitur Phil. 2. ita locis aliis nos dicimur „et facere et velle cœpistis et facto perficere„ 2. Cor. 8. 10. et 11. operari item bonum et, actibus, ad Rom. 2. 10. ad Hebr. 11. 33. Et Deo igitur et voluntati humanæ in opere salutari aliquid tribuendum est: Deo gratia quæ prævenit, et adjuvat. nobis ex viribus gratiæ facta electio. Quid vero est illud, ad quod gratiam indifferens dicimus!

S. Hier. epist. ad Ctesiphontem „ velle, et currere meum est; sed ipsum sine Dei auxilio non erit meum. Dicit enim Ap. Deus est qui operatur in nobis etc. v. et p.
„ Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. inquit Aug. l. 1. ad Simpl. q. 2. n. 10. Non volentis, neque etc. ut quod volumus adipiscamur, et quo volumus perveniamus. Et ut velimus et suum esse voluit et nostrum, suum vocando, nostrum sequendo. Quod autem solus præstat sumus voluerimus, idest posse bene agere, et semper beate vivere„. Nempe non obtigit Esau volentis benedictionem Patris, et currenti idcirco ad venationem, sed Jacob illa Abrahæ benedictio facta, quia Jacob elegerat Dnus. De electione ad gratiam. X

inquit recentior quidam molinista. Anne indiferens gratia ad movendam et inclinandam voluntatem? At istud naturæ suæ necessitate, ac ut sibi intrinseca efficit. Numquid indiferens dicitur, quia voluntas illi potest resistere? At cur idcirco gratiæ, non autem voluntati potius indiferentia tribuitur? Quasi vero propterea quod homo medicinæ vim ingestis rebus noxiis elidere, lapidem a lapsu prohibere, solis radios a cubiculo arcere possit, non homo ad resistendum medicinæ, lapidi, et solis radiis indiferens dici possit. Nisi igitur abuti vocibus, clarisque rationibus offendere tenebras velimus non gratia, sed homo sub gratia indiferens dici potius debet. Neque illi profecto thomistæ, ita bardi qui gratiam aliquando verbo minus castigato indiferentem dixerunt, ita bardi fuere, ut eam quasi inanimem stipitem nihil agentem, nihil ad bonum voluntatem inclinantem crederent; sed non aliam ob causam indiferentem nuncuparunt, nisi quia irresistibilis non est ejus motio et operatio.

Objic. 4. In hoc sistemate voluntas humana sese determinaret, immo determinaret ipsam gratiam ad opus meritorium producendum. Sed istud repugnat. Deus est enim prima causa, primum movens, primum determinans, a quo creaturæ moventur, et determinantur. Ergo.

Rnt in hoc sistemate quoque rectissime Deum esse primam causam, primum movens, et primum determinans, non autem tale, ut libertatem nostram extinguat. Equidem Deus prima causa est et primum movens; ipse enim prius in animam nostram gratiam immittit; ipse ejus vires jugi influxu conservat, ipse nobiscum actiones nostras operatur. Est etiam recto sensu primum determinans, nec voluntas nostra ejus gratiam determinat; sed econtrario voluntas humana divinæ gratiæ impulsum sequitur. Quum enim Deus per gratiæ adjutorium voluntatem nostram prævenit, atque ad bonum incli-

Angelicus in hunc locum „ Velle et currere est hominis ut libere agentis, non autem hominis ut principaliter moventis sed Dei „.

x Aug. Enchir. 32. Non volentis etc. ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam et præparat adjuvandam, et adjuvat præparatam „.

Q. 2 ad Simpl. quia non præcedit voluntas bona vocationem, sed vocatio bonam voluntatem; propterea vocanti Deo tribuitur, quod bene volumus „.

De grat. Christi c. 26. Non solum posse nostrum donavit, et adjuvat; sed etiam velle et operari operatur in nobis, non quia nos non volumus, aut nos non agimus, sed quia sine ipsius adjutorio nec volumus aliquid boni, nec agimus „.

S. Chrisost. Anima suæ juris vim in se habet operandi nec ulla in re Deo, nisi velit, obtemperat. S. Joan. Damas. l. 2. de fide ortodoxa, negat ea, quæ sunt in nobis, esse a Deo prædeterminata „ S. Anselmus de Concordia præscient. et gratiæ c. 1. „ Sola voluntas determinat sit quid sentiat, nec aliquid facit vis necessitatis, ubi operatur electio sola voluntatis „ et c. 2. „ ipsum quoque velle facit Deus „. Ita alii plures.

Angelic. 1. p. q. q. 23. a. 1. ad 1. quæ vero nostræ ~~nob hus~~ a Deo prædestinantur „ Damascenus nominat prædeterminationem impositionem necessitatis, sicut est in rebus naturalibus, quæ sunt prædeterminata ad unum „

Clemens Papa epist. 13. Nihil est quod audientes fidem ad credendum determinat nisi arbitrium con[illegible]

in sistemate Molinistico etiā latet, nec nisi ... voluntas afferri potest cur alii prae aliis ... que vocentur; cur aliis justis perseverantia donetur, negetur aliis. Primum tradit quoq. Augu. de Corr. cap. 8. Quare istis ei. Tradidit utrumq. Aug. de dono perseverantiae c. 9. „Ex duobus impiis, cur iste ita vocetur, ut vocanti sequantur, ille autem non vocetur, aut non ita vocetur, ut vocanti sequatur, inscrutabilia sunt judicia Dei. Ex duobus autem piis, cur huic donetur perseverantia usque in finem, illi autem non donetur, inscrutabiliora sunt judicia Dei„

In hoc nostro systemate impervium Praedestin. mysterium. P. Bajacherich 13. testimonia ex uno Aug. promit, ut eam oneret. Petavius 13. arg. innumeris ejus testimoniis corroborata urget, et gratuitam evincat secund. Doctore de gratia. ... cum finis prior sit in intent. et ultimus ... executione ex Angelico, media autem juxta Molinistas, quae sunt efficaces cum intentione efficaci ... et perseverantia eod. modo concedantur ... colligere Praedestin. in hoc sy... ... gratuita.

Voluntas salvandi reprobos, quibus gratia pro... sed sufficiens conceditur, a quo misterium ... quoq. ...

Arcanum etiam concordia lib. et Grat. Nam consens... sine conditionatus ratione prior ē voluntate ... statu absoluto constituta. Quonam vero fundamento asserendi illum esse priorem in hoc systemate, nisi et natura? Si natura quoq. cur principium ... infallibiliter ... et inimpedibile a voluntate ... absoluto constituta. Certum negabit Molinista natura esse priorem, et sumet exemplum ex possibilibus, quae naturam non habent diversam ab existentibus, sed modum diversum tantummodo status. Sit status praecedens impediri non potest per subsequentem? Quid respondebit Molinista? opponet ... futura, quae prout ē futura statum habet ratione priorem statu rei actu existentis, qui tamen status ut ... praecedens impediri potest a voluntate suo temp. existente

nat, posteaquam illa quidquam libere operetur, nisi sua perversitate voluntas resistat, Deus immediate et proxime cum ea liberam determinationem producit, qua libera determinatio ē ipsa volitio, seu actus voluntatis ita se determinantis, ut se ipsam posset non determinare.

Objicies 5. Principium Mediistarum, nimirum ipsa scientia media ē ipsissimum Semipelagianorum principium eo consilio inventum, ut inde Praedestinationis misterium humanae menti inaccessibile quaeratur. Vel Profecto nec Mediistae alio fine conditionatorum scientiam obtrudunt, quam ut gratiae efficacis, et Praedestinationis oeconomiam hominis voluntati subdant, atque ab ea pendere credatur.

Resp. Semipelagianos ad suos errores defendendo conditionatorum scientia abusos fuisse, atque ideo culpandos, quia ex sano principio insanissima consectaria exprimebant. Massilienses scilicet docebant pios quosdam affectus, ac decidenia ex solis naturae viribus profectos, aut conditionate profectos esse in causa esse, cur hisce potius gentibus evangelium praedicatur quam aliis, et pluribus infantibus sine baptismate decedentibus alii salutari unda purgati ante rationis usum prerepti ad caelestia regna convolavent. E contrario Mediistae ex illo assensu nostrae voluntatis, quem ceteroquin non ex se ipsa humana voluntas, sed ex gratiae adjutorio, si illi conferretur, eret elicitura, nullum meritum, nullam dispositionem, rationem nullam derivant, cur Deus hisce potius, quam aliis gratias efficaces elargiatur, aut ad celestem gloriam praedestinet. Quod velinde fit manifestum, quia licet affirment, Deum per scientiam mediam cognoscere, se ad omnes et singulos huius convertendos, ac salvandos auxilia congrua, et accomodata habere; non omnibus tamen, sed paucis gratias praevisas efficaces, eorumque indoli attemperatas concedi fatentur. Cujus rei causam non scientiae mediae adscribunt, sed uni, eique imperscrutabili Divinae voluntatis judicio.

Verum hoc argumentum inane prorsus esse cognoscunt vel ipsi celebriores inter Mediistarum Adversarios. Unus audiatur insignis Thomista P. Natalis Alexander, qui ad sec. 5. Hist. Eccles. c. 2. a. 8 ita loquitur „ Cavendum tamen ne recentioribus quibusdam Theologis, qui praedestinationem electorum ad gloriam intuitu meritorum a Deo fieri contendunt, et scientiam quamdam mediam propugnant, Semipelagiani erroris nota inuratur, quod imprudenter, et temere nonnulli quidam Auctores fecerunt, vel Semipelagianorum dogmatum ignari, vel studio partium in transversum acti: Magnum enim est, quantum ad hoc utrumque dogma inter Semipelagianos, et Theologos illos discrimen... Quod spectat ad scientiam illam, quae media nuncupatur, non ideo hoc fuerunt haeretici Semip. quod eam admiserint, ac propugnaverint; sed quod ex praescientia meritorum, vel peccatorum, quae nunquam essent, futura, Deum hominum sortes definire asseverent, et alios praedestinare ad gloriam, alios damnare ad poenam; idque etiam locum habere in parvulis. At recentiores illi Theologi, de quibus agimus, longe sunt ab istius erroris flagitio: quod enim propugnant scientiae mediae genus circa merita vel peccata, sub conditione quae nunquam ponenda sit futura, non ita versatur, ut Deus in praedestinationis, et reprobationis negotio rationem eorum aliquam habeat. Illam quidem sententiam ex S. Augustini doctrina non gravate refelli existimo, ipsam sentio a veritate alienam: sed quae tamen salva religione in utramque partem impune ventilari possit„ Hactenus Natalis Alexander. Quare apposite hic quoque potest illud usurpari:

Diversum sentire duos de rebus eisdem
incolumi licuit semper amicitia.

judicia Dei abyssus multa. Teneamus certa dimittamus incerta. Dogma fidei est libertatem nostram gratia non tolli: quomodo consistat ignoro. Dogma fidei est Deum non deserere, nisi volentem deseratur: quare permittat se ab homine deseri, ignoro. Dogma fidei est satis justificatis non esse impossibilia Dei praecepta, ea libere ab homine violari: et quicunque pereunt, culpa sua perire: quare non ita vocentur ignoro. Dogma fidei est qui salvantur vocatione Dei gratia et cooperatione sua salvari: quomodo praedestinati ignoro. Timorem haec omnia ingerunt, spem afferunt omnes Scripturae, ut in locis de gratia...

Modo nobis exhibent amantissimum Patrem qui propter nimiam charitatem tradidit Filium suum. Modo pientissimam Matrem, quae tenelli Filii sui oblivisci non potest; Modo amantissimum sponsum, qui omnimodis suum testatur amorem. Dei misericordia super omnia opera ejus

Lex ejus, admonitiones, correptiones, ac ante mysterium incarnationis. Clamat crux clavi, lancea, sudor, flagella, spinae mors ipsa, quod nos amavit, quod nostram omnium sincere salutem velit. Haec satis sunt, ut desiderio quisque ardeat et flagret ei serviendi. amandi... cogitatum suum in eum conjiciat, ... intendat, et coronam assequatur.

Ignoramus vero modum, quem habet in nostra operanda salute. Aug. de Grat. c. 24 interna et occulta, mirabili, et ineffabili potestate operatur Deus ... voluntate.

De corrept. c. 5. occultissimam et potentissimam medicinae potestatem gratiam operari

Lib. de Praed. c. 20. mirabili modo et ineffabili operatur velle.

In psalm. 87. Nimis occulta Dei gratia est, quae ... quodam modo ...

Nempe sciendi modus ita connexus cum modo agendi, ut qui primum ignoret alterum ignorare.

1) Si dixeris a nobis ignorari modum, quo gratia sit efficax forte Aug. consentientem habebis apud Tourn. p. 664.

ignorari necesse sit. Certe in omnibus sistematis pro diverso operandi modo, quem Deo attribuunt, diversum etiam sciendi modum ac medium statuunt. Atqui Aug. in Psalm. 49. Nemo audeat dicere quomodo novit Deus. Ne forte hoc a me Fratres expectetis, ut explicem vobis, quomodo cognoscat Deus. Hoc solum dico: non cognoscit ut homo; non cognoscit, ut Angelus: quomodo cognoscit dicere non audeo, quoniam et scire non possum.

Forte respiciebat ad illud Psalmi 138. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam. igitur nemo audeat dicere quomodo velle nostrum operetur Deus etc. etc. etc.

O altitudo divitiarum scientiæ et sapientiæ Dei! Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus! igitur non Quis enim cognovit sensum Dñi, aut quis ejus consiliarius fuit? igitur non plus sapere, quam oportet sapere, ut Pelagiani, et Sead. sed sapere ad sobrietatem.

Recte vero dictat, Omnipotenti et omniscio infinitos praesto esse modos, quibus ad vitam perducere possit electos, eosque impervios nobis vermiculis super terram reptantibus. Quatuor aut quinque, aut non multos plures saeculorum studio inventi. et nos ita audentes erimus, ut alterum ex illis rejpra seligere contendamus?

Caput V.

Ostenditur, præter gratiam efficacem in hoc naturæ statu admittendam esse gratiam pure sufficientem, quæ licet completam bene agendi potestatem suppeditet, vitio tamen voluntatis suo effectu privatur.

XI. Post Lutherum, Calvinum, et Bajum circa gratiam sufficientem gravissime deceptus est Jansenius, quem secutus est Quesnellus, nullam gratiam admittentes cui humana voluntas resistat. „ Hinc claret, ait Jansenius lib. 3 de Gratia Christi c. 10, cur Augustinus omnem omnino gratiam pure sufficientem auferat. Ratio perspicua est, quia quum ei nulla sit gratia quaevis præter istam suavitatem Dei, nisi ista tanta fuerit, ut ei delectationes rerum creatarum assurgint, vel peccabitur, vel alternante delectationum fluctu in medio remanebitur. Sin autem ista superaverit, jam sine dubio bene voluntas operabitur. Quod enim amplius nos delectat, secundum id operemur necesse est. Sed utrumlibet fiat, non erit sufficiens gratia, sed vel efficax, vel ita inefficax, ex qua operatio nequidem possit sequi, nisi ejus inefficacia per aliam suppleatur„. Licet autem Jansenius non omnes gratias victrices appellet, sed eas duntaxat quæ gradibus oppositam concupiscentiam superat, atque idcirco aliam gratiam, quam parvam appellat, non diffiteatur; nec eas tamen inefficacem esse docet, quum semper aliquid faciat, nempe velleitates quasdam excitet. Hæc parva Jansenii Gratia, si absolute, et præcisis subjecti circumstantiis spectetur, satis est operi bono efficiendo, sed comparate ad majorem actualem concupiscentiam, prorsus est insufficiens, neque illam ullo pacto potest debellare. Hæc doctrina non operose refelleretur, nisi variæ scholarum opiniones in adæquata gratiæ sufficientis natura stabilienda rem difficiliorem reddidissent.

XII. Thomistæ, ut innuebam cap. 3. hujus

n. 7. gratiam sufficientem, prout ab efficaci distinguitur eam appellant, per quam homo potest bene operari, licet nunquam sit operaturus, nisi accedat physica prædeterminatio, quæ ad actum potentiam applicat. Horum tamen nonnulli gratiæ sufficienti actus quosdam deliberatos, licet imperfectos adscribunt, quorum respectu gratia sufficiens reipsa est efficax, sufficiens autem duntaxat dicitur in ordine ad actus ulteriores et perfectiores. Verum quum gratia sufficiens in horum sententia actum aliquem tenuem et imperfectum producat, non illum producit, quatenus sufficiens est, sed prout cum gratia adjuvante conjungitur: a sufficiente, seu excitante moraliter, ab adjuvante autem physice et efficienter actum ejusmodi proficisci affirmant.

Qui gratiæ efficaciam in victrici delectatione con- 23
stituunt, ii gratiæ sufficientis nomine intelligunt cælestem quandam delectationem, ac motionem moralem cælitus immissam, quæ tametsi vere ac proprie voluntatem ad bonum flectere possit, nunquam tamen flectit, nisi accedat victrix et efficax delectatio.

XIII. Molinæ, ac Suaresii sectatores gratiam efficacem 24
et sufficientem inter se entitate ac natura non distingui contendunt; sed illam gratiam, cui humana voluntas cooperatur, dici efficacem; sufficientem vero duntaxat remanere, cui lib. arb. resistit. Ideo tamen Theologi isti affirmant gratiam efficacem, quamvis a pure sufficienti entitate non differat, esse speciale Dei beneficium; quia dum illam Deus per scientiam mediam cognovit suum effectum consecuturam, absoluta et efficaci voluntate obtinendi liberum nostrum consensum, eam nobis elargitur. Imo non diffitentur gratiam efficacem semper cum alio adjutorio seu cum gratia adjuvante conjungi: quoniam dum per gratiam prævenientem et excitantem indeliberati quidam motus in mente piæ cogitationis, et in voluntate suavis delectationis insurgunt, quibus homo invitatur, et allicitur ad bonum; si contumaciter illos non respuit, sed illos sequatur, Deus novo influxu

novaque actione, ut loquitur Molina, per gratiam tanquam per instrumentum inactam cum libero arbitrio efficienter concurrit, et influit.

XIV. Alii demum ad rem hanc intricatissimam explicandam duplicem gratiam sufficientem ~~agnoscunt~~ nimirum distinguunt, proxime nimirum, et remote sufficientem. Proxime sufficiens dicitur illa, quae tribuit completam potestatem eliciendi actum v.g. contritionis, ad quem ordinatur; remote vero sufficiens ea dicitur, quae licet non praebeat vires pares et expeditas ad aliquod opus efficiendum v.g. eundem contritionis actum, ad quem ~~tendere~~ eliciendum conceditur, completam tamen potestatem confert ad opus aliud inferius e.c. ad orationem, ut per illam novum et uberius auxilium impetretur, quod satis sit efficiendo alteri operi difficiliori, puta actui contritionis. Hac distinctione praemissa, quam necessariam prorsus existimo, et lubentissime amplector, pergunt iidem Theologi, docentque ad opera magis ardua et difficilia gratiam efficacem, ad alia faciliora, ac praesertim ad orationem gratiam sufficientem dumtaxat esse necessariam, quam justis saltem numquam denegari tenentur, ut per supplicii orationem fortiora impetrent adjutoria, ad graviores tentationes vincendas, et omnia Dei mandata observanda. Illustrissimus Habertus Societatis Sorbonicae Doctor, Ecclesiae Parisiensis primo canonicus, tum Episcopus Vabrensis lib. 2 Theologiae Dogmat. c. 6. testatur sententiam hanc aetate sua in scholis omnibus, ac praesertim Sorbonica communem fuisse. Eruditus Parisiensis Ilustrissimus Carolus du Plessis d'Argentre in amplissima Dissertatione de multiplici genere divinae Gratiae, variaque ejus partitione plusquam mille laudat e schola Theologos, inter quos centum et amplius numerantur, qui ad perfectam cordis conversionem efficacem quidem gratiam requirunt, ad alia vero facilia pietatis opera sufficientem prout ab efficaci distinguitur, satis esse contendunt. His consonant ea, quae Ludovicus Thomassinus Theologiae Dogmat. tract. 4. consensus scholae de Gratia per quinque saeculorum seriem disputat. Vide Tournely. q. 7. a. 14

Inter tot, ac tam varias Scholasticorum opiniones paulo post statuemus, quod verisimilius nobis videbitur. interim sit

Assertio I.

Contra Jansenium admitti debet Gratia Dei interior, cui vitio suo voluntas resistit.

Probatur 1. ex Scripturis. Prov. 1. v. 24. Vocavi et renuistis: extendi manum meam, et non fuit, qui me aspiceret: despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis.; Matthæi 23. 37. Jerusalem... quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum Gallina congregat pullos suos sub alis et noluisti. Act. 7. 51. Dura cervice et incircumcisis cordibus, vos semper Spiritui Sancto restitistis. Ad Thess. 5. 19. Nolite Spiritum extinguere. Graviter igitur Deus conqueritur de hominibus, quod ad fidem, et pœnitentiam converti nolint. Sed hujusmodi querellæ injustæ forent, nisi interiori gratia fuissent donati, per quam unice ad fidem et pœnitentiam converti poterant, eidemque Gratiæ restitissent sua perversitate. Admittenda est ergo gratia interior, cui humana voluntas reipsa reluctatur.

Prob. 2. ex Patribus. Irenæus lib. 4. adversus hæreses c. 76. „Si non credideris ei, et fugeris manus ejus, erit causa imperfectionis in te, qui non obedisti; sed non in illo, qui vocavit; ille enim misit, qui vocarent ad nuptias, qui autem non obedierunt ei, se ipsos privaverunt regia cœna„. S. Basil. in cap. 5. Isaiæ „Quando vineæ istius germina improbanda veniunt, ab ea tollitur pluvia, quandoquidem auxiliaris gratia Dei non ut conveniebat usa est„. Omitto Cyrillum Alex. Chrisostomum aliosque, ut pluribus Aug. sententiis locus supersit. Itaque s. D. lib. 83. Qq. q. 68. n. 5. „Ad illam cœnam, inquit, quam Dnus dicit in Evangelio præparatam; nec omnes, qui vocati sunt, venire voluerunt... qui autem vocatus non venit, sicut

non habuit meritum praemii, ut vocaretur, sic inchoat meritum supplicii, quum vocatus venire neglexerit," lib. 14. de Trin. c. 15. "Qui vero non operatur, et tamen videt, quid operandum sit, ipse est, qui ab illa luce avertitur, a qua tamen tangitur," Serm. 2. in psalm. 113. n. 5. "in sua misericordia vocavit impios, et in veritate judicat eos, qui vocati venire noluerunt;" Similia docet in psalm. praef. in psalm. 124. lib. 1. de pecc. meritis et remissione. Consentit ejus interpres Angelicus Doctor in 4. sent. d. 17. q. 1. a. 1. inquiens "Vocatio est duplex, quaedam exterior, quaedam vero interior; et haec quandoque quidem non pertingit ad finem suum ex vocati defectu: et haec vocatio nihil aliud est, quam aliquis instinctus, vel motus ad bonum a Deo immissus." Porro in hisce omnium Patrum sententiis adductis traditur, gratiam saepe suo effectu privari, non ob gratiae virium defectum, ut ait Jansenius, sed hominum perversitate.

Probatur 3. ex Concilii Arausicani c. 25. ubi ait "Hoc etiam secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratia omnes baptizati Christo auxiliante, et cooperante, quae ad salutem pertinent, possint, ac debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere," Valent. III. can. 12. definit "malos non ideo perire, quia boni esse non potuerint, sed quia boni esse noluerunt," Tandem, ut sermoni ac orationi moram faciam, Trident. sess. 6. cap. 13. "in Dei auxilio firmissimam spem collocare et reponere omnes debent. Deus enim, nisi ipsi gratiae illius defuerint, sicut coepit opus bonum, ita perficiet,"

Merito igitur ab Innocentio XI. damnata est ut haeretica secunda et quarta Jansenii propositio "interiori gratiae in statu naturae lapsae numquam resistitur." Semipelagiani admittebant praevenientis gratiae interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; et in hoc erant haeretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.

Objic. 1. illud Isaiæ 55. Verbum meum... non revertetur ad me vacuum,, tum illud Esteris 13.,, non est qui possit resistere voluntati, si decreverit salvare Israel,, nec non verba Christi Joannis 6. 45. Omnis qui audivit a Patre, et didicit, venit ad me. His addes plura SS. PP. testimonia idem innuentium, ac præsertim Aug. quibus gratia Omnipotens vocatur, cui resistere nemo possit. Nullam hinc argues Gratiam existere, quæ fructum, ad quem datur non ferat.

R. 1° allatis testimoniis maxime quidem Gratiam efficacem commendari, sed inde non ostendi præterea nullam admittendam, quæ suo effectu hominis malitia non careat. Ceterum primum testimonium, quod ad speciem majorem difficultatem præfert contra Jansenii doctrinam paulo ante n. 11. relatam optime retorquetur. Locus Esteris, et plura illi similia expositus a nobis fuit lib. 2. cap. 5. Art. 2. Obj. 1. quæ omnia tunc objectamenta, tunc responsiones huc possunt referri. Huc etiam pertinent fere omnia, quæ cap. 2. hujus libri Assertione 2. contra Jansenium diximus.

Dices. S. Aug. lib. de Præd. SS. c. 8.,, Quid est inquit omnis qui audivit a Patre, et didicit, venit ad me, nisi nullus est qui audiat, et discat a Patre, et non veniat ad me. Si enim omnis qui audivit a Patre, et didicit, venit; profecto omnis qui non venit, non audivit a Patre, nec didicit. Nam si audisset et didicisset, veniret,, Ergo ex Christi verbis arguebat Aug. eum qui gratiam efficacem non accipit, nullam aliam prorsus habere. ...

R. 3. Doctorem ibidem loqui de Prædestinatis quos Deus ita vocat, ut vocantem non respuant sed certissime salvi fiant. Patet id ex ipso libro ex quo testimonium exceptum est, nec non aliis capitibus, præsertim 16, ubi duplicem vocationem distinguens ait,, Non enim vocatione illa vocati sunt, de qua dictum est: multi vocati, sed illa qua vocantur electi;, Perperam vero Jansenius duplicis hujus vocationis alteram externam, internam alteram dicendam putat.

Is. contextus totus est de beneficiis per Messiam afferendis. Verbum ipsum Patris missum in mundum, et Verbum Evangelii evulgandi, et Verbum hoc Dei multam, præclaram, et amplissimam messem promittens non est reversum vacuum, sine fructu. Ita Hier. Cyrill. aliique passim.

Gen. 3. Adæ vero dixit: quia audisti verba uxoris tuæ, et comedisti de ligno etc.

S. Gregor. Hom. 18. in Evangelia,, Sunt nonnulli, qui libenter verba Dei suscipiunt ita ut in fletibus compungantur, sed post lacrimarum tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba Dei non audiunt, qui hæc exercere, in opere contemnunt,, S. Anselm. lib. de Concordia præscientiæ et Prædest. etc. q. 3. c. 6.,, Qui audit, et non obedit, dicitur non audire,,.

Discipulus audiendo solum verba magistri ad artem addiscendam invitantis, eamq. mox respuens autem non discit, neque ad scientiam pervenit.

S. Aug. Enarr. in psalm. 118. serm. 27.,, Qui audiunt licet memoria teneant, quod audiunt, nequaquam didicisse putandi sunt, si non faciunt. Veritatis namque verbum est: Omnis qui audivit a Patre meo, et didicit, venit ad me,,

Lege hic manuscriptum Fratris Antonii.

Eandem hic doctrinam pluribus exponit Aug. „ illi electi, qui congruenter vocati: illi autem, qui non congruebant, neque contemperabantur vocationi, non electi, quia non secuti, quamvis vocati„. Quæ sumpsisse videtur ex c. 4. ad Hebræos, ubi Apostolus „ et nobis nuntiatum est, quemadmodum et illis: sed non profuit illis sermo auditus, non admixtus fidei ex iis, qui audierunt„ velut ex græco legit Aug. enarr. in psalm. 77. n. 10. „ non profuit sermo auditus illis, qui non contemperatis fidei eorum, qui obaudierunt„. et n. 18. hæc repiciens „ Erant illic etiam electi, quorum fidei non contemperabatur generatio prava et amaricans„. Enarratio hæc scripta anno 415.

Nam utramque interiorem esse, at vero aliam efficacem, aliam autem ex vocati malitia inefficacem aperte docet lib. 1. ad Simpl. q. 2. inquiens „ Quamvis multi uno modo vocati sint, tamen quia non omnes uno modo affecti sunt, illi soli sequuntur vocationem, qui ei capiendæ reperiuntur idonei„.

Dices 2. Atqui eodem cap. 8. S. Doctor satis manifeste docet solam vocationem efficacem esse interiorem, exteriorem alteram inefficacem. inquit enim „ qui non credunt foris tantum ajunt audiunt„. Quod jam ante lib. de Gratia Christi c. 13. tradiderat verbis illis „ qui novit, quod fieri debeat, et non facit, nondum a Deo didicit secundum gratiam, sed adhuc legem, non adhuc spiritum, sed adhuc litteram„.

R. negando ant. Primi enim testimonii sensus est: qui non credunt, animum intendere nolunt in ea, quæ audiunt, nec illis assensum præbere non secus ac si foris tantummodo audirent; ac consequenter secundum propositum vocati non sunt, ut reipsa sequantur. Hanc interpretationem innuit e vestigio subdens Aug. „ hoc est illis datur, ut credant, illis non datur„, et infra „ Ergo trahi a Patre ad Christum, et audire ac discere a Patre ut veniat ad Christum, nihil aliud est, quam donum accipere a Patre, quo credat in Christum„.

In altero testimonio docemur, discere adhuc legem, et litteram, non autem secundum gratiam et spiritum tantumdem esse ac discere secundum proprietatem legis, atque doctrinæ, non secundum indolem et ingenium gratiæ et spiritus. Nam littera occidit, spiritus autem vivificat: lex iram operatur, gratia autem Dei vita æterna. Qui igitur novit quid fieri debeat et non facit, litteram occidentem sequitur, non spiritum vivificantem. Lex enim ostendit quid faciendum, quidve fugiendum sit: Gratia vero adjuvat voluntatem, ut id quod lex jubet, opere compleat.

Objic. 2. ad juvenio lib. 5 de Gratia Christi cap. 2. et 3. Gratia pure sufficiens est monstrum quoddam

horrendum Creatae voluntati maxime perniciosum. Primo enim ea adjuvante nemo unquam bonum egit, aut aget aliquando. Secundo hominibus non peccatis vitandis, sed majori damnationi accerrendae inservit. Quare Ecclesia non pro sufficienti, sed pro sola efficaci Deum exorat.

R. negando monstruosissimum anni. Ad ajas utramq. praemissam confirmationem distinctione opus est. Vel enim gratia sufficiens sumitur reduplicative, seu quatenus actualem voluntatis resistentiam involvit; vel specificative, ut dicimus, sive secundum se, et in sua natura spectata. Si priori modo eam consideres, procul dubio ei, qui vitio suo eadem abutitur, sterilis est, perinde atque parva gratia inveniri. At gratia ita sumpta ut advertit Petavius, gratia non est, sed privatio ejus effecti, quod ex se proferre illa poterat, nisi voluntas humana vetuisset. Ita medicamentum, quod effectu caret, medicamentum non est; id enim nuda est privatio, atque sic causa non est efficiens, qualis natura sibi intrinseca est Christi gratia, sed causa deficiens, qualis est voluntas hominis. Quapropter homo gratiae viribus resistendo, et spiritum Domini extinguendo non utique peccata vitat, sed majorem damnationem accersit. Quod si gratiam sufficientem ad suam naturam spectes, multis nominibus commendari debet: removet tenebras ab intellectu; voluntatem ad bonum inclinat, concupiscentiae ardorem infringit, necessarias demum ad salutariter operandum vires elargitur. Hujusmodi autem gratiam quis non utilem, salubremque cognoscat? Quis illam, et non potius voluntatem incuset quod id non efficiat, quod ad efficiendum vires idoneas accepit; quas si vel ipsi Tyrii, et Sidonii accepissent,† in cinere et cilicio egissent poenitentiam.

† eam gratiam, qua donati fuerunt Corozaitae et Bethsaiditae.

Ecclesia, ut patet ex ejus precationibus, saepe a Deo poscit, ut agamus, saepe ut agere valeamus. Gratias sane mere sufficientes, seu reduplicative tales nunquam petit. Irrisoria enim esset oratio, in qua quis peteret, ut vires agendi sibi darentur, et simul ut propria perversitate suffocarentur.

Assertio II.

Gratia Dei interior, cui vitio suo humana voluntas resistit, eam agendi potestatem largitur, ut ad opus salutare efficiendum novum adjutorium necessarium non sit.

Probatur I. omnibus illis argumentis, quibus superior Assertio fulcitur, atque adeo ex ipsis presentis Assertionis terminis. Si Gratiae interiori, cui vitio suo voluntas humana resistit; seu quod idem omnino est, Si gratiae sufficienti necessarium est novum adjutorium ad salutare opus efficiendum; illi numquam vere ac proprie resistitur. Hoc pugnat cum Assertione superiore, et cum hujus suppositione; ergo Gratia Dei interior, cui voluntas vitio suo resistit, seu Gratia sufficiens eam agendi potestatem etc. Probatur major. Si gratiae sufficienti necessarium est novum adjutorium ad opus salutare efficiendum; eadem Gratia sufficiens omnem quem natura sua potest, sortitur effectum. Atqui si omnem effectum quem natura sua potest efficere, revera sortitur, numquam illi resistitur, ut patet. Ergo etc.

Probo iterum majorem. Gratiae sufficientis effectus, quem omnes habere potest,[+] est mentis illustratio, pia motio voluntati, et inde pal tributa potestas salutariter agendi: Verum haec omnia certo et infallibiliter efficit gratia sufficiens, et quoniam haec in nobis sine nobis operatur, quoad haec ne obluctari quidem illi possumus. Praeter haec quid tandem efficere potest ex Adversariorum sententia, quod tamen non efficiat? Numquid opus salutare? Sed ipsi affirmant, repugnare actum salutarem sine novo auxilio in physica praedeterminatione reponendo. Quod autem repugnat sine novo auxilio, illo deficiente non potest haberi. Ergo eorum gratia sufficiens nullo privatur effectu, quem natura sua sortiri possit.

[+] in adversariorum sententia.

Prob. II. ex prima Jansenii propositione in sensu ab eo intento ab Ecclesia damnata. *Aliqua* Dei praecepta hominibus justis, et conantibus secundum praesentes, quas habent vires sunt impossibilia: deest quoque

illis gratia, qua possibilia fiant. Agnoscat ergo Ecclesia saltem justis dari gratiam, per quam vere et proprie secundum presentes earum vires implere possint Dei mandata. Sed certum est justos cum sola gratia sufficienti interdum relinqui. Gratia ergo sufficienti vere et proprie justus implere potest Dei mandata etiam secundum presentes, quas habet vires. Atenim vero si novum auxilium necessario esset superaddendum, et ita necessario ut preceptorum observantia sine illo repugnaret, uti volunt Predeterminantes, vere et proprie cum sola gratia sufficienti non posset justus Dei mandata custodire. Quod enim repugnat deficiente aliqua conditione, sine illa est impossibile; ut omnibus, quae adduci possunt, exemplis fit manifestum.

Probatur 3. ex S. Aug. libro 3. de lib. arb. c. 15. „Ex eo, ait, quod non accepit, nullus reus est, ex eo vero quod non facit, quod debet, juste reus est. Debet autem si accepit et liberam voluntatem, et sufficientissimam facultatem„. Sed quis dicat illum sufficientissimam agendi facultate pollere, cui deest aliquid ad agendum necessarium? Gratiae igitur sufficienti non est necessario novum auxilium necessario superaddendum, ut reipsa operemur; secus divinae legis observantia non semper esset in justorum potestate. Nam, ut item inquit Augustinus lib. de Spir. et litt. „Hoc quisque in sua potestate habere dicitur, quod si vult facit, si non vult non facit„. Consentit S. Thomas quodl. 2. a. 2. 1. parte. q. 15. a. 3. in 2. sent. d. 24. q. 1. a. 1. Audiamus id solum, quod habet de Potent. q. 1. a. 5. o. „Dupliciter inquit, dicitur aliquis non posse aliquid: uno modo absolute, quando scilicet aliquod principiorum, quod sit necessarium actioni, ad actionem illam non se extendit, ut si pes sit contractus, homo non potest ambulare„; jam vero juxta Thomistas in homine sola gratia sufficiente adjuto deest predeterminatio ad actum bonum, ad quem juxta Thomistas predeterminatio est absolute necessaria; ergo ex D. Thoma absolute actus ille haberi nequit.

Cyrill. Alexand. comm. in caput 5. Isaiae „Quid illis boni defuit ut inutiles fierent? Si enim vel unum ad usum necessariarum quidpiam a me, qui plantaveram, forte praetermissum fuerit, causae nihil dicam, nec poenas exigam. Quid enim facere quod eis non fecerim? Cum vero rebus eam utilibus plenam, nulliusque rei indigam fecerim, spinas tamen peperit, licet expectarem, ut eam pulchris fructibus ornatam viderem: quae tandem a judice feretur sententia? Ita Basil. Ambr. Hier.

Prob. 4. ratione Theol. Sufficientem Gratiam existere omnium Fidelium docet consensus; atque per eam Dei mandata homini justo possibilia fieri expresse ab Ecclesia fuit definitum. Sed ex omnium hominum loquendi consuetudine id duntaxat dicitur sufficiens ad effectum aliquod obtinendum, quod eam praebet potestatem, ut ad ipsum actualem effectum nulla praeterea causa necessaria sit. Ergo Gratia sufficiens eam potestatem largitur, ut ad Dei mandata reipsa facienda, atque idcirco ad opus salutare reipsa peragendum novum adjutorium non sit necessarium.

Objic. 1. Auctoritatem S. Augustini, qui de Gratia et libero arb. c. 17. ait „ Per hanc (Gratiam) etiam fit, ut ipsa bona voluntas, quae jam esse coepit, augeatur, et tam magna fiat, ut possit implere mandata divina, quae valde, perfecteque voluerit „; Quibus plane consonant ea Tridentina verba sess. 6. c. 13. „ Deus nisi ipsi illius Gratiae defuerint, sicut coepit opus bonum, ita perficiet operans velle, et perficere „; Gratiam igitur efficacem iis Deus largitur, qui sufficienti non repugnant. Non est ergo cur homines conquerantur de illa Gratia, quae non omnia continet, quae ad opus salutare efficiendum sunt necessaria, quum per illam, nisi per eos steterit, pedetentim ad perfectum bonum perducantur.

R. negando cons. Cum enim Aug. tum synodus Tridentina id duntaxat monent, Deum ad opera difficiliora, atque ad perseverandum auxilia uberiora iis daturum esse, qui Gratiae praevenienti, qua ad facilia excitantur, consenserint. At in Adversariorum sententia semper alterutrum sequatur; vel nemini prorsus dari gratias efficaces, [illegible] quia nemo prorsus eorum gratiae sufficienti, dum sola est, operatur, vel certe consensum salutarem, qui solis gratiae sufficientis viribus peragatur, absque gratia efficaci interdum haberi; quorum tamen neutrum concedendum volunt. Explicent, amabo eos, quid tamen sub illa Gratia sufficienti agere tandem voluntas debeat, ne illi dicatur resistere, vel potius ut eidem cooperari censeatur. Anne, ut quidam volunt, suspendere omnem duntaxat actionem, quae gratiam positive non rejiciat? Verum hoc non sufficit: neque enim gratia tribuitur ad cohibendam voluntatem

ab omni actu positivo, sed ad illam inducendam ad opus salutare: effectu hoc sane caret tunc etiam, quod eam positive non aspernamur: suspensio igitur voluntatis efficere non potest, ne illi resistamus. Quid quod, hinc urgente præcepto, inde concupiscentia trahente, si voluntas ab omni actu positivo abstinet, aut concupiscentiæ, aut præcepto nos obsequi docet ipsa conscientia. Si primum quomodo non gratiæ resistit, etsi de ea ne cogitemus quidem. Si secundum, sola igitur voluntatis suspensio non sufficit, ne resistere dicatur.

Sed plerique malunt, nos gratiæ sufficienti positive ac salutariter cooperari debere, ut inde Gratiam efficacem assequamur. At, inquam ego, istud repugnat. Qui enim istud voluntas efficiet? Gratiane, ut ajunt, sufficientis, an naturæ viribus? præter has enim alias non habet. Posterius damnatum Pelagii errorem continet: prius vero si admittant, fateantur oportet ad opus salutare reipsa efficiendum opus non esse gratia ab ea diversa, quam acceperunt. Quare in Adversariorum hypotesi hæc frequens eorum enuntiatio. Voluntas nisi Gratiæ sufficientis motionibus repugnaret, auxilium efficax reciperet, huic alteri persimilis mihi videtur: Si peccator efficeret opus vitæ æternæ de condigno meritorium, acciperet gratiam justificantem. Uti enim opus vitæ æternæ de condigno meritorium non est sine gratia justificante; ita non repugnantia, seu consensus gratiæ non est nisi præeunte Gratia efficaci.

Dices. S. Aug. eodem libro et cap. cit. ait ,, Qui voluerit et non potuerit, nondum se plene velle cognoscat et oret, ut habeat tantam voluntatem, quanta sufficit ad mandata divina ,,. Et c. 17. Qui ergo vult Dei facere mandatum, et non potest, jam quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc parvam et invalidam: poterit autem, quum magnam habuerit, et robustam ,,. Censebat igitur præter gratiam parvam, sive sufficientem ad opus salutare efficiendum opus præterea esse gratia efficaci, magna et robusta.

R. neg. conq. Ex utroque primo Aug. loco id unum eruitur, non raro evenire, ut homo habeat Gratiam remota

Vel acquiri potest prædeterminationis gratia per actum positivum, vel negativum. Si per positivum; ergo ad illum vel non requiritur præmotio, contra atque ipsi docent: vel proceditur in infinitum.

Si per negativum; per liberam ne suspensionem, an prorsus indeliberatam, et necessariam. Si primum ea est actus positivus dignus laude aut vitio: Si per suspensionem indeliberatam, quomodo dici potest dari gratiam propter negativum usum libertatis? quomodo inde colligi non posset non peccantem se ipsum discernere a peccato?

Iterum si per actum positivum, unde hic actus? ab efficaci, nequaquam. A solo libero arbitrio. ergone per actus naturales dicemus consequi gratiam. Ergo a sufficien

Si per negationem. Ergo hanc negationem, basim, et fundamentum elargitionis efficacis gr. ubinam videt? in decreto absoluto? Ergo redit eadem difficultas, cur absoluto decreto voluerit hujus non resistentiam, seu negationem, alterius non item. Si extra decretum; ergo sine decreto aliquam dispositionem licet negativam viderit in consistemate? Sed ubinam in æternitate? Sed hic ad summum absolute futura, quæ, ipsi qui jam supponitur decretum prædestinationis præcessisse.

dumtaxat sufficientē ad opus aliquod difficile peragendū aut gravem aliquā tentationē superandā. Sed hac parva Augustini gratia, et remote dumtaxat sufficiens ad opera difficiliora, semper proxime ē ad faciliora, v. g. ad orationē, qua si utatur homo, ut acre et frequenter uti pt sine novo adjutorio; tunc uberiorē, et operi difficili peragendo proxime sufficientē accipiet. Id expresse docet s. Pater verbis illis ,, oret, ut habeat tantā voluntatē, quanta sufficit ad mandata divina ,, secundū s. Doctoris testimoniū tam parvā ad vō nostrā facit, ut ne attingat quidē. Utramque enim bonā voluntatē tam parvā, quā magnā, quamque in eodē text contextu Charitatis nomine designat, efficacem suo modo fuisse ostendit: namque statim ita subjungit ,, Quando Martyres magna illa mandata fecerunt, magna utique voluntate hoc est magna charitate fecerunt ,, et paucis interjectis de altera inquit ,, parva et imperfecta non deerat (Petro), quando dicebat Dño: animā meā pro te ponam ,,

Objicies II. S. Thomas 3.ª p. q. 62. a. 1. ad 2. et 3. docet gratiā Dei sufficientē esse ad salutem hominis, etsi necessaria sint sacramenta ad gratiā consequendā, et versa quamvis sacramenta sint necessaria, tamen passionē Christi esse humanæ salutis causā sufficientē. Ergo eodem modo gratia sufficiens, revera sufficiens ad opus salutare dici potest, etsi præterea gratia efficax sit necessaria. Ita arguit Sozzaniga.

R. juxta s. Doctorem gratiā Dei sufficientem ēē ad hominis salutē, si applicatur, quæ ceteroquin conditio subintelligitur, et semper implicita est. Ut autem nobis applicetur, media sunt adhibenda ab ipso Christo præscripta, nempe Sacramenta. Numquid gratia sufficiens adversariorū sufficit, ut possit homo bene operari, etsi homini non conferatur? Tamen ea conditione non ex præsa sufficiens passim ab illis appellatur. Sene sunt ista. Quod de gratia per sacramenta nobis conferenda dicimus, idem esto judiciū de Christi passione, per eadem sacramenta nobis, cujus fructus per eadē sacramenta ē nobis applicandus. In ratione gratiæ

a Christo pro nobis Patri æterno persolvendi ea quidem sufficientissima fuit, non autem ratione salutis, quæ a nobis sine applicatione posset obtineri. Quis enim affirmet Christi passionem se sola ita ad salutem sufficere, ut sine aliquo adjuncto revera eam consequi possimus; quemadmodum de sua gratia sufficiente fectise pronuntiant Adversarii, contendentes per eam actus salutaris potestatem reipsa concedi? An puerum in Matris utero extinctum increpare potest Deus, quod lustralibus undis ablui noluerit? quod Deo in baptismatis sacramento salutem offerenti restiterit, ut increpandum volunt hominem gratiam sufficientem (non), quam ipsi statuerunt, salutariter non operantem?

Objic. 3.º cum Patre Sozzaniga alium ejusdem Angelici locum, ~~nempe~~ ex lect. 2. in cap. 3. epist. ad Ephes. ubi de gratia Apostolo Paulo ad ministerium executionem collata ita loquitur „ Hujusmodi auxilium duplex fuit, unum quidem ipsa facultas exequendi, aliud ipsa operatio, sive actualitas. Facultatem autem dat Deus infundendo virtutem et gratiam, per quas efficitur homo potens et aptus ad operandum: sed ipsam operationem confert in quantum operatur in nobis interius movendo et instigando ad bonum „

R.º illam facultatem exequendi Apostolo collatam fuisse donum habituale, a gratia actuali et sufficiente, de qua movetur hic quæstio, prorsus distinctum, jam satis aperte innuunt Angelici verba. Habitus autem, licet aliquo modo naturam humanam disponant, et præparent ad salutariter operandum, quatenus scilicet auxilio insuper actuali adjuta suaviter et prompte operetur, ut alibi diximus ex eodem s. Doctore; ~~hab~~ illos tamen non sufficere tradit idem Angelicus tum alibi, tum præcipue 1.2. q.109. a.9. his verbis „ Qui jam consecutus est gratiam (habitualem) non potest per se ipsum operari bonum, et vitare peccatum absque auxilio gratiæ (actualis) „. Gratiæ autem actuali sufficienti necessarium esse novum aliquod auxilium efficax, ut inde operatio efflorescat, nullibi docet Angelicus. Confert quidem

Deus juxta S. Doctorem ipsam operationem, sed movendo et instigando. Sed Motum vero istum, et instinctum a Deo immissum esse interiorem vocationem, seu gratiam actualem, cui libertas humana quandoque resistit, et quandoque revera consentit, palam affirmat S. Doctor in 4. Sent. D. 17. q. 1. ar. 1. solutione 2. „ Vocatio est duplex, inquit; quaedam exterior, ut quae fit per praedicatorem ... quaedam vero interior: et haec quandoque non pertingit ad finem suum ex vocati defectu; et haec vocatio nihil aliud est, quam aliquis instinctus, vel motus ad bonum a Deo immissus .. quandoque autem ad finem, quando scilicet aliquis audit vocantem, et venit ad Christum „. De hac eadem vocatione lect. 6. in Cap. 8. Epist. ad Romanos ait: haec vocatio est efficax in praedestinatis, quia ejusmodi vocationi assentiuntur „ et 1. 2. q. 10. a. 1. ad 1. „ in natura humana est, inquit, ut mens hominis non repugnet interiori instinctui „. Ex quibus omnibus patet, habitibus quidem necessario adjungendum esse actuale adjutorium, ut homo reipsa operetur, non autem Gratiae actuali, quae non alia de causa suo caret effectu, nisi quia sua culpa voluntas illi reluctatur. Atque hinc homo Gratiae sufficienti vitio suo resistere dicitur, non autem culpa sua resistere habitibus, si omni actuali gratia fuit destitutus.

Objicies 4. Ideo potissimum neganda esset necessitas superaddendi novum auxilium gratiae sufficienti ad bene operandum, quia tali necessitate admissa, gratia sufficiens non tribueret potentiam completam agendi. Sed etiam tali necessitate admissa gratia sufficiens completam tribuit agendi potestatem. Novum enim illud auxilium, seu physica praedeterminatio non ad potentiam sed ad actum ipsum est necessarium; imo juxta nonnullos recentiores requiritur solum per accidens, et ratione subjecti, ut ejus resistentiam vincat, quemadmodum Corozaithis, et Betsaidithis fuerit duntaxat sufficiens illa gratia, quae in Tyriis et Sidoniis ob minorem eorum malitiam fuisset efficax, et praedeterminans.

R. concessa majore, nego minorem. Ad primam

confirmationẽ vegeru, Adversarios verbis quidẽ affirmare suã prędetérminaõnẽ ad actũ, non vero ad potentiã pertinere, sed revera in eorũ sententia ad potentiã ipsã completã necessario requiri. Numquã enim potentiã expeditã ad actũ eliciendũ habebo, nisi in mea sint potestate oïa necessaria ad actũ ipsũ. Ergo si physica prædeterminatio ẽ necessaria ad actũ, neque illa in mea ẽ potestate, careõ etiã completa potentia ad actũ revera efficiendũ. „ Dicendũ, inquit Angelicus in 2. sent. d. 24. q. 1. a. 1. ad 2. dicendum, quod facultas secundũ communẽ usũ loquendi significat potestatẽ, qua aliquid habetur ad nutũ, et ideo liberũ arbitriũ facultas dicitur ... quia actũ suũ in libera potestate habet „;

Ad alterã confirmationẽ respondeo, in statu naturæ lapsæ neminẽ salutariter operari posse, nisi resistenti concupiscentiæ obnitatur, et eam vincat. Itaque si gratia illa superaddenda absolute et per se ad vincendã concupiscentiã requiritur, cur ad ipsũ actũ salutarẽ per se non erit necessaria? quomodo per accidens solũ exigitur, ad ei potissimũ, quinimo ipsi soli actus salutaris tribuendus sit?

Dices cum Sazzaniga, Massoulieo, Graveșandio, et Serrỹ, ipsũ actũ salutarẽ in nostra esse potestate, quia in nostro ẽ arbitrio gratiæ efficaci obicẽ non ponere. Deus enim omnibus obicẽ non ponentibus auxilia efficacia largitur, si præceptũ urgeat.

R. cum s. Thoma lect. 2. in caput 12. ad Hebr. quẽ alibi nempe Diss. 2. c. 4. n. 110 fidelissime secutus fuerat Sazzaniga, quamvis modo ad suis isthæc obijciat. „ Hoc ipsũ, inquit Angel., quod aliquis non ponit obstaculũ, ex gratia procedit „; Ex sufficientine, an ex efficaci? Si ex efficaci, qui igitur fieri potest, ut non ponere obstaculũ sit via obtinendi gratiã efficacẽ, quã hæc causa fuerit, cur ipsũ obstaculũ non poneretur? Si ex sufficienti, suspendendone positivũ dissensũ, an positive gratiæ sufficienti consentiendo? Utrumlibet concedat

juxta Alvarez pvam. ẽ complementũ virtutis activæ agentis adi: ẽ causa efficiens actus, est applicatio potentiæ ad actũ, causa vò et applicatio provrus necessaria. Igni ũt urere nisi app.

Nulli considevetur quia nemo abstinere posset ab obstaculis sine præmotione, saltẽ ab õ obstaculo in ipsis actibus naalibus requiritur præmotio. Atque iccirco de primo actu naali difficultas redintegratur. Sequeretur neminẽ justitiã amittere propter transgressionẽ præcepti supernaalis; aut in gravi tentatione; quod fidẽ superat, et sensui oĩu repugnare videtur. Tunc sc̃at hoõ instructus ẽ graã sufficienti, unde sint ipsi possibilia Dei mandata. Ergo ut ⊙. Et illud tandẽ sequi videtur inutiles esse exhortationes concionatorũ, ut inspiraões sequamur.

Nota Sazzaniga requirere gratiam ad superandas etiam leves tentationes et cum AA. id vocare gratiam infallibiter efficacem, se quotiescunque est gradibus superior, sufficientem solum, quando impedimenta sunt gradibus majora.

ex responsione ad primam objectionem revincitur. Hic tamen et illud addam, si hujusmodi effugia Thomistis permittantur, se qui neminem acceptam justitiam amittere ob actualem supernaturalis precepti transgressionem, sed potius ob impedimentum, quod ante injecerit. Urgente enim ejusmodi precepto vel nullum impedimentum interpositum fuit, et tunc cerlissime gratiam efficacem consequetur homo, et preceptum custodiet: vel impedimentum fuit interpositum, quod aut leviter peccando injecerat, vel graviter deliquendo. Si leviter peccando Si graviter peccavit obicem ponendo, ergo jam tum etiam justitiam amisit. Sin autem leviter duntaxat deliquit obicem ponendo; atque ita sibi viam preclusit ad auxilium prorsus necessarium ad Dei mandata facienda; ergo justitie jactura potius impedimento tribui debet, quam actuali precepti transgressioni, quum hec ita ab illo dependeat, ut obice interposito non sit in hominis potestate auxilium efficax, et consequenter nec precepti realis observantia. Ceterum ex damnata Jansenii propositione affirmamus justo, quamdiu justus est, quantalibet impedimenta posuerit, vere proprie secundum presentes quas habet, vires Dei precepta observatu esse possibilia.

Objicies 1. cum P. Berthieu, cui adsequet idem Sazzaniga. Si gratia sufficiens contineret totum id, quod ad bene operandum requiritur, omnes ii qui gratia sufficienti sunt instructi (habent enim ut ii contendunt singuli), Deum ut auxilium gratie sue suppeteret, haud exorare tenerentur: ii namque ex parte Dei habent totum, quod ad credendum, bene operandum in accepta justitia perseverandum requiritur; Atqui falsum consequens; ergo et antecedens.

R. negando sequelam majoris. Dum enim contendimus gratie sufficienti non esse necessario adjungendum novum auxilium ad reipsa operandum, de eo gratie loquimur, ad quod illa proxime ordinatur. Porro licet concedatur, aut etiam asseveretur omnibus gratiam aliquam sufficientem v.g. ad orandum tribui; non tamen asseritur

hujusmodi gratiā ad omne opus etiā arduū perficiendū sufficere, nec semper potentiā saltē proximam conferre ad oīa precepta custodienda, omnesq. tentationes superandas. Quare Deus sine intermissione orandus est, ut gratiæ gratiā adjungat: *Petite et dabitur vobis*, utique dabitur, quod nondū habebit.„ Deus impossibilia non jubet, ait Trid., sed jubendo monet et facere, quod possis, et petere quod non possis, et adjuvat, ut possis„;

Hæc ē, cur Adv. passim illud Angelici usurpent: *minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ*. Nam hæc sententia vel ideo duntaxat vera est, quia per minimā gratiā orando, petendo, pulsando uberius auxiliū cuilibet tentationi vincendæ sufficientissimū potest impetrari; vel intelligenda ē de potentia quadā physica, ad actū sine maxima difficultate numquam redigenda. Quod autē pauci ad ejusmodi difficultates superandas inducantur, patet itidē quantū intersit, imo cum esse nostræ salutis cardinē, ut per fidē ad misericordiā Dei enixis precibus, lacrimis, ac suspiriis confugiamus, ut det quod jubet, atque inspirata gratiæ suavitate per Spir. S. faciat plus delectare, quod precipit, quā delectat, quod impedit, inquit Aug. de Spir. et litt. c. 29. „ *Ab illo* nempe *petendū ē, ut tantū velimus*, quantū sufficit, ut volendo faciamus„, ita de Gratia et lib. arb. c. 16. Atque „ *hinc admonemur* et *in facilibus, quid agamus, et in difficilibus, quid petamus*„; De natura et Grat. 69. „ *Oret*, denique de perfect. justitiæ c. 10. *oret gemitu voluntatis*, ut *impetret donū facilitatis*„.

Caput XVI.

Disseritur de Gratiae distributione; ac non solum justis, sed etiam peccatoribus, et infidelibus adjutorium aliquod sufficiens identidem conferri propugnatur.

XV. Quid circa Gratiae distributionem senserit Jansenius, luculenter aperuit l. 3. de Gratia Salvatoris cap. 13. ubi ita loquutus est: "Haec omnia, inquit, plenissime, planissimeque demonstrant nihil esse in S. Augustino certius ac fundatius, quam esse praecepta quaedam quae hominibus non tantum infidelibus, excaecatis, obduratis, sed fidelibus quoque, et justis volentibus, conantibus, secundum praesentes, quas habent, vires sunt impossibilia: deesse quoque gratiam, qua fiant possibilia: hoc enim S. Petri exemplo, aliisque multis quotidie manifestum esse, qui tentantur ultra quam possint sustinere". Quod ad justos conantes et volentes legem Dei adimplere gratias sufficientes illis praesto esse, post damnationem primae Jansenii propositionis ex recitatis ejusdem verbis fideliter excerptae nemo Catholicorum in dubium vocat. At quaestio gravissima est inter Scholasticos primo de peccatoribus excaecatis, et consumatae malitiae, qui scelere et iniquitate pascuntur; secundo de infidelibus negativis, quo nomine non judaeos aut haereticos, sed intelligimus illos dumtaxat e Gentilibus, et Ethnicis, quibus evangelium enuntiatum numquam fuit, nec de generis humani reparatione quidquam sermo audierint. Molinistae quibus in hoc argumento plures etiam Praedeterminantes adhaerent, generatim defendunt, nullum esse infidelem ita derelictum, nullumque peccatorem ita induratum, cui aliquod divinae gratiae adjutorium non conferatur, ut illi ad fidem, isti ad poenitentiam possint tandem pervenire. Augustiniani, caeterique Thomistae huic doctrinae graviter repugnant. Postquam istorum causam egerimus, peccatorum, et infidelium patrocinium suscipiemus.

Assertio I.

justis volentibus, et conantibus legẽ Dei adimplere numquam gratia sufficiens denegatur.

Probatur 1mo ex sacris paginis. Ecclesiastici 2. v. 13. Quis permansit in mandatis ejus, et derelictus est? Deus igitur sua gratia justum non deserit adjuvare, nisi prius a justo Deus ipse deseratur. Celebre è illud Apostoli 1 Cor 10. v. 12. Fidelis autem Deus è, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiã cũ tentatione proventũ, ut possitis sustinere: sive ut legit S. Martir Cyprianus, sed faciet cũ tentatione etiã evadendi facultatẽ. Deus itaque non patitur justos tentari supra id, quod possunt sustinere; et At nisi gratiam vere sufficientẽ illis conferret, ut Divina mandata possent custodire; pateretur illos tentari supra eorũ vires, quũ sine gratia omnes tentationes evadere, Deique precepta custodire nequeamus. Ergo justis ad legẽ Dei adimplendã gratia sufficiens non denegatur.

Probatur 2do ex Aug: cujus autoritate potissimũ abutuntur janseniani. In psalm. 29. n. 27. hac habet „ Tejã justũ ex fide viventẽ negligit, deserit, dimittit? imo vero et hic juvat, hic adjuvat, et hic necessaria subministrat, et noxia resecat. Quis unquã fui habet, securus esto .. ab auxilii hui manu noli cadere ... nunquã tibi deerit, tu illi noli deesse, tu tibi noli deesse „ Libr. de natura et gratia c. 26 „ Discrimen notans inter hominẽ sanantẽ infirmũ, et Deũ justificantẽ peccatorẽ „ Medicus homo, inquit, cum sanaverit hominẽ, jã de cetero sustentandũ .. ut convalescat, atque persistat et eadem sanitas convalescat, atque persistat, Deo dimittit.. Ipse autem Deus cum spiritualiter sanat ęgrotũ, vel vivificat mortuum, idest justificat impium, et cum ad perfectã sanitatẽ, hoc è ad perfectam vitam, justitiamque perduxerit, non deserit, si non

Psalm. 36. Non vidi justũ derelictũ. et non derelinquet eum in manibus ejus „ Eccle 34 Oculi Domini super timentes eum: protector potentiæ et firmamentũ virtutis „

Premittit. Qui se existimat stare, videat ne cadat. jansenius, et Calvinus ad solos prædestinatos restringunt. Sed Apostolus oẽs saltẽ justos salvari voluit. et Conc. Trid. Clericos omnes voto castitatis obstrictos ex hoc testimonio probat servare posse castitatẽ. Denique et græca et vulgata lectio habet cũ tentatione non ut, ut insinuant adversarii.

Adductum Trid. testimonium jansenio nocere significat ipse jans. l. 3. de Grat. Christi c. 13. ita scribens et verba et sensa Synodi invertens: „Tridentinum loquebatur de justificatis, ut id ostenderat quod promiserat, Dei praecepta hominibus justificato ad observandum non esse impossibilia, eo quod jubendo Deus moneat petere quod non possis, et si exaudiat adjuvet ut possis. [sub anathemate damnata]

Canone 18. Si quis dixerit Dei praecepta homini etiam justificato et sub gratia constituto esse ad observandum impossibilia, anathema sit„

Nervo dicant jansenianí solos Lutheranos hic perstringi, qui volebant ita esse impossibilia, ut revera justi in omni opere, peccent: utrumque errorem Concilium prohibuit. Priorem quidem can. cit. 18. posteriorem vero can. 25. Si quis in quolibet opere bono justum saltem venialiter peccare dixerit anathema sit.

Cap. 13 in Dei auxilio firmissimam spem collocare et reponere omnes debent. Deus enim (nisi ipsi illius gratiae defuerint) sicut coepit opus bonum, ita perficiet operans velle et perficere„ deseratur, ut pie semper, justeque vivatur„.

Probatur ex Conciliis Arausicano 2° et Tridentino. Illud can. 25. definit„ Hoc etiam secundum fidem Catholicam credimus, quod accepta per baptismum gratia, omnes baptizati Christo auxiliante et cooperante, quae ad salutem pertinent possint et debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere„. Tridentinum autem sess. 6. c. 11. „Nemo, inquit, temeraria illa et a Patribus[+] prohibita voce uti (debet) Dei praecepta homini justificato ad observandum esse impossibilia. Nam Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, et facere quod possis, et petere quod non possis, et adjuvat ut possis„. Quibus verbis quamvis ille Lutheri error perstringatur, quo justos etiam gratia instructos absque peccato saltem veniali Dei mandata observare non posse docebat; ne se tamen immunem a doctrina hic proscripta jansenius putet. Si enim Concilium generali illa, et adversus veteres haereticos a Patribus olim consecrata sententia: Dei praecepta homini justificato impossibilia non sunt novum et ante inauditum Lutheri errorem proscriptum esse credebat; cur non recentiorem jansenii opinionem a Tridentinis, et a vetustis illis Patribus damnatam dicamus?

Jure igitur ab Innocentio X. et Alexandro VII. prima inter famosas quinque jansenii propositiones ut temeraria, impia, blasphema, anathemate damnata, et haeretica declarata est, quo dicebat: Aliqua Dei praecepta hominibus justis volentibus et conantibus secundum praesentes, quas habent, vires, sunt impossibilia, deest quoque illis gratia, qua possibilia fiant. Praeiverat jansenio in hac, sicut in aliis sententiis praeiverat Bajus qui propositione 54. inter damnatas a Pio V. et Greg. XIII docuerat„ Definitiva haec sententia: Deum homini nihil impossibile praecepisse falso tribuitur Augustino, quum Pelagii sit„.

Objicies 1° celebre, et potissimum argumentum ex lapsu B. Petri. Ille, quum Christum negavit, certe justus erat. Sed tunc omni gratia fuit destitutus.

id enim innuisse videtur Christus joan: 13. v. 36. dicens: non potes me sequi modo: expresse vero S. Chrisostomus affirmat tum hom. 51. ad Hebræos, tum 72. in joannem, tum denique 85. in Matth. ubi hæc habet,, etsi bene animatus erat, divino tamen subtracto auxilio stare non potuit,, Consentit Aug. lib. de gratia et lib. arb. c. 17. lib. de Corr. et Gratia c. 9. sed planissime Tract. 92. in joannem de Charitate, seu gratia agens his verbis,, quæ (Gratia) Petro defuit, quando mulieris ancillæ interrogatione perterritus non potuit verum testimonium perhibere,, Ergo interdum etiam justis gratia sufficiens denegatur.

R. citatis testimoniis non nisi gratiam proximè sufficientem excludi. Nam iidem Patres, qui nobis objiciuntur, auxiliis remote sufficientibus, quibus opem impetrare poterat Petrus ad tentationem illam seu removendam, seu vincendam, destitutum non fuisse, tradiderunt. Chrisostomus sanè ibidem ait: Cum dicendum esset: opem nobis feras, ne scandalizemur, nimium sibi arrogans: etsi, inquit, omnes scandalizati fuerint etc. et apertius Aug. lib. de unitate Ecclesiæ c. 9. Quis dubitaverit, quod judas Christum si voluisset, non negaret utique tradidisset, et Petrus si voluisset, ter Dominum non negasset? Nam dum se percussum sensit, deponere potuit mentis tumorem et Deo cum Propheta dicere: adjutor meus esto, ne derelinquas me,, Vulgaris est iste in Scripturis, et Patribus sermo, ut illud dicatur fieri non posse, quod alacriter, expedite, et prompte fieri nequit, et quod magnam continet difficultatem. id expressum est in Augustino Tract. 42. in joan. n. 9. tract. 53. n. 6. 9. 10. in psalm. 106. n. 5. Serm. 154. de Verbis Apostoli cap. 10. n. 10. et 11. De Grat. et lib. arb. c. 16. De Peccator. meritis et remissione II. cap. 5.

Ceterum Chrisostomi testimonia, quæ ad probandum Petro gratiam sufficientem defuisse, quum Christum negavit, probabiliter hanc nostram assertionem non spectant. Nam S. hic Pater in capite 26.

Petrus. Dne quo vadis? Respondit jesus: quo ego vado non potes me sequi modo: sequeris autem postea,,. Non eam habus aè firmitatem, ut pro me mori possis; habebis quum acceperis Spiritum sanctum, et reipsa pro me moriens. Cyr. Aug. etc.

joan. 20 31 Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista. Scriptum est enim: percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis. Respondens Petrus ait illi: etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor„ Peccat tripliciter non credendo verbis Christi, omnes scandalum patiemini, de se præsumendo, et ceteris se præferendo.

„Petrus de ardore fidei promittebat et ardens affectus erga Dominum, qui sic eum loqui cogit„ Hier. Chrisost. tum præsumptionem Petri crimen, et casus magnitudinem appellat Aug. ruinam cordis, tumorem viribus suis tribuentis posse mori pro Domino, ut ambitione aliqua et jactantia loquutus, præsumptorem appellat vivid... ib. ar. 6. non de gratia præsumpsisse.

Sermo 124. de tempore, ex quo celebrem locum opponere solent, non est Augustini opus

Matthæi verisimiliter putavit a justitia Petrum excidisse antequam Christum negaret. in eo quippe multiplex crimen præcessisse docet; primum quod Prophetæ et Christo dicenti; dispergentur oves, non crediderit; aliud quod de se præsumpserit, tertium quod Christo repugnaverit; quartum quod aliis se prætulerit. Licet autem hoc advertere necessarium sit, ut Patris mentem assequamur; nolim tamen hinc contra communem interpretum sententiam certo concludatis Petrum antequam Christum negasset mortali culpa inquinatum fuisse. Quod de Chrisostomo dicimus, idem etiam de Augustino potest affirmari, qui tract. 105. exponens ea Christi verba me solum relinquatis ait: tamquam diceret, Tunc ita perturbamini, ut etiam quod modo creditis relinquatis. Venerant enim in tantam desperationem, et sine pristina fide, ut ita dixerim, mortem, quanta apparuit in eo Cleopha, qui post ejus resurrectionem cum illo seloqui nesciens.. Nos, inquit, sperabamus, quod ipse fuerat redempturus Israel. Ecce quomodo eum reliquerant, deserendo etiam ipsam fidem (intellige fidei professionem), qua in eum ante crediderant„.

Obji: 2., Si omnibus justis gratia sufficiens tribueretur, Gratiam a Deo implorare non tenerentur: nam „ si adest possibilitas, ut quid orant?„ inquit Aug. de natura et gratia c. 53. Secundo ignorantia, et inadvertentia numquam peccarent: per gratiam enim apparet, quod latebat, et suave fit, quod non delectabat. Tertio ratio facile reddi posset, cur hic, non ille in bono perseveret; quia nempe unus, non alter gratia remote sufficiente bene usus, uberiorem ad perseverandum accepit: quod tamen cum Apostolo Augustinus inter imperscrutabilia Dei judicia constanter reponet.

R. nihil horum sequi. Cum enim justi quoque gratiis proxime sufficientibus sæpenumero destituantur, quomodo non erit orandus Deus, ut eas largiatur? Quod ex Augustino adjectum est, ad rem non facit.

di naturæ enim possibilitate contra Pelagianos illi loquitur, qui solis naturæ viribus leges divinas impleri posse, atque adeo etiam impleri docebant. Quare subjungit: quod tantum de naturæ possibilitate præsumitur. Quod ratione sentiendum est de eo, quod secundo loco objicitur. Gratia enim remote sufficiens non omne quod latebat, sed præsentem tantum egestatem majorisque auxilii necessitatem ad opus perficiendum aperit. Restat igitur ignorantiæ et inadvertentiæ locus circa alia plurima, quæ ad bene agendum scitu sunt necessaria. Ultimum tollendæ difficultati, quam Apostolus et Aug. inscrutabilem vocant, non sufficit: quæri enim adhuc potest, cur, licet utrique gratia remote sufficiens data sit, unus talem acceperit, ut sequeretur, non autem alter, quod sine dubio scrutari nemo potest. Nam ut ait S. Aug. lib. de Spiritu et litt. c. 34. n. 60. „Cur illi ita suadeatur, ut persuadeatur, illi autem non ita: duo sola occurrunt interim: o altitudo divitiarum etc... numquid iniquitas apud Deum?„

Corrolarium. justi in accepta justitia non solum ad tempus, sed ad finem usque vitæ perseverare possunt. Ab ea enim nisi violando Dei mandata non excidunt: ad hæc porro servanda gratia illis numquam deest: neque igitur deest gratiæ donum, quo si vellent perseverare in bono possent. Qui ergo „ cum bene viverent, non in eo perseverarunt, ex bona in malam vitam sua voluntate mutati sunt,„ ait Aug. de Corr. et Gr. c. 7. qui ibidem de illis addit: Homo in eo, quod audieras et tenueras, in eo perseverares si velles„. Ut autem velimus, audite, et memoria tenete, et opere perficite, quod ipse Sapientissimus Pater suggerit remedium „ Vos autem ipsam obediendi perseverantiam a Patre luminum -- sperare debetis, et quotidianis orationibus poscere, atque hoc faciendo confidere, non vos esse a prædestinatione populi ejus alienos quia etiam hoc ut faciatis, ipse largitur. Absit autem

Arnaldus Dissert. de gratia efficaci p. 1. ostendere conatur sine gratia efficaci hominem justum nihil boni agere posse his testimoniis. Joan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum — Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo„; Joan. 15. Sine me nihil potestis facere.

R. his scripturæ locis probari necessitatem gratiæ generatim inspectæ, quod iis frequenter utatur Aug. contra Pelagianos. Quod si Arnaldus contendat eam esse gratiam scholastice sumptam efficacem, ejusmodi scilicet quæ non tantum suadet, sed et persuadet; hujus necessitas non aliam impotentiam supponit in homine qui eadem caret, quam impotentiam consequentem, quæ supponit liberum dissensum factum gratiæ ~~efficaci~~ sufficienti. Hinc Aug. c. 7. de Corr. de illis qui perseverantiam non acceperunt inquit „ Homo in eo quod audieras et tenueras, in „ eo perseverares, si velles„ atque inde probat inexcusabiles esse. At in aliis foret ratio.

Arnaldus responsionem eludere tentat dicendo, „ perseverares, si velles, idest, si eadem voluntas „ qua hucusque perseverasti, maneret,„ sive si per gratiam efficacem in bono perseverantem voluntatem haberes„.

At quinam inde sensus? perseverares, si perseverares; vel si Deus dedisset perseverantiam. Sed imploro omnium Sapientium fidem. Probassetne ita Aug. inexcusabiles esse non perseverantes, esseque eos solos in causa, cur non perseverent? Quid per hæc verba intellecturos Monachos putat Aug. nisi hunc non ex carentia gratiæ, sed ex eorum voluntate a justitia declinare? Quid in vulgari sermone, communi omnium sensu intelligimus hujusmodi phrasi? Quid Aug. in eodem lib. c. 11. Aug. dicendo: Adamum potuisse si voluisset?

Arnoldus dixit Petro, quod peccavit, defuisse gratiam sine qua nihil possumus. Proposit. damnavit Facultas Parisiensis, eisdemq. censuris quibus a Pontifice, erat jure viana, notavit. eique damnationi seu Magistri seu candidati subscribere coacti sunt.

Arnoldus exposuit se loqui de gratia efficaci ad omnem actum necessariam. Sed nihilobstante explicatione illa Facultas eam damnavit.

Sum. Pont. Alex. VII. proscripsit epist. Arnoldi, unde ea propositio extracta, ut et alia quaedam gravissima elucubrata in ejus Confessione.

Romae propugnanda erat haec prop. sine gratia efficaci nihil possumus, Pontifex actum suspendit, et propositionem in indicem referri voluit.

Hic itaque agit de amicitia joannis cum jesu, de sua fidei professione, de gaudio suo ad vocem sponsi, de gratia, quam sibi non arrogabat, sciebat illuminatum se, non illuminatorem. Erat lumen verum etc. ut a

[illegible] cont. Manich. c. 3. ... pascit pura corda eorum, qui deo credunt, .. et ad ejus praecepta implenda se converterunt. Quod omnes homines possunt, si velint, esse illud lumen. omnem hominem illuminat venientem in hunc mundum. lib. 1. Retract. c. 10 illud explicat contr. Pelagianos, quia ista detrahat.

à vobis ideo desperare de vobis, quoniam spem vestram in illo habere, jubemini, non in vobis -- hanc spem tenentes servite Domino in timore, et exultate ei cum tremore quoniam de vita aeterna nemo potest esse securus nisi consumata fuerit ista vita, quae tentatio est super terram sed faciet nos perseverare in se usque in ejus vitae finem cui quotidie dicimus: ne nos inferas in tentationem.

Assertio II.

infidelibus etiam, quos negativos dicimus, et peccatoribus excaecatis, atque obduratis sufficientia identidem auxilia conceduntur.

Probatur I. generalibus illis Scripturae verbis, quibus Deus Christus joann. 1 dicitur lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quae s. Augustinus ad omnes prorsus homines, adeoque etiam ad infideles, et obduratos extendit. Tract. 14. in joan. ait inquit, erat lumen verum; ait Evangelista, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quod est iste sol, si ergo omnem hominem, et ipsum joannem, quia et ipse de hominibus,, Ergo etiam infideles negativos, et obduratos, quia et ipsi de hominibus. Serm. 18. n. 2 ipse jesus quidem, ipse splenduit sicut sol se lumen significans quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quod est iste sol oculis carnis, hoc ille cordibus;, tandem enarr. 1. in psalm. 18 n. 7. ,, cum Verbum etiam caro factum est, et habitavit in nobis mortalitatem nostram suscipiens, non permisit ullum mortalium se excusare de umbra mortis, et ipsum enim penetravit Verbi calor;, similiter docet lib. 1. Retract. c. 10. n. 2. lib. 1. de Gen. contra Manichaeos c. 3. n. 6. et alibi.

His non repugnant ea, quae tradit s. D. c. 103. n. 27. Enchiridii,, Sic enim intelligimus id quod in Evangelio scriptum est. qui illuminat omnem hominem venientem in hunc non quia nullus est hominum, qui non illuminatur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur,, ibi enim loquitur non de illuminatione, qua quis etiam caecus collustratur sed quia in lucem non credit, in tenebris manet; verum de illuminatione, qua quis ita illuminatur, ut ipse etiam

in lucem credendo lux fiat in Dño. Hujus duplicis coruscationis fundamentum ponit Augustinus tract. 54 in Joan. n. 4. „ Lumina, inquit, sunt omnes sancti: sed credendo ab eo illuminantur — Credamus in illud lumen, a quo illuminatur (Joannes), ut et nos illuminemur. En duplicem illuminationem, alteram, qua illuminamur. Sed numquid in Christum credere possemus, nisi prius illuminati a Christo fuerimus? En igitur duplicem illuminationem; alteram, qua perfundimur, ut credamus, alteram, qua credendo lux facti et ipsi splendemus. Eodem fere modo explicandus è Augustinus serm. 292 c. 4. n. 4: illis non è ortus Christus, a quibus non è agnitus Christus. Sol ille justitiæ sine nube, sine nocte non oritur malis, non oritur impiis, non oritur infidelibus„. Hæc nisi intelligas de secunda illuminatione, quam ipsa verba sine nube, sine nocte satis indicant, sequitur non infidelibus negativis solum, sed etiam positivis, neque obduratis tantum, sed quibuslibet peccatoribus quodlibet internum lumen denegari; quod nullo modo potest sustineri.

Alterum argumentum priori simile ducimus ex illis Christi verbis Matt. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. In quæ verba Augustinus serm. 48. c. 17. n. 18. „ Solus ille non vocatur a Domino, qui non laborat in hoc sæculo — Si autem omnes laborant, omnibus dictum est: venite ad omnes, qui laboratis; si autem omnibus dictum est: quare culpam tuam tribuis invitatori tuo„? In psalm. 49. n. 3. ipse tamen sonat ubique tangendo, modificando, inspirando. Videte quid egerit, locutus è enim, et vocavit terram ..a solis ortu usque ad occasum nullas relinquens partes, quas non vocavit — qui terram vocavit, et totam terram vocavit. Qui terram vocavit, tantum vocavit, quantum fabricavit„.

Probatur 2do ex generali Dei omnes homines adeoque infideles etiam et induratos salvandi voluntate. Apost. enim 1. ad Tim. 2. ait„ Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes — pro omnibus

Hic exponit verba peccatorum jam damnatorum, prout Sap. 5. referuntur„ Ergo erravimus a via veritatis, et justitiæ lumen non luxit nobis, et sol intelligentiæ non è ortus nobis„ — „ Talia dixerunt in inferno hi qui peccaverunt„. Numquid Corozaitæ per Aug. gratia donati non fuerunt?

Onerati pondere peccatorum ut Chris. Hier. Aug. venite fide, de qua ibi disseritur, spe, ad quam exigit, caritate, sine qua cæteræ non justificant.

hominibus, — "Hoc enim bonum est et acceptum coram Salvatore nostro Deo; qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, et unus mediator Dei, et hominum homo Christus Jesus; qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus." Uti ergo omnium nemine excepto est Deus, ita omnes, atque idcirco infideles etiam et obduratos salvari cupit. Praeterea omnes eos vult salvos fieri, pro quibus obsecrationes, orationesque praecipit Apostolus; at hoc interprete Ecclesia pro infidelibus etiam, obstinatisque fieri debent: igitur hos etiam vult salvos Dominus. Tandem salvos vult omnes, pro quibus mortuus est Christus; at pro omnibus omnino, excepto nullo mortuus est Christus, ut anno superiore demonstratum est; ergo etc.

Jam vero generalis haec Dei voluntas non utique mera, sterilisque est complacentia in hominum salute, sed voluntatem alteram adjunctam habet, qua media iisdem vult, sine quibus illa obtineri nequit, ut innuit et orationum commendatio, et mors Christi pro illis tolerata. Sed media haec sunt utique gratiae sufficientes; has igitur vult omnibus obvenire, easque impertitur.

Hoc sensu intellexit Apostolum S. Aug. qui etsi interdum, quum de voluntate agit, qua efficaciter quosdam salvari vult Deus, verba veritatis in sensu accommodo accipit; alias tamen ad omnes prorsus homines extendit, ut l. de spir. et litt. c. 33. n. 58. ubi, "Vult, inquit, Deus omnes homines salvos fieri, et in agnitionem veritatis venire, non sic tamen ut eis adimat liberum arbitrium, quo vel bene vel male utentes justissime judicentur. Quod cum fit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, quum ejus evangelio non credunt, nec ideo tamen eam vincunt, sed se ipsos fraudant magno, et summo bono, malisque poenalibus implicant, experturi in suppliciis potestatem ejus, cujus in donis misericordiam contempserunt." En, ut infideles positivos damnationis reos comprobet, ad generalem omnes homines salvandi voluntatem, indeque porrecta gratiae dona. Tum vero ad eandem alienum revocat Aug. Quidni proinde nos ex mente Augustini ex eadem ratione, generali scilicet Dei voluntate de infidelibus

Aliud Aug. text. in expos. Evang. festi pretiosi sanguinis ex 13. 6. feria Martii: ut in breviar.

tiam negativis, et obstinatis arguamus?

Probatur 3tio. Actorum 6. Dura cervice, et incircumcisis cordibus; vos semper spiritui Sancto resistis,,; judei igitur quantumvis obdurati essent, a Spiritu Sancto, adeoque interiore Dei gratia ad veram Christi gratiam excitabantur. Majori adhuc emphasi idem docetur significatur Ezechiel. 33. 11. ,,Vivo ego, dicit Dominus Deus: nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur impius a via sua et vivat,,+. Deus ergo vere et sincere vult peccatorum conversionem et vitam. Atqui non possunt converti nisi gratiæ donis adjuventur. Hujusmodi igitur gratiæ illis non denegantur.

Horum omnium ratio est, quia et infideles negativi, et peccatores licet excæcati suam æternam salutem curare debent; atque ideirco legem naturalem custodire, vincere omnes tentationes; insuper credere in Deum, illum totis viribus diligere, et de peccatis pœnitentiam agere. Hæc omnia vero sine Christi gratia perficere non possunt. Ergo vel illis gratiæ sufficientes opportuno tempore conceduntur, vel Deus impossibilia jubet. Verum, ut ait Aug. de natura et gratia c. 43. n. 50, cujus verba etiam Tridentinum adoptavit,, Deus impossibilia non jubet, sed jubendo admonet et facere quod possis, et petere quod non possis,,. et cap. 69. n. 83. Firmissime creditur Deum justum et bonum impossibilia non potuisse præcipere,,; Concludendum est igitur nec infideles, nec peccatores, donec spiritum ducunt, identidem gratias sufficientes a justo, bonoque Deo accipere, ut illi ad fidem, isti ad pœnitentiam convertantur.

Objic. imo. joan. Actorum 14. v. 15. dicitur ,,Deus in præteritis generationibus dimisisse omnes gentes ingredi vias suas,,. Ergo omni gratia fuerunt destitutæ. Sane prima gratia est fides, ut aperte tradit Aug. lib. 1. ad Simplicianum q. 1. dicens,, incipit homo percipere gratiam, ex quo incipit credere Deo,, At gentes illo fidem nec habuerunt, nec habere potuerunt: ,,quomodo enim credent ei, quem non au-

+ Convertimini, convertimini, et quare moriemini?,, illis hæc dicta sunt, qui ajebant,, iniquitates nostræ, et peccata nostra super nos sunt, et in ipsis nos tabescimus, quomodo ergo vivere poterimus?,,

lib. 1. Retract. c. 10. n. 2. ,, Quod dixi (adversus Manichæos in lib. de Genesi contra ipsos) - illud autem lumen non irrationabilium avium oculos pascit, sed pura corda eorum, qui Deo credunt, et ab amore visibilium rerum et temporalium se ad ejus præcepta implenda convertunt, quod omnes homines possunt si velint = non existiment novi hæretici Pelagiani secundum eos esse dictum. Verum est enim omnino omnes homines posse, si velint; sed præparatur voluntas a Dño, et tantum augetur munere charitatis, ut possint,,

S. Leo serm. 16. de Pass. juste instat præcepto qui præcurrit auxilio.

. . Aug. lib. de nat. et grat.: Neminem peccare in eo quod nullo modo caveri potest. Peccatum: caveri igitur, sed opitulante eo, qui non potest falli,,

Dimisit omnes gentes ingredi vias suas et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de coelo dans pluvias et tempora fructifera, implens cibo et laetitia corda nostra;"

Pressius haec accipi non possunt: nam ante Mosem plures viri sancti extiterunt. Discrimen tamen quantum inter nationes caeteras et israeliticam, quod huic legem, et Prophetas dedit, non ita illis; quamvis nec illis sine testimonio reliquerit benefaciens de coelo.

dierunt? quomodo autem audient sine praedicante? quomodo vero praedicabunt, nisi mittantur?" Ad Rom. 10. Ergo neque ullam gratiam gentes priorum generationum habuerunt.

Ad. Deum in praeteritis generationibus gentes dimisisse, propterea quod gratia efficaci in vero sui cultu non aeque illas continuerit, atque israelitas, e quibus multi semper fideles Deo adhaeserunt. Itaque ut ait auctor lib. de vocat. Gentium c. 4. "Quamvis speciali cura Dei populum israeliticum constet electum, omnes vero aliae nationes suas vias ingredi permissae sint; non ita se tamen aeterna creatoris bonitas ab illis hominibus avertit, ut eos ad se cognoscendum atque metuendum nullis significationibus admoneret."

Neque ex eo, quod fidem, perfectam scilicet non habuerint, recte infertur omni gratia caruisse. Damnata est enim in Quesnello haec propositio ordine 26 "nullae dantur gratiae nisi per fidem" et 27 "Fides est prima gratia, et fons omnium aliarum." Praeter fidem perfectam admitti debet fides altera imperfecta et inchoata, qua veluti gradibus quibusdam ad perfectam illam disponimur; et quae respectu illius eo fere modo se habeat, quo conceptio ad partum; ut cit. lib. q. 2. S. Doctor ait, "fiunt inchoationes quaedam fidei, conceptionibus similes; non enim tantum concipi, sed etiam nasci opus est, ut ad vitam perveniatur aeternam." Fides perfecta sine auditu fere non habetur: hanc ut plurimum Deus immediate inspirat; Deum se verum omnium conditorem, supremum Dominum, ultorem malorum bonorum remuneratorem, virtutis pulchritudinem, operis divinae necessitatem proponit. Quae licet solo naturae lumine cognosci possint, quo tamen et ista facilius ab homine obtineat, et post haec ad fidem demum perfectam seu per se, seu per ministrum adducat, suas etiam adjungit gratias, eas praesertim quibus ad orandum inflammat. Hinc Cornelius, de quo Actorum 10., etsi fidem completam nondum assequutus orabat, et opera misericordiae persolvebat, quae ascenderunt in memoriam

in conspectu Dei. Quare Greg. Magnus hom. 9. in Ezechielem „Cornelius ante _pro bonis operibus_ meruit audire, _quam fidelis existeret_„. Et S. Bernardus serm. 18. in Cant. „Cornelius _eleemosynis, et orationibus suis_, Domino _quidem sibi eas inspirante_, promeruit _pervenire ad fidem_„. Hoc argumentum attingit Aravic 2. et belle pertractat Greg. cit. de Praedest.

Dices. Augustinus de Praed. cap. 9. inquit „_Fides et inchoata et perfecta donum Dei est: et hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari omnino non dubitet, qui non vult manifestissimis sacris litteris repugnare_„. _Deest_ igitur infidelibus gratia etiam ad fidem inchoatam. Quod aperte confirmatur illis S. D. verbis, quae habet de dono Persev. cap. 9. „_Cur iste vocetur, ut vocantem sequatur, ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur, ut vocantem sequatur, inscrutabilia sunt judicia Dei_„.

R. in primo testimonio sermonem non haberi de vocatione ad fidem per interiorem mentis illustrationem, sed de ipso fidei actu, quo post evangelii praedicationem in Christum creditur, quemque fidei actum Semipelagiani, quos ibidem impugnat S. Doctor, viribus naturae attribuebant. Hunc esse illius textus obvium sensum palam faciunt ea, quae praecedunt, atque ea quae sequuntur. Praemittitur enim „_Trahi a Patre ad Christum, et audire ac discere a Patre, ut veniat ad Christum nihil aliud est, quam donum accipere a Patre, quo credat in Christum_. Neque enim _audientes evangelium a non audientibus, sed credentes a non credentibus discernebat, qui dicebat: Nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum a Patre_„ et interpositis verbis in objectione adductis, haec sequuntur „_Cur autem non omnibus detur, fidelem movere non debet_, qui _credit ex uno omnes isse in condemnationem sine dubitatione justissimam_; ita ut _nulla Dei esset justa reprehensio, etsi nullus inde liberaretur_. Unde constat magnam _esse gratiam_, quod _plurimi liberantur; et quid si-

bi deberentur, in eis qui non liberantur, agnoscentis. Non aliter secundum testimonium pariter accipiendum è de vocatione quae fit per Evangelii praedicationem. Nam in eodem capite exemplum ponens et eorum qui non ita vocantur, ut vocantem sequantur, et eorum qui simpliciter non vocantur, hinc Tyrios et Sydonios, apud quos Christi virtutes factae non sunt, inde vero Corozaitanos, et Betsaiditas commemorat, qui Christi miracula inspicientes non crediderunt.

Dices 2. Si infidelibus negativis gratiae conferrentur, ut ad fidem venire possent, eorum infidelitas peccatum esset. Sed reclamat Aug. tract. 89. in Joann. affirmans „ <u>habere illos excusationem de peccato quo in Christum non crediderunt, ad quos non pervenit et quibus loquutus non est</u>„. Item reclamat Ecclesia 68 Baii propositionem, qua dicebat „ <u>infidelitas negativa, in his, quibus Christus non è praedicatus, peccatum est</u> condemnans. Ergo.

R. distinguendo majorem: si infidelibus gratiae conferrentur proxime sufficientes, eorum ad fidem, eorum infidelitas esset peccatum, concedo majorem; si illis gratiae duntaxat remote sufficientes conferantur, eorum infidelitas è peccatum nego majorem. Ut aliquis a peccato infidelitatis excusetur, sufficit, si ei misteria Religionis, seu ipsa Christiana Religio ut credibilis et credenda numquam proposita fuerit. At licet illi gratiae sufficientes ad colendum parentes, ad eleemosynas elargiendas, ad orandum Deum saepe tribuantur, non illico ipsi Religio Christiana tamquam a Deo revelata proponitur. Potest igitur plurimis gratiis donari, quin ejus infidelitas peccatum sit. Neque officit hujusmodi auxilia Dei posse quandoque fidei inchoationes, quum eo fine concedantur, ut illis cooperans ad fidem denique uberioribus adjutus perducatur. Non per illa priora infidelis non cognoscit Deum quidquam revelasse, quod sibi credendum sit. Cum igitur nullum peccatum sit, nisi a voluntate procedat, nec voluntas in incognita feratur; hujusmodi infidelitas peccatum esse nequit.

Dices 3º. Si gratiæ sufficientes infideli concedantur et bene operetur, et novis subinde adjutus auxiliis ad fidem perducatur, poterit etiam diligere Deum, et consequenter justificari ante fidem perfectam Trinitatis, et incarnationis. Sed hoc communi Theologorum doctrinæ repugnat. Ergo

Rursus. Hujusmodi gratiæ sufficientes ex meritis Christi conferrentur; atque adeo etiam infideles meriti ejus beneficium reciperent; quod negat Trident. sess. 6. c. 3. illis verbis „ Etsi ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt „.

R. negando sequelam majoris. Quum enim in præsenti providentia neminem justificari velit, nisi per fidem Jesu Christi, extra quam non est in aliquo alio salus; neque gratias proxime sufficientes ad perfectam Charitatem concedit, priusquam hocce incarnationis mysterium credatur. Gratiæ igitur, quæ infidelibus conferuntur, non nisi quibusdam facilioribus operibus proxime sufficiunt. Atque hæ quidem intuitu meritorum Christi donantur, frustra reclamante Patre Serry allatis Trid. verbis. Concilium agere de sola gratia sanctificante, et titulus Qui per Christum justificantur, et totius orationis contextus luculenter ostendunt. Ex quæ subjiciuntur „ Sed ii dumtaxat, quibus meritum passionis ejus communicatur: nam nisi in Christo renascerentur, nunquam justificarentur, quum ea renascentia per meritum passionis ejus gratia, qua justi fiunt, illis tribuatur „.

Sess. 5. can. 3. anatema dicit ei, „ qui negat ipsum Christi J. meritum per Baptismi Sacramentum tam adultis quam parvulis applicari „; Sess. 6. c. 7. ait „ neminem posse justum esse nisi cui merita Passionis D. N. J. Ch. communicantur „

Objic. 2. de induratis. Isaiæ 5 de Vinea Domini dicitur „ auferam sepem ejus, et ponam eam desertam: non putabitur et non fodietur. Sed hæc verba non tam de judæis, quam de anima multiplicante peccata exponunt Patres. Ergo indurati corda deseruntur, et omni gratia privantur. Concinit Jeremias 51. Curavimus Babilonem et non est sanata, derelinquamus eam.

R. terribilia hæc quidem esse, at non plus æquo adversus peccatores ita exageranda ut etiam in desperationem inducantur. His, aliisque innumeris Scripturæ verbis indicatur, peccatores induratos iis uberioribus

Isa minatur Synagogæ excidium periculum et [illegible] Angelicus in hunc locum nomine sepis intelligit præsidia Angelorum, quibus Hebræi protegebantur adversus hostes, per maceriam præsidia regum, vultq. ponendam ut desertam incultam, et sterilem.

A Lapide jer. textum interpretatur esse verba gentium Chaldæis subditarum, quæ desperantes de Babylonis incolumitate dicant: curavimus etc. et eamus unusquisque in terram suam: quoniam pervenit usque ad Cælos judicium ejus. Dixerat scilicet ante Propheta: Tollite resinam, q. d. afferte medicinam ruinæ Babylonis. Ita et alii plures de confoederatis, seu subditis interpretantur. Alii volunt esse vocem Angelorum Custod.

gratiæ auxiliis destitui, quibus ante instruebantur, quæque proximam potestatem conferunt ad totam legem implendam, gravesque tentationes superandas; non autem ita omni gratia privari, ut neque vires supersint ad orationem, qua fortius auxilium ad graviora facienda possit impetrare. Interpretationem hanc exigit Ecclesiasticæ fidei regula, qua jubemur Scripturæ sententias ad Patrum mentem exponere, atque alias ex aliis explicare. Ex Patribus, quorum plurima testimonia affert Bellarminus lib. 2. de grat. et lib. arb. c. 5. unum audiamus Augustinum. „Peccatur et vivitur, inquit in psalm. 103. accedunt peccata, augetur vita, Blasphematur quotidie, et solem facit oriri super bonos et malos. Vocat undique ad pœnitentiam, vocat impertiendo tempus vivendi, vocat per lectorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correctionis, vocat per misericordiam consolationis, longanimis, et multæ misericordiæ„ et serm. 88. cap. 17. n. 18. et in psalm. 49. n. 5. similia profert. Sed clarissima sunt, quæ in psalm. 6. n. 8. tradit de mentis excæcatione, de qua ita loquitur „ in eam quisquis datus fuerit, ab interiore Dei luce secluditur, sed nondum penitus, dum in hac vita est... et ideo non dixit extinctus est; sed turbatus est ab ira oculus meus„. Quare per illa Isaiæ verba intelligimus, non populum judaicum omni prorsus gratia fuisse destitutum, sed lege et peculiari protectione Dei, aut etiam peculiari Angelorum custodia. Unde Josephus lib. 7. belli judaici c. 12. narrat paulo ante Hierosolimarum excidium gravissimas templi portas sponte reseratas fuisse, et vocem auditam in templo migremus hinc. Eodem recidit illud Jeremiæ [51] curavimus Babylonem etc. quæ verba mistice intelligit Angelicus de Angelis custodibus, qui in mortis hora ab homine peccatore discedunt, quando nemine de ejus salute conclamatum est. [in sensu vero præsenti attingunt]

Dices imo. joan. 12. 39. De judæis scriptum est „ Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: excæcavit oculos eorum, ut non videant

Huic testimonio, et alteri in psalm. 58. [illegible] [illegible] curam universis tuam, admonet ut curens in omnibus impleat, quod dictum est misericordia ejus præveniet me„ respondet Bugius, et ait ex aug. [illegible] ex testimonio in ps. 58. sequi singulis adesse gratiam efficacem; ex altero in primis idem sequi, deinde ibi commemorari etiam gratiarum genera, quæ singulis non impenduntur, sed prima responsio negat. altera non solvit argumentum.

oculis, et non intelligant corde, et convertantur, et sanem eos,,; ergo ita omni erant gratia espoliati, ut nedum converti, sed ne bonum quidem possent percipere.

R. dist. conseq., non poterant converti, aut quidquam boni cogitare potentia consequenti, + concedo, potentia antecedente, + nego conseq. Preclare Augustinus tract. 53 in joann. ,, Non poterant credere, non quia mutari in melius homines non possunt, sed quandiu talia sapiunt, non possunt credere,, et rursus ,, Quare non poterant credere, si a me quaeratur, cito respondeo, quia nolebant,,. Nec obstat quod judaei dicantur credere non potuisse, quia dixit Isaias: excaecavit oculos eorum, ut non videant oculis etc. Nam iterum Aug. eodem loco ,, Fecerunt judaei peccatum, quod eos non compulit facere, cui peccatum non placet, sed facturos esse praedixit, quem nihil latet; et ideo si non malum, sed bonum facere voluissent, non prohiberentur, et hoc facturi praeviderentur ab eo qui novit quid sit quisque facturus, et quid ei sit pro opere redditurus,,. Dixi autem judeos potentia morali non potuisse converti, potuisse vero potentia physica; quandoquidem subtractis validioribus auxiliis obduratus sine maxima difficultate bene agere nequit, quod tamen non impedit, quominus peccatum imputetur.

+ aut morali
+ et physica

Dices 2°. Tantum abest, ut induratis gratia ulla ad paenitentiam tribuatur, ut ipse Dominus exodi 9. de Pharaone dixerit: ego induravi cor ejus, et servorum illius, ut faciam signa mea haec in eo,,; et Apostolus ad Hebr. 12. scripserit de Esau ,, non invenit paenitentiae locum, quamquam cum lacrimis inquisisset eam,,;

R. cum s. Augustino et ipsum Pharaonem per liberum arbitrium indurasse cor suum, et a Deo fuisse induratum non positive sed negative, seu, ut ait s. D. lib. 1. ad Simplic. q. 2. ,, non ut ab illo irrogetur aliquid, quo sit homo deterior, sed tantum quo sit melior, non erogetur,, vel ut habet epist. ad Sixtum 194 ,, non impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam,,; ejusmodi scilicet, qua non tantum a perversitate recedere et

cunque possit, sed efficacem, qua reipsa recedat. Esau
exemplum non est ad rem. Amissa enim primogenita
et paternam benedictionem, quam nec lacrimis potuit impetrare
non peccata deflebat. Esau pœnitentia similis fuit
pœnitentiæ Antiochi, de quo 2. Mach. 9. dicitur, orasse
Deum, a quo non erat misericordiam consequuturus. Tantum
enim orabat, ut ab incredibilibus cruciatibus, quibus Deus
illum torquebat, liberaretur, non ut veniam impetraret,
Deoque sincere imposterum serviret: vel certe si eum vere
peccatorum etiam pœnituit, tamen misericordiam, quam petebat
nempe videlicet a cruciatibus liberationem non obtinuit.

(Dices 3º. S. Aug. in psalm. 57. n. 22. ait „ Nondum
dicit (impius) crucior in hac flamma: sed jam est mentis
cæcitas, jam oculus mentis extinctus est „. Et lib. de perfect.
justitiæ excæcatum vocat desertum omni lumine veri-
tatis. Quid e hoc nisi, quod epist. ad Vitalem 217. velu-
ti inter præcipuos fidei articulos recenset s. Pater in-
quiens „ Scimus non omnibus hominibus dari (gratiam);
scimus eis, quibus non datur, justo judicio Dei non dari „
et serm. 26. c. 4. „ Communis est omnibus natura, non
gratia? =. Quod posterius etiam Angelicus notavit q.
24. a. 15. his verbis „ Si gratia datur omnibus, vi-
detur esse aliquod naturale donum: nam in nullo in-
veniuntur omnes convenire, nisi in aliquo naturali „

R. Si primo et 2do Aug. testimonio adjungas
quod paulo ante ex eodem s. Præsule recitavimus
ex commentario in psalm. 6. omnis ambiguitas
tollitur. Peccator scilicet ab interiore Dei luce seclu-
ditur, sed nondum penitus, quum in hac vita est. Quæ
si adhuc obscura tibi videntur, adde serm. 351. c. 5. n.
ubi ait „ Quidquid feceris, quacumque peccaveris, adhuc
in hac vita es: unde te Deus omnino si sanare nollet.
auferret: cur ergo ignoras, quia patientia Dei ad pœ-
nitentiam te adducat? Qui enim clamando non tibi per-
suasit, ut non recesseres, parcendo clamat ut redeas „.
In tertio et quarto testimonio loqui Aug. de gratia ha-
bituali, quæ per baptismum obtinetur, contextus utrobique
prodit. Ut Pelagianos baptismi gratiam naturalibus viri-

tribuentes refelleret, in Epist. ad Vitalem parvulorum exemplum profert, quorum alii nullo suo merito ad baptismum perveniunt, eidem alii nulla sua actuali culpa præmoriuntur. „Quomodo, inquit, in hac re merita pensantur voluntatis humanæ, quandoquidem illis, quibus gratia ista non datur, nullo plerumque merito, nulla voluntate distantibus, sed unam cum eis, quibus datur, habentibus causam, justo tamen judicio Dei non datur„. Similiter serm. 26. de ea gratia loquitur, „qua oves pascuæ ejus per J. C. Dñum nostrum. . et qua per Verbum carnem factum fideles facti sumus„. Sed quid ad Angelicum? ipse quoque de habituali duntaxat loquitur. En enim contextum „Si nec ipsa præparatio gratiæ sine aliqua gratia habituali esse potest; aut ista gratia datur omnibus, aut non. Si omnibus datur, non videtur aliud esse, quam aliquod naturale donum: nam in nullo inveniuntur omnes hæc etc.„.

Dices 4to. Concilium Trident. cap. 11. de sess. 6. ait: „Deus sua gratia semel justificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur„. Ergo supponit, aliquos saltem post peccatum a Deo sine ullo adminiculo gratiæ relinqui. Nec tamen inde colligere licat, conversionis omissionem eis vitio tribui non posse. Habuerunt enim gratias sufficientes, quibus ipsam obdurationem vitare potuissent. Itaque cum libere peccando se in obdurationem, et peccandi necessitatem, necnon in conversionis impotentiam se libere conjecerint, horum omnium in causam rei sunt habendi.

R. in textu Tridentini vocem nisi non habere vim particulæ exceptivæ affirmantis, quod de peccatoribus, quod de justis aperte negatur, sed vim duntaxat particulæ conditionalis. Secus ex eo loco colligeretur omnes omnino peccatores post primum peccatum a Deo relinqui. Præterea quum quis a Deo relinqui perhibetur post peccatum, non id fieri per omnium prorsus gratiarum subtractionem, sed uberiorum duntaxat, efficacium, aut etiam proxime sufficientium, patet ex iis, quæ hactenus dicta sunt.

Sententia epist. ad Vitalem e una ex 12 quas Aug. ibidem affirmat ad fidem rectam et catholicam pertinere. Si de habituali stat, quod dicitur.

Ad alterum dico, conversionis omissionem, ac legis supernaturalis transgressionem obduratis, omnique auxilio destitutis vitio dari non posse, nisi aliquo modo prævidereint subsequam obdurationem, ac destitutionem auxiliorum. Profecto ebrio peccatum, quod in ebrietate admittit, si prudenter prævideri non potuit, non imputari docet Angelicus 2.2. q.150. a.4. eaque de causa incestum, quem Loth perpetravit, distinctam ab ebrietate malitiam habuisse cum S. Aug. contra Faustum lib. 22. c. 44. diserte negat. Quum igitur impotentia sese convertendi, ac divinæ legis custodiendæ ab obduratis ~~fere~~ prævideri non potuerit, ejus rei esse non possunt, quum re physica quidem vires ad id efficiendum supersint. Peccant autem et sese non convertendo, et legem Dei transgrediendo; ergo pœnitentia, et divinæ legis observantia non est ipsis physice impossibilis; atque adeo gratiæ aliqua adminicula ipsis conceduntur.

Corrolarium I. Quoniam faciliora quædam legis naturalis præcepta homo etiam lapsus morali interdum, alias physica potentia implere potest, nihil vetat dicere, infideles et obduratos ad illa observanda nulla interdum gratia muniri. Per intervalla igitur, et tempore opportuno conceditur, quum implendum est præceptum vel positivum quo actus quoad substantiam supernaturales præcipiuntur, ut fidei, spei etc. vel naturale quidem, sed cui observando neque natura, neque sola exterior gratia sufficit.

Corrolarium II. Gratiæ hæ ad implenda Dei mandata infidelibus negativis, et peccatoribus obduratis vires tribuunt ut plurimum remotas duntaxat, et mediatas, ~~fereque non~~ et neque alias, quam quibus et proxima fit v.g. orandi potestas. Ita conciliari optime possunt Scriptura, et Patres, ac imprimis Augustinus, qui certo interdum obediendi possibilitatem periisse dicat, alias tamen impossibilia esse Dei mandata negat: atque hoc ipsum non alia ratione stabilit, quam quod orare Deum possumus. Ita lib. de Gratia et lib. arb. c. 16 ideo, inquit, jubet aliqua, quæ non possumus, ut

noverimus, quid ab illo petere debeamus„ Et lib. 3. de lib. arb. c. 22. n. 65: „ Quod ergo ignorat (anima) quid sibi agendum est, ex eo est, quod nondum accepit: sed hoc quoque accipiet, si hoc, quod accepit bene usa fuerit; accepit autem ut pie, et diligenter quaerat, si volet„.

Corrol. III. De nullo igitur excaecato licet, et indurato, quamdiu vivit, desperandum est. Nisi enim Si enim Deus illos nullo modo salvare vellet, ex hac vita illos auferret, ut ajebat Augustinus. Quid quod inter obstinatos etiam numquam non fuerint aliqui, in quos divitias bonitatis, patientiae, et longanimitatis suae uberius Deus effudit; quorum corda quantumvis saxea omnipotente sua gratia emolliret, quae „ ideo humanis cordibus tribuitur, ut cordis durities auferatur„: Aug. de Corr. et Gr. c. 28.

Corrol. IV. Neque tamen est, cur iccirco praefidant illi, suaeque salutis incurii poenitentiam differant. Uti enim media ad salutem remote dumtaxat sufficientia donantur; ita in spem illius, ut ita dixerim, non nisi remotam erigi possunt. Quam multi vero sunt praeterea, quos suis immemores salutibus repentina mors occupat, aut morbus de potestate mentis dejicit; quam juste metuere isti debent, ne aliquando audiant„ Vocavi et renuistis: extendi manum meam, et non fuit, qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo„: Prov. 1. 25. et.

Quaeres, num etiam parvulis sine baptismate decedentibus de salutis remedio provisum fuerit?

Responsio. Infantibus, qui a nativitate baptizari possunt, etsi fortassis Parentum vel aliorum culpa ejusmodi excidant beneficio, paratum, ac etiam oblatum esse a Deo remedium salutis, certa videtur inter omnes sententia. De eo vetus inter Theologos fervet controversia, quid de parvulis illis potissimum sentiendum sit, quibus materno in utero extinctis baptismus conferri non potuit: an scilicet praeparaverit dumtaxat

iis Deus medium aliquod salutis, aut etiam de illo applicando sufficienter providerit.

Aliidam cum Auctore libri de vocat. gentium omnium c. 25. „ non irreligiose arbitrantur credi, neque inconvenienter intelligi, quod isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiae partem, quae semper universis est impensa nationibus, qua utique si bene eorum uterentur Parentes, etiam ipsi per eosdem juvarentur. Omnium namque exordia parvulorum, totaque illa principia nedum rationalis infantiae sub arbitrio jacent voluntatis alienae, nec ullo modo eis nisi per alios consuli potest, et consequens est illos ad eorum pertinere consortium, quorum vel recto, vel pravo aguntur affectu. Sicut enim ex aliorum confessione credunt, ita ex aliena infidelitate aut dissimulatione non credunt „. Censent igitur isti, Deum parvulorum salutem et baptismum sanctis Parentum et majorum operibus (non tamquam merito, sed tamquam conditioni) alligasse, iisque ob eam causam suo tempore sufficientes etiam gratias largiri; quibus si rite illi uterentur, is causarum naturalium ordo existeret, qui necessarius est ut parvuli et nasci et ablui baptismate possent. Quod si resistant gratiis, eam seriem causarum naturalium ex finibus soli Deo cognitis consequuturam dicunt, qua fiet ut parvuli baptismo priventur.

Alii, quibus laudatus Auctor lib. de Vocatione Gentium (forte est Prosper aut S. Leo) loqui videtur de solis jam natis infantibus, dicere malunt, praeparasse quidem Deum etiam pro illis parvulis Baptismum ex antecedenti voluntate eosdem salvandi, voluntate autem consequente nolle ut iis conferatur, idque ex inscrutabili judiciorum ejus abisso. Haec autem sine ulla contradictione affirmari contendunt; quia licet Deus velit voluntate antecedente et conditionata illos ad baptismum pervenire; tamen non tenetur impedire causarum naturalium cursum, ex quo fit, ut ante regenerationem, aut etiam nativitatem extinguantur. Secunda haec sententia pluribus Aug. testimoniis, ac Prosperi conformior videtur.

indeque provenientia merita

Liber V.
De miris divinæ Gratiæ effectis in hominis justificatione, et merito bonorum operum.
Caput I.
Ad justificationem obtinendam fidem non sufficere, sed alia etiam plura requiri demonstratur.

I. Etsi Gratiæ Dei actualis, de qua sumus hactenus loquuti, immediate ac per se non aliud efficiat, quam actus nostros salutares; inter ejusdem tamen effectus rectissime hominis justificatio, et meritum bonorum operum collocatur. Meriti enim radix et principium est ipsa Gratia actualis, qua excitati adulti atque adjuti bonorum operum exercitio proxime et immediate ad justificationem disponuntur. Circa utrumque dogma gravissime decepti sunt Christi Ecclesiæ inimici, aliosque decipere tentarunt. Et quod necessariam hominis ad justificationis donum impetrandum spectat præparationem, de qua solum disceptatio hic movetur, sub ipsa Ecclesiæ primordia auctore Simone Mago, ut Irenæus l. 1. c. 20. perhibet enata est opinio illa quæ fidem solam sine operibus ad justificationem sufficere docet. Promovit eam sec. II. Valentinus, et teste Augustino hær. 54. sec. IV. Aetius et Eunomius: eamdem ab inferis revocavit sec. XVI. Lutherus et Calvinus; quorum ille in c. 2. ad Gal. ait „solam fidem necessariam esse, ut justi simus„; hic vero in Antidoto Trid. etsi cum Luthero fidem aliis etiam virtutibus stipatam esse agnoscat, justificationem tamen soli fidei attribuat, inquiens: „fidem oportet non esse solam, sed habere comites, licet ipsæ non justificant, sed ipsa sola„. Discrimen tamen aliquod inter veteres illos, recentioresque hæreticos in eo esse videtur, quod illi justificandi vim fidei dogmaticæ, qua religionis nostræ dogmata firmissime credimus, adscriberent: isti vero eamdem tribuant fidei promissionum, qua unusquisque divinis promissionibus nixus omnia sua peccata per Christum sibi esse

remissa firmissime confidit. Nos adversus utrosque Ecclesiæ dogma ita firmissime enuntiamus.

Assertio

Peccatores adultos fides quidem ad justificationem disponit, non tamen sufficit, sed præterea multi actus requiruntur.

Prob. 1. Pars. Joann. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine ejus. Ad Rom. 5 justificati ex fide; et Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Fides igitur ita est necessaria, ut sine illa neque filios Dei fieri, neque illi placere ullo modo valeamus. Sed quoniam fidei nomine non aliud intelligunt his locis Heterodoxi, quam inanam illam fiduciam, vi cujus homo certo et absque ulla hæsitatione credit sibi dimissa esse peccata; ea insuper urgeamus testimonia, quibus ad justificationem non unam fidem in Christum peccatorum remissionem promittentem, sed ceterorum etiam misteriorum necessariam esse luculentius ostenditur. Clara sunt ea, quæ leguntur Marci ult. „ Prædicate Evangelium omni Creaturæ. Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit „. His similia quæ habentur Jo. 20. „ Hæc scripta sunt ut credatis, quia Jesus est Christus filius Dei, et ut credentes vitam habeatis in nomine ejus „. Tandem Rom. 10 Si confitearis in corde tuo Dominum Jesum, et in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitavit a mortuis salvus eris „ in quibus omnibus, aliisque locis nulla alia fides insinuatur, quam Theologica et dogmatica, fidei scilicet misteriorum.

Hujus veritatis irrefragabile testimonium suppeditat antiquissima traditio, et numquam interrupta quæ emicat in illa Ecclesiæ consuetudine a primis temporibus ad nos usque ducta, qua a cathecumenis ante baptismum semper exigitur illa fidei professio qua præcipua Religionis nostræ capita continentur. Contra vero quando aut ubinam reperies fuisse neophytos interrogatos, an credant sibi dimissa esse peccata? Nempe, fiducia remissionis criminum cathe-

ficationem sequitur, non praecedit; atque illius effectus non causa dicenda est.

Prob. III. Pars enumeratione actuum, quos poscunt Scripturae, ut justificetur impius. Requiritur Timor itaque primo: nam Eccle. 1. Timor Domini expellit peccatum; nam qui sine timore est non poterit justificari. Et Aug. l. de Catechiz. rud. c. 5. „ rarissime accidit, imo vero nunquam, ut quisquam veniat volens fieri Christianus, qui non sit aliquo timore Dei perculsus „. De Spe legimus Prov. 28. Qui ... sperat in Domino sanabitur. Quare s. Aug. serm. 16. de verbis Apostoli „ A fide incipit homo, sed quia et Daemones credunt, necesse est addere spem „: De Dilectione Dei Luca 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. 1. Joan. 3. Qui non diligit manet in morte. Et s. Aug. l. de natura et Gratia cult. inchoata Charitas, inchoata justitia est; perfecta Charitas perfecta justitia est. De Poenitentia Luc. 13 Nisi poenitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Et 2. ad Cor. 7. Quae secundum Deum tristitia est, poenitentiam operatur in salutem stabilem. Quare Aug. hom. 50. Forte dicis: Ego vilis factus sum nimis iterans vias meas, et canis horribilis oculis Dei conversus ad vomitum suum, quo ibo a spiritu ejus, et quo a facie ejus quo fugiam? Quo, frater, nisi ad ejus misericordiam poenitendo, cujus potestatem peccando contemseras?. De Proposito novam inchoandi vitam Ezech. 18. v. 31. Projicite a vobis omnes praevaricationes vestras, et facite vobis cor novum et spiritum novum. Quamobrem Aug. in Psalm. 76. n. 10. „ Esto talis, ut juventus tua renovari possit... nisi auxilio petrae, nisi auxilio Christi non poteris renovari... praeterita obliviscaris, in anteriora te extendas, ut vetustatem tuam in petra conteras „.

Probatur II. Pars ex epist. Jacobi in primis, qui data opera hunc errorem convellendum suscepit. Inter multa alia c. 2. haec habet: v. 14. Quid

contra hoc arg. Phil. Melancton respondet, in symbolo App. quod Catechumeni recitant contineri art. Remissionem peccatorum. Recte: at non ibi continetur inanis fiducia Haereticorum. Deinde quum recitatur, nondum baptizati, quo sacram. tinguntur, ut peccata eis deleantur.

R. Lutherus contineri art. Sanctam Ecclesiam, quod, inquit, non est aliud, quam credo nullum amplius esse peccatum. Sed quo sensu ea sancta? Quare inea sacram. paenit. si hoc tollas, quare dicitis: Dimitte nobis debita nostra?

Rom. 8. Spe salvi facti sumus.

Aiunt nonnulli, Jacobum loqui de justificatione quae manifestatur hominibus, quibus per opera ostenditur, non de justificatione coram Deo, quam fieri dicunt sola interna fide; idque probant ex eo, quod v. 18. dicat Ostendam tibi ex operibus fidem meam, et v. 21. affirmet Abraham per oblationem filii sui Isaac super altare justificatum esse.

Sed repelluntur v. 24 et 22. adductis V. 18. Sed dicet quis: ~~ostende mihi fidem tuam sine operibus~~ Tu fidem habes et ego opera habeo, ostende mihi fidem tuam sine operibus; et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam articulum nostrum confirmat. innuit enim Jacobus, jure a catholico reprehendi posse solifidianum, et ita interpellari: ostende mihi si potes fidem sine operibus mortuam et sterilem ea mortua est in semetipsa, ego quidem meam tibi ostendam vivam et fructuosam. Abraham per filii oblationem justificationis incrementum accepit. qui justus est justificetur adhuc, Apoc. 22.

Aiunt alii, Jac. loqui de fidei larva, non de vera fide, siquidem adducit fidem daemoniorum in exemplum, qui veram fidem non habent.

Sed repelluntur v. 24. adducto ubi fidei verae, etsi non soli, justificationem attribuit fides autem sine operibus similis est fidei daemonum in eo, quod et isti assentiantur veritatique, sine spe et caritate sint destituti. At D. Paulus 1 Cor. 13 utique de vera et excellentissima fide dixit: si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, et charitatem autem non habuero, nihil sum.

prodest fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides salvare eum? v. 17. Fides si non habet opera, mortua est in semetipsa. v. 24 Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, et non ex fide tantum? Haec quoniam nullo artificio cum Solifidianorum sententia possunt conciliari, post Lutherum, qui hanc epistolam per summam impudentiam stramineam vocat, Melanchthon, Magdeburgenses, Althamerus, aliique pauci eam canonicam esse negarunt. Sed animo petulanti atque inverecundo. Eam enim ut Canonicam a primis Ecclesiae temporibus laudarunt Origenes, Tertull. Cyprianus, Eusebius, Hieronimus, aliique. Ceterum eos vehementer falli, qui putant Jacobi doctrinam ceteris divinis eloquiis adversari, testis est Apost. Paulus Ad Rom. 2. scribens: Non auditores legis justificati sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur,, et iis omnibus certissime demonstratum, quae statim subjicio. (Prob. 3 pars.).

Nonnisi ergo apertissimis Scripturarum testimoniis adducta Tridentina Synodus ita sess. 6. c. 6. describit hominis praeparationem, per quam ad justificationem pertingit,, Disponuntur, ait, ad ipsam justitiam dum excitati gratia divina et adjuti fidem ex auditu concipientes libere moventur in Deum... et dum peccatores se esse intelligentes a divinae justitiae timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque tamquam omnis justitiae fontem diligere ~~incipiunt~~ incipiunt: ac propterea moventur adversus peccata per odium aliquod et detestationem, hoc est per eam poenitentiam, quam ante baptismum agi oportet. Denique dum proponunt suscipere baptismum, inchoare novam vitam et servare divina mandata,,.

Objicies plura Scripturæ testimonia, præsertim S. Pauli ad Romanos, ad Galatas etc. quibus fides justificare dicitur. Imo idem Apostolus per fidem ita nos justificari docet, ut aperte opera reliqua excludat. Ad Rom. c. 3. v. 28. „ arbitramur, ait, justificari hominem per fidem sine operibus legis „ et cap. 4. Si Abraham ex operibus justificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum „. Lucæ vero c. 8. „ crede tantum et salva erit „;

R. Apostolum, dum fidei justificationem adscribit, nonnisi sensu positivo loquutum esse, quin cætera excluderet, quum eadem etiam legantur de spe, de timore, ac præsertim de Charitate. „ In Christo Jesu, inquit Paulus ad Gal. 5., neque circumcisio aliquid valet, neque præputium; sed fides quæ per dilectionem operatur „, et 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem, Charitatem autem non habuero, nihil sum „. Itaque per fidem justificari hominem docet, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, et radix omnis justificationis, ut Trid. adnotavit; et quia, ut ait Aug. de Præd. SS. c. 7. quia ipsa prima datur, ex qua impetrantur cætera, quæ proprie opera nuncupantur, in quibus juste vivitur „.

In aliis testimoniis opera legis naturalis, vel Mosaica excludit, quæ fidem Mediatoris præcedunt, non autem opera, quæ eandem fidem sequuntur. Cum veteribus etiam fides saltem implicita Salvatoris necessitate medii ad salutem necessaria fuerit, ~~consequitur, ut opera quæ eandem fidem præcedunt~~ eveniebat, ut opera quæ eandem fidem præcedebant justificare non possent: at non idcirco excludenda sunt opera etiam illa, quæ fidem subsequuntur, ut omnia Scripturarum testimonia simul collata ~~dicente~~ luculenter ostendunt. Hæc enim erronea opinio, quum jam Apostolorum tempore ex Paulinis Epistolis exorta esset, teste S. Augustino l. de fide et operib. c. 14. „ aliæ Apostolicæ epistolæ Petri, Joannis, Jacobi, Judæ contra eam maxime dirigunt intentionem, ut vehementer adstruant, fidem

Lutherus Apostoli testimonium in germanica sua versione ita legendum propinavit: Arbitramur hominem justificari per solam fidem. Sed collatis græcis latinisque codd. fraus illico detecta. Sed quid? Reprehensus quod aliquid sacræ Scripturæ addiderit t. 5. p. 141. edit. Jen. ita respondet: Doctor Martinus Lutherus vult ita legi, et dicit: Papista et asinus una res est sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas „; Proh ineluctabilem rationem!

Apostolum excludere opera, quæ non fiunt ex fide ac gratia patet ex ejus ratione Si Abraam ex operibus justificatus, habet gloriam, sed non apud Deum. Hæc enim propositio vera est, si per opera intelligamus opera destituta fide ac gratia, non autem si accipiamus opera fide ac gratia elicita.

[illegible] s. Aug. pluresque alios PP. adnotandum, quod s. D. refert de Pelagianis lib. contr. 2 epist. Pelagian. eos docuisse [illegible] primo salvos factos esse per naturam, deinde per legem, novissimo per Christum, quasi hominibus ante legem, et in lege [illegible] Christi non fuerit necessarius; errantes, quod dictum est ad Tim. 2. Unus enim [illegible] unus mediator Dei et hominum [illegible]

sine operibus nihil prodesse: sicut etiam ipse Paulus non aliam fidem quamlibet fidem, qua in Deum creditur sed eam salubrem, planeque evangelicam definivit, cujus opera ex dilectione procedunt; et fides, inquit, quæ per dilectionem operatur,,. Neque oppositum evincunt verba illa crede tantum et salva erit: non enim prolata sunt de gratia sanctificante, sed de salute filiæ principis Synagogæ, ejusque a mortuis excitatione: nec fidem exigebat Christus a puella, sed quam excitare voluit, sed a parente, qui pro filia sua deprecabatur. Dices ut infra.

Objicies 2. plures ss. PP. qui solam fidem justificare docuisse videntur. Origenes in c. 9. epist. ad Rom. ait: „ Credens quis tantummodo justificatur, etiamsi nihil ab eo operis fuerit expletum „. Ambrosius seu potius auctor serm. 45. qui Ambrosio tribuitur „ sicut sufficit judæ ad scelera Christum deseruisse: ita sufficit latroni ad innocentiam Domino credidisse „. De eodem latrone s. Chrisost. homil. de fide et lege naturæ „ latro autem credidit tantum, et justificatus est „. Hier. in c. 10. epist. ad Rom. Deus ex sola fide justificat „. S. Aug. lib. 2. epist. Pelag. c. 21. „ Quantalibet virtutis fuisse antiquos prædices, non eos salvos fecit, nisi fides Mediatoris „. Theophilactus in c. 3. ad Galatas „ Fides sola habet in se justificandi virtutem „.

R. allatos Patres ita fidem extollere, ut non excludant quælibet opera, sed vel naturalia duntaxat, vel extra fidem consumata. fidem enim suis locis fidem charitate perfectam esse debere, adeoque sine voluntate saltem operandi inutilem esse, fatentur. Origenes quidem in c. 4 ejusdem epist. „ credentibus Christo, nec tamen deponentibus veterem hominem cum actibus suis, fides reputari non potest ad justitiam „. Auctor sermonis, qui Ambrosio tribuitur, in c. 4. epist. ad Hebr. „ Sola fides non sufficit. operari fidem per dilectionem necessarium est „. Chrysost. hom. 1. in epist. ad Timoth. „ Non fide solum opus est, sed et charitate „. Similia habet s. Hier. in epist. ad Ctesiphontem, et in eodem commentario Theophilactus. De s. Aug. ex allatis tandem copiosis ejus testimoniis minime etiam dubium esse potest

Dices. Si praeter fidem alii quoque virtutum actus requirerentur, non recte diceremur ad Rom. 3. justificati gratis per gratiam ipsius. Secundo errasset Philippus Diaconus, quod ab Eunucho verbis iis ecce aqua, quid prohibet me baptizari? flagitante baptismum, solam fidem exegerit, si credis toto corde, licet, eumque continuo baptizavit, Actor. 8.

R. cum Concil. Trid. sess. 6. c. 8. „ Gratis justificati ideo dicimur, quia nihil eorum, quae justificationem praecedunt, sive fides, sive opera justificationis gratiam promeretur, „ ex justitia scilicet, et ut loqui solemus, de condigno: de congruo enim et merito minus proprie seu impetrativo justificationem mereri nos posse S. Aug. docet epist. 105. ad Sixtum „ Nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat; neque enim nullum meritum est fidei „.

Quod Eunuchum attinet respondet idem S. D. l. de fide et operibus c. 9. „ Scriptura tacuit atque omisit caetera, quae cum illo Spadone egit Philippus „.

Corrolarium primum. Dum praeter fidem spes, timor etc. ad justificationem a Scriptura et Patribus requiruntur; non ita id intelligendum est, ut quasi horum singillatim virtutum actus explicitis, et ut dicimus formales semper necessarii essent. Fides enim juxta Tridentinum sess. 6. c. 7. „ si ad eam spes accedat, et charitas, dubitari non potest, quin uniat perfecte cum Christo, et corporis ejus vivum membrum efficiat „. Vel tunc interim implicite saltem timor, poenitentia, et propositum adest: quis enim eum, quem amat, aut offendere velit deinceps, aut offensum a se fuisse non doleat? Quare regulariter solum praevios illos et explicitos singulorum virtutum actus in adultis requirit Trid., quod facilius, eoque ipso saepius ad Dei timorem, peccati detestationem, et formale vitae emendandae propositum, quam ad perfectum Dei amorem excitemur.

Corr. II. Cum evenire aliquando possit, ut absque omni prævio etiam implicito dictante virtutis actu, adeo absque omni omnino dispositione ex adultis aliqui justificentur: hujusmodi sunt perpetuo amentes, cum baptismi Sacramento regenerantur. Qui enim ob vitiata organa ratione non utuntur, non alio loco habendi sunt, quam infantes, quibus „ quando baptizantur etiam reluctantibus gratiam præberi „ docet S. Aug. lib. de Gratia et lib. arb. c. 22. Neque sane post Concilium Trid. dubitari de hoc amplius potest, quod sess. 5. in decr. de peccato orig. in parvulis per baptismum definivit, non tantum „ tolli totum id, quod veram et propriam peccati rationem habet, sed eosdem etiam innocentes, immaculatos, puros, innoxios Deo dilectos, hæredes Dei, cohæredes Christi effici „ (quæ sane absque gratia sanctificante non fiunt); eoque ipso abolevit veterem quorumdam Theologorum sententiam, qui, ut legitur in Conc. Viennensi Clementina de summa Trinitate et fide Catholica dicebant „ per virtutem baptismi parvulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri „.

Caput II.

Agitur de ipsa hominis justificatione, asseriturque per eam omnia mortifera crimina vere deleri, penitus auferri, atque hominem interius renovari per internam gratiæ infusionem renovari.

II. Novatores, quos hactenus confutavimus, docent in justificatione hominum peccata non ita remitti, ut penitus tollantur, prorsusque deleantur, sed potius forensi more solum condonentur, tegantur, et non imputentur. „ Fide, inquit Lutherus comment. in c. 2. ad Galatas, fide apprehensus et inhabitans Christus est justitia Christiana, propter quam nos Deus reputat justos, et donat vita æterna „ et prop. 2. a Leone X proscripta „ in puero post baptismum negare remanens peccatum est Paulum et Christum simul conculcare „ idem fere sentit Calvinus lib. 3. instit. c. 11. § 3. inquiens justificari nihil aliud esse, quam eum, qui reus erat vel agitur, tamquam approbata innocentia a reatu abso-

vere Cum itaque nos Christi intercessione justificet Deus, non propriæ innocentiæ approbatione, sed justitiæ imputatione nos absolvit, ut pro justis in Christo censeamur, qui in nobis non sumus„. Discrimen vero hic notandum est inter Lutheranos et Calvinistas; illi enim gratiam, qua justificamur constituerunt in sola peccatorum remissione, aut externo Dei favore; isti autem in sola Christi justitiæ imputatione. Nonnulli contenderunt Calvinum ideo pugnantia docuisse, quod aliis in locis inhærentis justitiæ et caritatis mentionem fecerit: sed animadvertendum est, hæreticum illum non negasse habitus virtutum justi animæ inhærentes, ut fatetur Petrus martir de locis comm. classe 3. cap. 3. sed inficiatum esse duntaxat hujusmodi habitus vim justificandi habere, quam consistere dicit in externa, et quasi forensi condonatione. Non desunt tamen vel inter Heterodoxos, qui ab hujusmodi suorum Magistrorum erroribus procul recedunt. Georgius Bullus in examine censuræ ad animadv. 11. „De imputatione inquit, justitiæ Christi neque quidem reperias vel in nostra confessione, vel in Augustana, Argentinensi, Wirtembergica, Bohemica, Belgica etc.„ et totus est, ut eam explodat. Contra insanum Hæreticorum errorem duo præsertim tenet Christi Ecclesia, quæ sequentibus articulis ita propugnamus.

Assertio I.

In justificatione impii peccata non teguntur solum aut extrinsece condonantur, sed omnino tolluntur et prorsus delentur.

Ostenditur 1.° apertissimis Scripturæ locis, quæ ut sapienter Bellarminus observat, utitur omni genere vocabulorum, quæ excogitari poterant ad veram peccati remissionem significandam, ut si quis de industria quærat vocabula, quibus perspicue declaret peccatum aliquod vere tolli et aboleri, non possit aliquod reperire, quod ipsa Scriptura divina antea non occupaverit. Age quæso. Vis dicatur peccata auferri, tolli, deleri? 1. Paral. 21. Aufer iniquitatem

Deus cum eos justificat eos facit vasa in honorem, praeparata in contumeliam gloriam. Et quis Rex aut Princeps patiatur in mensa sua vasa revera sordida, quae tu velit reputare munda?

Christus Eph. 5: ita dilexit Ecclesiam sponsam suam mundans eam lavacro aquae in verbo vitae ut exhiberet eam sibi gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta et immaculata.

Deo odio sunt impius et impietas ejus. Sed justificatos diligit, complectitur, et apud eos manet: ipsi sunt templum Spiritus Sancti.

Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Atqui forensi more delicta dimittunt et [illegible]

servi sui. Joan. 1. Christus „Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Isaiae 44: Delevi ut nubem iniquitates tuas. Qua comparatio mirabili energia significat totalem peccati extinctionem, ut nullum prorsus vestigium supersit. Mavis forte asseratur hominem a peccatis purgari, ablui, mundari? Ecce Prov. 15. Per misericordiam et fidem purgantur peccata. 1. Joan. Sanguis Jesu Christi emundat nos ab omni peccato. Act. 22. Ablue peccata tua. Desiderasne longe projici, aut exhauriri? Hebr. 9. Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata. Psalm. 102. Quantum distat ortus ab Occidente longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quid haeres? Psalm. 9. quaeretur peccatum illius et non invenietur. Cant. 4. Macula non est in te. Ad Rom. 8. Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu. Audistin Scripturas?

Audi et Patres. Chrysost. in Ps. 50. „Sola gratia sordes meas perfecte abstergere, ac nivis candorem mihi conciliare potest„. Theodoretus in psalm. 31 adversus Messalianos Lutheri praecursores „Ea libertate utitur Deus, ut non modo remittat, verum etiam peccata obliteret, ita ut neque vestigia eorum remaneant„. S. Aug. cont. 2 epist. Pelag. c. 13 adversus Pelagianos quosdam Catholicos criminantes quasi dicerent, non baptisma radi tantum, non auferri peccata„ Quis hoc, inquit, nisi infidelis affirmet? Dicimus enim baptisma dare omnium indulgentiam peccatorum, et auferre crimina non radere„. S. Gregor. Magnus lib. 9. epist. 39. „In Evangelio Dominus dicit: Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet. Si igitur peccata in baptismate funditus non sunt minime dimittuntur, quomodo is, qui lotus est, mundus est totus? totus enim mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remansit„.

Merito igitur, quod Concilium Trid. sess. 5. can. 5. De peccato originali sanxit contra Protestantes dogma [illegible] peccata [illegible] „Si quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam, quae in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat; aut etiam

asserit, non tolli totum id, quod veram et propriam peccati rationem habet, sed illud dicit tantum radi, aut non imputari, anathema sit,,.

Objicies alias Scripturas, quarum aliæ peccata tegi commemorat, et non imputari, aliæ peccata etiam in justificatis remanere diserte testantur. Prioris classis sunt verba psalmi 31. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum: et psalmi 84. Operuisti omnia peccata eorum; necnon Sap. 11. Dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Ad alteram classem revocantur verba Isaiæ c. 64. Facti sumus ut immundus omnes nos, et quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ. Quibus similia sunt ea psalmi 142. Non intres in judicium cum servo tuo; quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Ac demum Prov. 20. Quis potest dicere: mundum est cor meum; purus sum a peccato,,.

R. primis Scripturæ locis. Peccata quum vere remittuntur, dissimulantur; quum non existant, non imputantur; quum nulla remaneant, non apparent; eoque ipso tecta, et operta rectissime dicuntur, et ita tecta et operta, ut tecta et operta sint etiam coram eo, cujus oculis nuda et aperta sunt omnia. Idcirco Aug. enarr. 2. in psalm. 31. Cooperta sunt peccata, tecta sunt, abolita sunt... nec ne intelligas, quod dixit: peccata cooperta sunt, quasi ibi sint et vivant,,. Hujusmodi interpretationem non suadent modo sed plane persuadent illæ Scripturæ, quæ peccata auferri, deleri, tolli, ablui, purgari, mundari etc. testantur.

R. Scripturis adi generis Vaticinio Isaiæ designari purificationes legales, quas Apost. Hebr. 9. justificationes appellat, censent nonnulli ex Versione Arabica, et comment. Hieronimi; quod post adventum Christi et illæ tamquam pannus menstruatæ, et Judæi tanquam immundi sint rejiciendi. Alii censent Prophetam totius populi, cujus maxima pars Deum dereliquerat, personam gerisse; et de omnibus ita pronuntiasse, quia

vulnera sanantur, quum obducuntur nova carne, ac veluti obteguntur: calor albus tegi dicitur, quum superinducto nigro veluti tegitur, quem reipsa tollatur. Non imputatio Davidicum impossibilis nam Deus nequit aliter res aestimare, seu reputare quam reipsa sint, si imputat sunt, si non imputat non sunt, ait Tyrin. Illud Sapien. Dissimulas pecc. h. propt. pœnitentiam græce habet in, seu ad pœnitentiam, q. d. ait Aug. differs punire ut agant pœnit. expectat [illegible] et miseretur.

licet nonnulli vere mundi essent sacrâ — ut talis ~~ut sane erat Joviniani ipse~~; ut advertit Aug. de Unit. Ecclesiae c. 12: „plerumque sermo divinus impias turbas Ecclesiae sic redarguit, quasi omnes tales sint, et nullus omnino bonus remanserit„. Alterum de peccatis venialibus est intelligendum, quod juxta Trid. ss. vox illa verax sit: Dimitte nobis debita nostra. Quare Aug. lib. 2. de peccatorum meritis c. 19: „Ut quantum pertinet ad integerrimam regulam veritatis ejus, non justificatur in conspectu ejus omnis vivens. Ceterum multos a lethalibus maculis puros esse Psalmista declarat ps. 118: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini; et psalm. 17. de se ipso dicit: Retribuet mihi Dominus secundum justitiam meam. Postremum juxta Chrysost. Hier. et Aug. eandem pariter interpretationem, nisi malis dicere de incertitudine acceptae justificationis esse intelligendum.

Dices 1° Saltem ante legem Mosaicam tota hominis justificatio in sola peccatorum non imputatione consistebat. Nam Rom. 5: Usque ad legem peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.

R. ante legem peccatum non fuisse imputatum tamquam transgressionem legis scriptae, quae nondum lata erat, non autem nullum fuisse. Erat enim tum actuale tum originale, et utrumque satis imputabatur, quia propter istud omnes moriebantur; propter illud autem gravissimas poenas inflictas legimus Cain, Sodomitis, ac denique universae carni diluvio submersae.

Dices 2do. Verba illa Psalmi 50. Averte faciem tuam a peccatis meis ita interpretatur Augustinus: „Deus avertendo faciem peccata delet„. Non igitur alia ratione Deus peccata remittit, nisi ea non respiciendo, seu non imputando.

R. et Psalmistam et Augustinum seipsos satis aperte fuisse interpretatos. Pergit enim Psaltes: et omnes iniquitates meas dele. Augustinus autem: Peccatum ~~unde~~ unde se Deus non avertit, advertit: si advertit animadvertit... Avertit faciem Deus, et sic delet, avertendo

faciem delet peccata delet advertendo scribit. Audisti advertendo delentem, audi advertendo quid facientem? Vultus autem Dñi super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum non delendo peccata eorum,,

Dices 3.° idem Aug. lib. de perfectione justitiae c. 8. docet neminem in hac vita mortali perfecte implere posse praeceptum diligendi Deum ex toto corde, et ex anima tota. Sed qui non diligit manet in morte, ut dicitur 1. Joan. 3. Ergo nemo ita justificatur, ut peccata vere tollantur, sed ita solum ut non imputentur.

R. ex Augustino in hac vita praeceptum diligendi Deum omni modo non impleri, quatenus homo sine speciali Dei privilegio omni culpa etiam veniali carere nequit; licet frequenter custodiatur quoad substantiam ab omnibus justis, donec in justitia perseverant. ,,Cum est adhuc aliquid carnalis concupiscentiae, quod vel continendo frenetur, non omni modo ex tota aña diligitur Deus. Non enim caro sine aña concupiscit, quamvis caro concupiscere dicatur, quia carnaliter aña concupiscit. Tunc erit justus sine ullo omnino peccato, quando nulla lex erit in membris ejus repugnans legi mentis ejus, sed prorsus toto corde, tota aña, tota mente, diliget Deum, quod est primum, summumque praeceptum,, Ita ibidem Aug.

Dices 4to. S. Ambrosius lib. 2. de Jacob justificationem exponens utitur exemplo ipsius Jacob sese vestimentis Esau et pelle hedina occultantis. Ergo sicut Jacob alter ita contectus apparebat, quam re ipsa erat; eodem modo ex Ambrosii sententia quamvis peccator Dei misericordia coopertus justus appareat, intrinsece tamen commaculatus remanet.

R. quo sensu peccata nostra in justificatione tegi dicantur, superius explicatum fuisse. Ceterum in comparatione Jacob cum homine justificato in hoc similitudo aliqua potest considerari: sicut Jacob alienis indutus vestimentis Esau repraesentavit; ita homo non ex operibus quae suis viribus fecerit ipse, sed per Christi obedientiam justus evadit. Similitudinem autem

Ambros. l. de mysteriis cap. 2. aquam baptismi eam esse dicit,, qua caro mergitur, ut omne abluatur peccatum,,

in eo institui non posse, ut quemadmodum Jacob etiam post illud tegumentum idem remansit, qui antea fuerat, ita etiam peccator postquam justificatus est, reipsa et coram Deo reus dici queat; clarius evincetur per illam, quam statim enuntio.

Assertio II.

Impius non justificatur per externam imputationem justitiae Christi, sed per internam gratiae infusionem.

Probatur. Ezechiel 36. Dabo vobis cor novum et spiritum novum ponam in medio vestri. Ad Titum 3º Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, et renovationis Spiritus S. quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vitae aeternae. Ad Rom. 5. „Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis. Itaque in justificatis immutatur cor, renovatur Spiritus, diffunditur in cordibus nostris charitas, et Spiritus sanctus effunditur abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum. At quis nisi infidelis haec omnia effici per solam justitiae Christi externam imputationem, non per internam gratiae infusionem asseverabit?

Accedant Patres legitimi Scripturarum interpretes. S. Basilius lib. de Spiritu S. c. 17. „sicut potentia videndi, ait, in oculo sano, ita et efficacia Spiritus in anima purgata„. Ergo sicut illa intrinsece oculo inest, ita justo gratia intrinsecus adhaeret. S. Cyrillus Alex. lib. 4. in Isaiam „Formatur in nobis Christus, [illegible] nobis Spiritu divinam quandam formam per justificationem inducente„. Haeccine sunt effectus solius externae imputationis? Ut in ore duorum vel trium stet omne verbum, adjungamus et Augustinum, qui lib. de Spiritu et littera passim hanc Catholicae fidei veritatem tradit, praesertim vero cap. 9. 10. et 32. „Regimur, inquit cap. 10, justificamur in Christo, qui credunt in eum propter occultam communicationem et inspirationem gratiae spiritualis, qua quisquis adhaeret Domino, unus spiritus est„. Haec aliaque

Joan. 4. Aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Fons iste, ut exponunt Cyr. Theophilact. Hier. Bas. Ambr. Aug. [illegible] apud Belarm. est Spiritus sanctus per gratiam inhabitans, sive gratia a Spiritu S. inhabitante diffusa.

2 Corinth 1. Unxit nos Deus et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. 1. Joan. 2. Unctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. et cap. 3. Qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quia semen ipsius manet in eo.

S. Dionysius c. 2. part. 2. lib. de Eccles. Hier. Sacrae Electionis principalis progressus est secretissima illa et ineffabilis operatio, qua divinus in nobis status efficitur.

S. Cyprianus epist. 2. lib. 2. ad Donatum: postquam desuper se lamen infudit, caelitus Spiritu hausto in novum me hominem secunda nativitas reparavit. Mors ista criminum, vita virtutum.

S. Ambrosius contendens in mente non in corpore fieri justificationem Christi, es ergo, inquit, o homo, et pictus a Domino Deo tuo, bonum habes artificem, atque pictorem. Noli eam delere picturam, non fuco, sed veritate fulgentem, non cera expressam, sed gratiam.

S. Greg. Naz. orat. in s. lavacrum de ejus effectu. Novos ex veteribus ac Dei similes efficit absque igne conflans, et sine confractione irradians.

Hipponensis verba adeo aperte contra Novatores pugnant, ut Calvinus lib. 3. instit. c. 11. edixerit Augustini sententiam, vel saltem loquendi rationem non esse per omnia recipiendam. Sed maximus Africanus Calvini correctione, limave non indiget. Bene vero Calvini, ejusque assectarum audacia sibi promeruit dignissimam Tridentini animadversionem, quod sess. 6. can. 11. pronunciavit: „Si quis dixerit homines justificari vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia et charitate, quæ in cordibus eorum per spiritum S. diffunditur, atque illis inhæreat: aut etiam gratiam qua justificamur, esse tantum favorem Dei, anathema sit

Objicit Calvinus lib. 3. instit. c. 11. complura Scripturarum oracula. Ad Rom. 4. „Credidit Abraham, et reputatum est illi ad justitiam. – Credenti in eum, qui justificat impium reputatur ejus fides ad justitiam„. In hoc capite Apostolus undecies justitiam imputationem appellat. Quibus prorsus similes phrases in aliis divinis libris sæpe occurrunt. Ad Ephes. 4. „Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate„. Prima ad Cor. 1. „Factus est nobis (Christus) sapientia a Deo, et justitia, et sanctificatio, et redemptio„. Quibus verbis consona sunt ea Phil. 3. „Inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Jesu quæ ex Deo est justitia in fide„. Nos ergo non habemus justitiam nobis intrinsecam, atque inhærentem, sed justitiam Christi nobis imputatam justi vocamur.

R. ad primum. Apostolus eo loco redarguit illos, qui non ex fide in Christum, sed ex legis observantia, et ex carnis circumcisione justificationem haberi putabant. Quare hujusmodi testimonia non aliud evincunt, quam justificationem ex fide et gratia Christi repetendam esse. Non enim ait credenti in Deum justitiam imputari, sed fidem imputari ad justitiam; non quia fide, quasi manu Christi justi-

tiam apprehendamus, sed quia fides est dispositio ad justificationem obtinendam necessaria. At nonne aliquid reputari in justitiam dici potest, etsi illa justificato intime hæreat? Certe et peccatum intrinsecus inest animæ, ultro fatentibus Sectariis, et tamen non raro in Scriptura, ut Deut. 23. v. 21. c. 24. v. 15. 1. Paral. 21. v. 3. quædam in peccatum reputari dicuntur.

R. ad 2dum. induere novum hominem est transire a statu peccati ad statum gratiæ, ita ut qui induit novum hominem, monente Apostolo, simul et veterem deponat. Sed homo vetus, qui deponendus est, procul dubio est peccatum unicuique inhærens: ergo novus quoque induitur per gratiam nobis inhærentem. Quare Apostolus ad Ephes. et Collos. docet nos induere novum hominem, dum <u>renovamur spiritu mentis nostræ, et secundum Dei imaginem reformamur</u>; quæ sane renovatio Spiritus, et divinæ imaginis reformatio interius exprimunt animæ ornamentum.

R. ad 3tium retorquendo arg. Christus factus est nobis justitia, sicut factus dicitur Sapientia; sed non est nostra sapientia quasi formaliter per illam sapientes simus; ergo nec factus est nobis justitia, quod nec illius ipsius justitiam simus formaliter justi. Acutissime ut solet Aug. lib. de Spir. et litt. c. 9. „ <u>Sicut fides Christi</u> dicta est, non qua credit Christus, sic et justitia <u>Dei</u>, non qua <u>justus est Deus. Utrumque enim nostrum est</u>. sed ideo Dei et Christi dicitur, quod ejus nobis largitate donetur„. Scriptura sæpissime loquitur per metonimiam causam loco effectus usurpando, ut psalm. 26 <u>Dominus illuminatio mea, et salus mea</u>. ita Christus dicitur justitia nostra, quia ipse nobis justitiam promeruit.

R. in postremo testimonio Apostolum asserere se non habere justitiam suam ex lege, idest ex propriis operibus legis, sed eam per Christi fidem accipere; quo nihil aliud notatur, nisi fidem esse initium justificationis. At plenius et hoc et cætera omnia Apostoli loca intelligentur, si omnes justificationis nostræ causæ recolantur, quas ita Sinodus Tridentina sess. 6. c. 7. recenset, „ Hujus justificationis causæ sunt; finalis quidem

gloria Dei et Christi; ac vita aeterna. Efficiens vero misericors Deus, qui gratuito abluit et sanctificat, signans et ungens Spiritu promissionis Sancto; qui est pignus haereditatis nostrae. Meritoria autem dilectissimus unigenitus suus, Dominus noster Jesus Christus, qui cum essemus inimici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno Crucis nobis justificationem meruit, et pro nobis Deo Patri satisfecit. Instrumentalis item Sacramentum Baptismi, quod est Sacramentum fidei, sine qua nulli unquam contigit justificatio. Demum unica formalis causa est justitia Dei; non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit; qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostrae; et non modo reputamur, sed vere justi nominamur et sumus, justitiam in nobis recipientes, unusquisque secundam[2] suam mensuram[3], quam Spiritus Sanctus partitur singulis prout vult, et secundum propriam cujusque dispositionem, et cooperationem„.

Corrolarium primum. Ex postremis Tridentini verbis docemur gratiam habitualem, seu justificantem non esse in omnibus aequalem, sed diversam pro diversa donationis mensura; ac varia cujusque dispositione. Contrarium errorem tradidit olim Jovinianus, teste S. Hier. l. contra eundem, traduntque modo Calviniani. Sed, ut cum Augustino epist. 58. loquar„ Fatendum est, ubique esse Deum per praesentiam[2] divinitatis, sed non ubique per inhabitationis gratiam. Quum igitur, qui ubique est, non in hominibus omnibus habitet, etiam in quibus habitat, non aequaliter habitat. Nam unde est illud, quod Eliseus poposcit, ut dupliciter in eo fieret Spiritus Dei, qui erat in Helia? Et unde in omnibus sanctis sunt alii aliis sanctiores, nisi abundantius habendo habitatorem Deum?„ Et epist. 122. alias 29.„ induti sunt Sancti justitia alii plus, alii minus„.

Corrolarium secundum. Dum idem Concilium declaravit, Unicam formalem causam justificationis nostrae esse justitiam Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit„ non mediocre vulnus inflictum fuisse videtur

illi Scotistarum opinioni, qua justificationis causam dicunt quidem esse gratiam, sic tamen ut sola ejus entitas non sufficiat, sed pacto praeterea quodam, et favore Dei externo opus sit, quo amici Dei efficiamur. Cum enim favor hic ab entitate gratiae diversus sit, cum praeterea sit externus, cumque idcirco in nobis recipere non possimus, quomodo verum erit, justificationis nostrae causam formalem esse unicam, hanc vero justitiam esse, quam in nobis recipimus, et quae in nobis intime inhaeret. Ob eamdem rationis etiam rejicienda videtur sententia Vasquezii, qui aliquando saltem actum Charitatis vel contritionis causam formalem justificationis esse docuit. Haec enim, ut prior, pluralitatem causarum formalium justificationis nostrae introducit; cumque actus ille transiens sit, nobis nequaquam inhaeret. Rejecta igitur Charitate seu contritione inter causas ad justificationem disponentes, quia justitia Dei, qua renovamur spiritu mentis nostrae et vere justi nominamur et sumus, eadem est cum gratia quam Theologi sanctificantem et habitualem appellant juxta Tridentini doctrinam unica formalis causa justificationis nostrae est gratia sanctificans.

Corrol. III. Hujus gratiae sanctificantis effectus formalis primarius est remissio peccatorum, et renovatio animae interior, ut superius dictum est. Quoniam autem per hanc interiorem hominis renovationem, quam Tridentinum appellat translationem ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adae in statum gratiae et adoptionis filiorum Dei per secundum Adam J. C. Salvatorem nostrum, homini tribuitur sanctitas et justitia; hanc gratiam ideo Theologi sanctificantem et justificantem nominarunt. quia vero non instar vitalis et transeuntis actionis confertur, quod actuali gratiae proprium est, sed stabilem quemdam, et permanentem animae statum inducit, quo nempe nisi culpa sua nemo excidit, etiam habitualem seu permanentem, et intime nobis inhaerentem dixerunt. Et merito si enim gratia sanctificans e genere actionum transeuntium esset, quomodo parvuli et amentes, quibus illa tribui non possunt, sancti et justi efficerentur? Quomodo

Spiritus S. in justis manere, mansionem quam eos facere joan. 4. v. 16. item 1. joan. 3. v. 17. et 23 diceretur? quomodo Patres eam passim similitudinem Dei, signaculum Spiritus S. sanctitatem, et novam animae regenerationem vocassent? quomodo denique Conc. Trid. sess. 6. can. 11. definivisset justificationem fieri per gratiam nobis inhaerentem, et c. 7. per justitiam in nobis receptam; quomodo item can. 32. eam crescere et augeri; c. 11. per peccata venialia non deperdi; c. 16. posse perpetuo conservari docuisset. Haec auxilio transeunti, seu indeliberatae illustrationi intellectus, et piae motioni voluntatis convenire non possunt. Quare argumenta haec tanti visa sunt aliquibus, ut sententiam hanc inter fidei dogmata a Trid. definita referre non dubitaverit.

Corr. IV. Alter effectus gratiae sanctificantis itidem formalis est adoptio, qua justi efficiuntur filii Dei adoptivi juxta illud ad Rom. 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba (Pater). Sicut autem in adoptione civili is qui adoptatur transit in potestatem, et familiam adoptantis; secundo ad ejus haereditatem jus habet obtinet; tertio eoque ipso jus etiam ad media, quibus ei tandem adeundae idoneus efficiatur; 4to peculiaribus quibusdam ornamentis, donis ac beneficiis cumulatur, iisque a reliquo hominum vulgo discernitur, ita prorsus in adoptione filiorum Dei evenire solet. Nam primo juris sui esse desinunt, +Deoque non communi illo modo, quo peccatores etiam Deum Patrem habent, sed singulari plane amicitiae, ac filietatis genere inveniuntur: sunt enim amici Dei, Vos amici Dei estis si feceritis, quae ego praecipio vobis, jam non dicam vos servos, quia servus nescit, quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos: sunt filii Dei 1. joann. 3. v. 1 Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus: sunt nati ex Deo joann. 1., renati ex Spiritu Sancto joann. 3. eoque ipso efficiuntur divinae consortes naturae 2. Petri 1. Secundo jus ad haereditatem vitae aeternae obtinent. Signantur enim Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus haereditatis nostrae

+ An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus S. qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri: 1 Cor 6. v. 19

ad Ephes. 1. v. 14. et ad Rom. 8 v. 16. Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei. Si autem filii et haeredes; haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi: si tamen compatimur, ut et conglorificemur. Tertio haereditate hac ne excidant gratiis a Deo uberius adjuvantur, quae seu praeceptum urgeat, seu tentatio instet, numquam illis deerunt,, eos enim qui nati sunt ex Deo generatio Dei conservat, et malignus non tangit eos,, 1. Joan. 5. Quarto demum accedit amplissimus donorum caelestium et virtutum tam theologicarum, quam moralium apparatus quibus anima justi exornatur. Nam maxima et pretiosa nobis promissa donantur 2. Petri 1. et ut ait Trid. sess. 6. c. 7. ,, in justificatione cum remissione peccatorum haec omnia simul infusa accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur, fidem spem et charitatem,,. et Cathechismus Rom. inter effectus Baptismi recenset,, nobilissimum omnium virtutum comitatum, quae in animam simul cum gratia infunduntur,,.

Corr. V. Gratiam sanctificantem, ceterasque virtutes infusas gratiae actuales consequuntur. Hisce adjutus homo non solum in accepta justitia perseverare potest, ut cap. ult. libri superioris demonstratum est, sed etiam omne veniale peccatum vitare ,, Nam, ut ait S. Aug. lib. 2. de peccat. meritis et remiss. c. 6., qui dicunt esse posse in hac vita hominem sine peccato, non est eis continuo incauta temeritate obsistendum. Si enim esse posse negaverimus, et hominis libero arbitrio, quod hoc volendo appetit, et Dei virtuti vel misericordiae, quae hoc adjuvando efficit, derogabimus,, Quod cum pluribus Scripturae testimoniis confirmasset, subjungit,, His itaque aliisque hujusmodi innumerabilibus testimoniis dubitare non possumus, nec Deum aliquid impossibile homini praecepisse, nec Deo ad opitulandum, atque adjuvandum, quo fiat, quod jubet, impossibile aliquid esse. Ac per hoc potest, si velit, esse sine peccato adjutus a Deo,,. Sed quamvis Dei adjutorium quod justis confertur, veram potentiam tribuat peccata etiam venialia declinandi; tamen attenta fragilitate voluntatis humanae peccato originali sauciatae, concupiscentiis praeterea, tentationibus, pravisque habitibus obnoxiae

et nativa in bona inconstantia, numquam fiet, ut ea junctim et collective sumpta toto, aut longiori vitae tempore existentur, nisi ex speciale et extraordinarium Dei privilegium accedat, quod nonnisi Deiparae Virgini Mariae concessum novimus. Quare Ecclesiastes c. 7 „ Non est, inquit, homo justus in terra, qui faciat bonum, et non peccet „. Et 1. Joann. c. 1. „ Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est „. His iisdem Scripturae testimoniis Pelagianos impugnat Augustinus, qui non solum posse esse, sed et multos, ut Noe, Jobum, Danielem, Zachariam, Elisabeth etc. absque omni peccato fuisse dicebant. Cum enim ad singula haec exempla l. 2. de peccator. meritis c. 10 et seqq. respondisset, c. 14 ita concludit „ Sic itaque omnes, quicumque in hac vita omnium Scripturarum testimoniis in bona voluntate, atque actibus justitiae praedicati sunt, et quicumque tales vel post eos fuerunt, quamvis non iisdem testimoniis laudati, atque praedicati, vel nunc usque etiam sunt, vel postea quoque futuri sunt, omnes magni, omnes justi, omnes veraciter laudabiles sunt, sed sine peccato aliquo non sunt: quoniam Scripturarum testimoniis, quibus de illorum laude credimus, hoc etiam credimus, non justificari in conspectu Dei omnem viventem; ideo rogari, ne intret in judicium cum servis suis; et non tantum universaliter fidelibus omnibus, verum etiam singulis esse orationem Dominicam necessariam „ ut scilicet dimitti sibi debita sua postulent. Non sum equidem nescius Pelagianos verba illa divinae dimitte nobis debita nostra a justis humilitatis potius, quam veritatis studio pronuntiata, fuisse. At neque ignoro Augustinum contendere id sine mendacio fieri potuisse; et hujusmodi Pelagianorum invento a Concilio Milevitano anathema fuisse pronuntiatum. Justorum etiam, ut Conc. Trid. PP. verbis utar, justorum vox illa est et humilis et verax Dimitte nobis debita nostra „. Alterum effugium Pelagianis praeclusit sinodus Carthaginensis, dum can. 8. anathema illi prodidit „ qui dicant, in oratione Dominica ideo dicere Sanctos dimitte nobis debita nostra, ut non pro seipsis hoc dicant,

quia non est eis jam necessaria ista petitio, sed pro aliis, qui sunt in suo populo peccatores, et ideo non dicere unumquemque sanctorum dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, ut hoc pro aliis potius, quam pro se justus petere intelligatur.

Quaeres quid gratiae sanctificantis nomine venire debeat. R. quemadmodum in rebus difficilioribus evenire solet, plures esse Theologorum opiniones. Fuerunt e veteribus nonnulli qui postquam qualitates absolutas e Peripatetica Philosophia in Theologiam transtulerunt, in eorum numero gratiam sanctificantem collocarunt. Verum qualitatibus ejusmodi, quae propriam, et a substantia diversam entitatem habeant, locus jam nullus est aetate hac, qua per qualitatem non ens quodcumque determinatum, sed habitudinem dumtaxat, et statum quemdam rei permanentem intelligere solemus, qui status a substantia, cui inest, non differat ut res a re, sed ut modus existendi a re existente. Atque hoc sensu intelligi commode possunt ea Catechismi Romani verba tit. de Baptismo, quibus dicitur a Tridentinis Patribus definitum fuisse, gratiam sanctificantem esse divinam qualitatem animae inhaerentem.

Alii gratiam habitualem cum actu Charitatis, vel gratia ad eam excitante eandem esse voluerunt. Hanc quondam opinionem Clemens V. in Concilio Viennensi ut probabilem refert, etsi oppositam ipse ut probabiliorem amplectatur. Sed quomodo isthaec hodie sustineri possit, non intelligo. Tridentina enim Synodus sess. 7. Can. 6. 7. et 8 de Sacramentis in genere definivit gratiam sanctificantem infallibiliter conferri omnibus, quicumque novae legis Sacramenta absque obice recipiunt; proinde parvulis etiam, qui tamen neque actus Charitatis, neque ad eam excitantis gratiae sunt capaces.

Quidam gratiam sanctificantem a Charitatis habitu voce sola differre voluerunt; quod saepius in Scriptura legatur, Charitas remittere peccata, ut Lucae 7. remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum; amicos Dei efficere Joan. 14. Qui diligit me, diligetur a Patre meo; vitae aeternae jus tribuere, Jacobi 4. Accipiet coronam

vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se; qui ideo effectus gratiæ sanctificantis. Verum fundamentum hoc debile est: locis enim allatis non de habituali, sed de actuali Dei dilectione agitur, cui tamquam proximæ ad justificationem dispositioni ea tribuuntur, quæ soli verè ipsi gratiæ sanctificanti sunt propria. Imo ex Scriptura oppositum potius colligi videtur, quæ gratiam ab habitibus virtutum, qui in justificatione infunduntur, distinguit. Nam 2 ad Cor. 13 ~~Gratia D. N. J. C. et Charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.~~ ~~et~~ ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Quæ verba quoniam ad explicandam justificationem impii Conc. Trid. sess. 6 c. 7 usurpat, uti per charitatem diffusam charitas habitualis, ita per Spiritum S., qui datus est, ejus donum, seu gratia sanctificans intelligi, eoque ipso ab illa diversa esse debet. Idem discrimen et in eodem concilio animadvertere licet, quod ~~cit. sess. et cap.~~ citato loco docet hominem justificari „per voluntariam susceptionem gratiæ et donorum: et in justificatione hæc omnia simul infusa accipere hominem per Jesum C. cui inseritur, fidem, spem et charitatem„.

Sunt demum qui post Dionysium Petavium gratiam sanctificantem arbitrantur esse ipsam Spiritus S. personam, quæ secundum suam substantiam justi animam peculiari quodam modo inhabitet, eique ita uniatur, ut eam formæ instar denominet justum, sanctum etc. Fundamenta hujus opinionis duo sunt hæc potissimum: primum quod in Scriptura Spiritus S. dari justis, in eorum cordibus diffundi, in iis esse, manere, habitare, divinæ consortes naturæ efficere dicatur. Secundum quod PP. tum græci, tum latini sanctificandi virtutem ita Spiritui Sancto attribuant, ut is non per virtutem, qualitatem aliquam, aut creatum quodcumque aliud, sed immediate, per se, divina sua substantia homines sanctificare, templorum instar inhabitare, replere, ungere signare videatur.

Verum hæc non tanti sunt, ut Petavii sententiam mihi persuadeant. Non primum. eadem enim prorsus

sententiam hanc præclare impugnat s. Thomas 1. 2. q. 110 a. 3 Magistri sententiam impugnans. Oppositum autem statuit Angelicus primo suffultus auctoritate s. Aug. qui lib. de dono persev. c. 16 ait Gratia prævenit fidem. prævenit charitatem, qua una Deo veraciter, et suaviter obeditur.

Secundo quod ex Philosopho virtus sit quædam dispositio perfecti: dico autem perfectum, quod est dispositum secundum naturam. Unde virtus dicitur in ordine ad naturam præexistentem. Sed gratia est quædam participatio divinæ naturæ, ex qua anima nostra veluti novam supernam naturam sortitur. Igitur virtutes dicuntur in ordine ad hanc supernam participationem præexistentem. Quare sicut anima est veluti radix potentiarum, ita gratia est fundamentum virtutum. Ut habitum fidei et spei remanere sine charitate.

Hinc art. 4. statuit gratiam residere in anima tamquam in subjecto; non autem in aliqua potentiarum v. g. voluntate, in qua residet habitus charitatis. Per gratiam scit anima regeneratur, ac veluti renascitur, estque anima lux, juxta illud ad Eph. eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Dno: ut filii lucis ambulate. Virtutes igitur infunduntur ut opera lucis promptius, suaviusque exerceantur. Vid. tu Bellarmine et Tournely

... eversor hanc sententiam urgenda Trid. Synod. quae definivit, nos justificari justitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit.

de tota Trinitate Joan. 14. leguntur: Si quis sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Similiter Apostolus ad Eph. 2. dicitur habitare in cordibus nostris, et 2. Cor. 6. in nobis tamquam in templis Dei vivi inhabitare. neque tamen idcirco gratiam habitualem esse ipsas quasi tales personas, aut totam Trinitatem nobis essentialiter unitam arbitramur. Neque plus nos movet adversum fundamentum. Patres enim iis loquendi modis non formalem, sed efficientem causam justificationis nostrae perstringunt, quae, esto communis sit toti Trinitati, specialiter tamen et eo modo tribuitur Spiritui Sancto, quo communis omnibus divinis personis potentia Patri, et Filio Sapientia tribui solet. Agunt enim locis illis adversus Pneumatomachos, qui Spiritum S. non divinam Personam, Deumque, sed Dei administrum, virtutem, qualitatem, energiam non subsistentem, vel subsistentem quidem, sed creatam esse volebant. Hos igitur dum impugnant, docent non mediante hujusmodi virtute, qualitate, energia quales dixi, sed immediate a Spiritu S. Deo vero, ac proinde a Patre et Filio consubstantiali nos inhabitari, ungi, sanctificari, quod ex Patrum testimoniis, quae Petavius lib. 8 de Trin. c. 4. 5. 6. et 7. in rem suam advocat non obscure colligitur, licet multo clarius innotescat, si loca illa cum Patrum scopo, totoque contextu conferantur.

Haec de praecipuis aliorum in hac quaestione opinionibus dicta sufficiant. Facilius quid non sit, quam quid sit gratia sanctificans definiri potest, sed ad revincendos haereticos, et rudes etiam instruendos satis est naturam illius ex effectibus, quos recensuimus, explicare, ac dicere eam „ donum Dei supernaturale, et animae intrinsecus inhaerens, quo homo redditur justus, sanctus, Deo gratus, filius Dei adoptivus, et haeres vitae aeternae. Quo recidere videtur ea gratiae descriptio, quam nobis exhibet Catechismus Rom. jussu Pii V. editus, qui p. 2. de Baptismate ait. „ est autem gratia, quemadmodum Trid. Synodus ab omnibus credendum poena anathematis proposita decrevit, non solum per quam peccatorum fit remissio, sed divina qualitas,

in aīa inhæreus, ac veluti splendor quidā, ac lux, quæ animarū nostrarū maculas omnes delet, ipsasque aīas pulchriores, ac splendidiores reddit,,

Caput III.

Neminē citra specialē Dei revelationem certum esse de propria justificatione; ac gratiā sanctificantem amitti posse demonstratur.

III. Duo nobis adhuc circa gratiā sanctificantē capitales Novatorū errores sunt rejiciendi. Lutherus postquā docuit, impios sola fide justificari; aliud addidit non minus absurdū dogma, quemlibet scilicet de sua justificatione ita certum esse posse, ut de aliis fidei articulis certissimus esse debet. In thesibus enim anno 1518 vulgatis ita loquitur „ usque adeo infidelitatē errant, qui remissionem culpæ incertā asserunt propter incertitudinē contritionis,,. Placuit istud idē etiā Calvino, qui lib. 3. instit. c. 2. „ Vere inquit fidelis non ē, nisi qui solida persuasione Deum sibi propitiū, benevolumque Patrē esse persuasus de ejus benignitate omnia sibi pollicetur, nisi qui divinæ erga se benevolentiæ promissionibus fretus indubitatā salutis expectationē præsumit, fidelis inquā non est, nisi qui salutis securitati innixus Diabolo, et morti confidenter insultat,,. Quod si Calvinus in antidoto ad sess. 6. aliquā injustis diffidentiā suæ justificaōnis admittere videtur, inde factū esse intelligimus, quia contradictio haud rara iis esse solet qui a veritate aberrant. Quod ceteros Calvinistas spectat calumniose sibi hanc doctrinā affingi olim conquestus ē Minister Sedanensis Le Blanc de Beaulieu. Sed eū Arnaldus in opere, cui titulus Le renversement de la Morale de J. C. par les erreurs des Calvinistes touchant la justification l. 10. c. 4. adductis plurimis Bezæ, Zanchii, Chamieri, Tavzii aliorumque Calvinistarū testimoniis uberrime confutavit.

Huic errori alterū adjunxerunt Heterodoxi, hominem semel justificatū acceptā gratiā nunquā amittere posse. Hoc paradoxum, quod teste Aug. de hæresibus tradiderat jā pridē Jovinianus, iterū in scenā adduxit Calvinus lib. 3. instit. c. 2. „ Solos, inquit novus Theologus, suos

electos semine incorruptibili Deus inperpetuum regenerat, ut nunquam dispereat semen vitae in eorum cordibus insitum". Atque hoc idem in Dordrechtano conciliabulo contra Arminianos can. 5. definivere rigidiores Calvinistae. Hoc portentum a Luthero praeformatum fuisse produnt ejusdem verba apud Eckium, "prorsus non dubitamus nos esse salvos, postquam baptizati sumus, quia promissio ibi facta non est mutabilis ullis peccatis. Unde baptizatus etiam volens non potest perdere salutem, quia nulla peccata possunt eum damnare, nisi incredulitas". Contrarium nos profitentes cum Catholica Christi Ecclesia statuimus

Assertio I. ~~Catholica~~.

Nemo in hac vita positus citra specialem Dei revelationem de sua ~~sua~~ justificatione omnino certus esse potest.

Probatur. Ecclesiastis 9. v. 1. "Sunt justi, atque sapientes, et opera eorum in manu Dei; et tamen nescit homo utrum amore, an odio dignus sit: sed omnia in futurum servantur incerta". Frustra vim hujus ~~argumenti~~ testimonii eludere nituntur Adversarii reponendo primo, id dici de amore et odio hominum, de quorum amicitia nimium est difficile judicare; 2do Salomonem solum judicare non negare omnino id posse sciri, sed solum id posse sciri ex eventibus externis, quod indicat rationem hanc afferens "eo quod universa aeque eveniant justo et impio, bono et malo etc." 3tio posse locum exponi de cognitione, quam habet homo de conditione suae naturae, non autem de ea, quam habere potest ex interno testimonio Spiritus S. qui habitat in eo; 4to quod si stricte accipiatur testimonium, sequeretur, ne insignes quidem peccatores certiores odio se dignos esse. Respondetur enim, primam interpretationem alienam esse ab ipsius testimonii verbis in quibus dicitur; "sunt justi, atque sapientes, et opera eorum in manu Dei"; secundam expositionem excludunt verba postrema, "sed omnia in futurum servantur incerta", quod verum non esset, si justi quocunque tandem modo esse possent de accepta justitia securi. Quae verborum adjectio etiam tertiam interpretationem excludit. Postrema cavillatio ut dispungatur, sufficit advertere,

ibi non de peccatoribus, sed de justis sermonem haberi: sunt justi, atque sapientes etc.

Hoc priori ita vindicato testimonio alia non minus aperta innectamus. Prov. 20. Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum a peccato? Apost. 1. Cor. 4. 3. „Mihi autem pro minimo est, ut a vobis judicer, aut ab humano die; sed neque me ipsum judico: nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum: qui autem judicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus judicare„. Quibus verbis Corinthios a temerario judicio inde cohibere voluit, quia neque seipsum judicare poterat; quum ex eo, quod peccati conscientiam non haberet, non idcirco esset apud Deum justificatus. Neque officiunt quidquam Adversariorum cavillationes, dum ajunt, Apostolum de sua justitia se incertum dicentem pronuntiasse, aut attentis duntaxat operibus suis, aut juxta hominum opinionem, quibus sua justitia non innotescebat; quum praesertim ipse non solum de sua justificatione, sed etiam salute fuerit securus. quod S. Thomas ex iis verbis colligit 2. Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea. Primum enim nihil confert ad scopum Apostoli; alterum elidunt verba illa sed neque me ipsum judico. Quod autem addiderunt Paulum fuisse de sua justitia et praedestinatione securum, etiamsi concedatur, (quod tamen aliqui incertum esse contendunt) nullius est momenti: namque hoc cum aliis Apostoli verbis conciliatur reponendo, vel quum primam Epist. ad Corinth. scripsit, nondum fuisse de sua justitia edoctum per revelationem; vel quod allatum testimonium prohibent attenta humanae infirmitatis conditione, quae neminem securum esse sinit, nisi divina revelatio praecedat.

Accedant et illa, quae ad salutarem metum incutiendum omnibus scripta sunt. „Ecclesiastici 5.„ de propitiato peccato noli esse sine metu„. Ad Phil. 2. „Cum metu et tremore vestram salutem operamini„. Similia leguntur ad Rom. 11 v. 20. 1. Petri 1 v. 11. 2. Petri 1. v. 10. etc.

Consentiunt Patres, S. Joan. Chrysost. interpretans locum 1. ad Cor. 4. Hier. exponens allata Ecclesiastici verba,

9. Hinc rursus Hieronymus in Ecclesiasten exponente:
„Inveni, inquit, justorum quidem opera
„in manu Dei esse, et tamen utrum amentur a
„Deo, an non, nunc eos scire non posse, in futu-
„ro igitur sciet, et in ultra conditione sunt omnia,
„id est antea et eos, cum de hac vita discesse-
„rint, notitia istius rei;„

item lib. 2. adversus Pelag. s. Ambrosius serm. 5. in psalm.
118. s. Basilius in Constit. Monast. c. 2. Theodoretus in
comment. ad c. 4. epist. prim. ad Cor. Gregor. Magnus lib.
9. Moral. c. 17. Augustinus de perfect. justitiae c. 15 etc.

Ratio demum manifesta suffragatur. Etsi vere ad Deum conversos, Sacramentaque eo, quo oportet, modo suscipientes justificari fide certum sit, argumentum tamen certum et evidens nullum adduci potest, ex quo circa hoc de seipso securus esse quisquam possit absoluta illa, cui falsum subesse nequeat, certitudine. Unde enim hanc repetamus? non utique a causa instrumentali, scilicet a Sacramentis: horum enim valor saepe ab ordinatione, semper a Ministri intentione dependet, quae sciri infallibiliter non potest. Non ab actibus illis, qui justificationi praeire debent, atque ad eam disponunt: hi enim nisi supernaturales sint, ad eam non conferunt; quo autem argumento eos supernaturales fuisse cognoscere licebit? Non demum ab effectibus justificationem consequentibus, ut sunt tranquillitas conscientiae, opera virtutis eximia etc. illa enim illudi incauti potest, qui saepe reputent, quae Jer. 8. legimus „pax, pax, quando non erat pax„; ista vero etiam in hominibus injustis locum habere possunt.

Itaque jure ac merito, seu Scripturas scrutent, seu Patres audias, seu rationem consulas, Tridentina Synodus sess. 6. c. 9. definivit „Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui vere justificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere se esse justificatos — Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito deque Sacramentorum virtute dubitare debet, sic quilibet, dum seipsum, suamque propriam infirmitatem, et indispositionem respicit, de sua gratia formidare, et timere potest; quum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum„.

Objic. 1.o in epist. ad Rom. 8. dicitur: „ipse enim Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus filii Dei„; sed Dei filietas absque gratia justificationis esse non potest, de sua igitur justificatione certus esse quisque potest, et quidem certitudine fidei.

Nam ut ait s. Chrisost. hom. 14. in hanc Epistolam "Quando Spiritus Sanctus testatur, quaenam potest esse ambiguitas?" Et s. Bernardus serm. 1. de annunt. "Hoc est testimonium, quod perhibet in corde nostro Spiritus S. dicens: dimissa sunt tibi peccata".

R. testimonium, quod reddit Spiritus Sanctus, quod simus filii Dei, non haberi per verbum aliquod expressum, idest per revelationem, sed per experimentum quoddam suavitatis, et tranquillitatis conscientiae nihil remordentis. Sed haec magnam quidem fiduciam in nobis excitare possunt, juxta illud 1. Joan. 3. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, non possunt tamen in nobis plenam et omnimodam nostrae justificationis certitudinem gignere. S. Joannes Chrisost. loquitur de toto Christi fidelium coetu, cui a Spiritu S. facta est revelatio, ipsum esse populum electum, et divinarum promissionum haeredem, si tamen ea, quae illi praecepit Dnus, fideliter adimpleverit. Ceterum seclusa revelatione speciali, neminem se gratia sanctificante ornatum esse certo cognoscere posse, non semel, neque obscure tradidit Praesul ille Constantinopolitanus. Hom. 87. in Joan. sanctum Petrum ita loquentem inducit "Propterea contristatus sum, ne forte me amare arbitratus, non amem ~~ut ante~~, ut ante cum me fortem, et constantem putavi, imbecillis inventus sum". S. Bernardus affirmat, quidem nos credere debere a Deo peccata remitti; modo ex parte nostra nihil eorum, quae ad veniam impetrandam sunt necessaria, desideretur. Praemittit enim "Si credis peccata tua non posse deleri nisi ab eo, cui soli peccasti, bene facis, sed adde adhuc ut credas, quia per ipsum tibi peccata donantur. Hoc est testimonium, quod perhibet etc. Sed dubium superest, an conditiones, quas ibi requirit, ut peccata deleantur, impleverimus. Quamobrem serm. 1. in Septuag. ait, "Certitudinem non habemus, sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis hujus anxietate penitus cruciemur".

Dices 1.º Eodem cap. 8. ad Rom. „ Certus sum; inquit, quia neque mors, neque vita ... neque ulla creatura poterit nos separare a Charitate Dei „ Hanc autem esse certitudinem fidei censet Aug. lib. in exposition. propos. 58.

R. cum S. Aug. cap. 7. de Corrept. et gratia hic Apostolum loqui de electis, quorum perseverantia certissima est, attenta Dei Prædestinatione. Nam paulo ante dixerat B. Paulus „ Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præscivit, et prædestinavit etc. Alia etiam† est hujus loci expositio desumpta ex voce græca πέπεισμαι, quam hic usurpavit Apostolus, quæ proprie significat, persuasus sum, sive confido. Hinc commentar. Ambrosii hoc loco, et S. Hier. epist. ad Algasiam q. 9. leguntur „ Confido quia neque mors, neque vita etc. Atque idem Apost. in hac ipsa epist. c. 15. ait „ Certus sum fratres mei, et ego ipse de vobis, quoniam et ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia etc. Quis autem dicat Apostolum certum fuisse ex fide, omnes Romanos omni scientia et dilectione fuisse repletos?

Dices 2do. Apost. 2. ad Cor. 13. „ Vos metipsos, inquit tentate, si estis in fide, an non cognoscitis vos metipsos, quia Christus in vobis est, nisi forte reprobi estis „ Ergo certi esse possumus Christum esse in nobis, si de nostra fide certi simus. At SS. Aug. et Thomas docent de fide nos certos esse posse. Ergo etiam aperte cognoscere, num Christus habitet in nobis.

R. hoc argumento colligi dumtaxat posse, nos posse cognoscere, num habitet in nobis Christus per fidem, non autem, num etiam per dilectionem. Toto enim eo capite, et tribus præcedentibus Corinthios graviter reprehendit, multa eorum crimina, eaque gravia recenset, severam ultionem comminatur. quomodo igitur affirmari potuisset omnes illos tunc fuisse justos? Sed quum Apostolus eos moneat, ut seipsos probent, ac tentent, utrum sint in fide, manifeste indicat, eos de hac re certos non fuisse.

Objic. 2do. S. Joann. 1. epist. cap 3. ait,, Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres,, et cap.,, in hoc cognovimus, quoniam in ipso manemus, et ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis,, et cap 5.,, Scimus quoniam ex Deo sumus,,.

R. si verba illa scimus, et cognovimus de singularibus, et determinatis personis intelligantur, proferre certitudinem gravissimis conjecturis nixam, non vero infallibilem, qualis ad fidem est necessaria, et quam Novatores requirunt. Dicimur nempe ea quoque scire et cognoscere, quae verisimilibus signis, et probabilibus argumentis colligimus. Sin autem ea verba, ut pluribus placet, ad totam Ecclesiam sunt dirigenda, certissimum e eam esse sanctam, et quosdam in ea justos: quinam vero sint in particulari nonnisi probabiliter innotescat.

Objic. 3.o Plurima ss. Patrum testimonia, quae Bellarminus lib. 3. de justif. c. 10. aliique collegerunt, quibus dicunt nos de justitia nostra a Deo certos reddi, sine ambiguitate voluntatis a nobis salutem sperari, de ea nos securos esse, evidenti testimonio declarari menti nostrae nostrae, nos esse filios Dei etc.

R. hac omnia intelligenda esse de certitudine, et cognitione non fidei, sed gravibus conjecturis, et rationibus probabilibus nixa. Ita Patres interpretandi duplex validissima ratio est. Prima quod Patres iisdem locis aliis perpetuam hanc Ecclesiae doctrinam ex proposito defendant: secunda, quod ex communi sententia duo ad nostram justificationem requiruntur, Dei misericordia, et hominis cooperatio, paenitentia praesertim et cordis conversio. At licet de divina miseratione post innumeras Dei promissiones ambigere non possimus, si tamen cordis nostri latebras, humanaeque voluntatis infirmitatem, absconditos sinus, ejusque perversitatem ob oculos ponamus, amplissimus de nostra paenitentia locus pertimescendi superest.

Objicies 2º. Trepidandum igitur erit omnibus, nec unquam pacem illam animi, et tranquillitatem inire licebit, quam justis pollicentur Scripturae et Patres. Atqui non ita est. Adultus enim, qui baptizatur debitae praeparationis sibi conscius esse potest; ergo etiam de accepta justitia securus erit. Profecto, si qui infantem baptizat, certus est illum gratia donatum esse; cur adultus, qui baptizatur de propria justificatione certus non erit?

R. certitudinem spei, quae in justis esse potest, etsi non omnem formidinem excludat, quia tamen anxietatem, et mentis perturbationem removet, satis esse conciliandae paci, quam Scripturae et Patres nobis pollicentur. Nec majori gaudet certitudine adultus, qui modo baptizatus est: nam primo de ministri intentione absoluta certitudine certus non est; secundo neque de sua dispositione, quae in adultis esse debet, ut baptismi fructus recipiatur. Quomodo enim absque ullo errandi periculo sciet, actus, qui praecesserunt ~~naturales fuisse~~ supernaturales fuisse? Esto, minister, qui materiam, formam, et intentionem adhibuit in baptismate infantis, qui obicem ponere non potuit, de illius justitia certus sit. At longe aliter se res habet, quum quaeritur num adultus optatam justificationem adeptus sit, sicut cum in hoc plures actuales dispositiones requirantur, quae in parvulo abiis non sunt necessariae, nec posse haberi possent.

Corollarium I. Ex iis, quae in hac disceptatione probavimus, iterum colliges, fidem, quae ad justificationem in adultis requiritur, non esse fiduciam illam specialem haereticorum, qua certissime sibi persuadent, peccata fuisse sibi dimissa; verum fidem dogmaticam, qua firmissimum assensum iis omnibus praebemus, quae a Deo revelata fuerunt. Quare Concil. Trid. sess. 6. can. 12. ait „Si quis dixerit fidem justificantem nihil aliud esse, quam fiduciam divinae misericordiae peccata remittentis propter Christum, vel eam fiduciam solam esse, qua justificamur anathema sit," et can. 14. „Si quis dixerit hominem a peccatis absolvi, ac justificari ex eo, quod se absolvi ac justificari certo credat . . . anathema sit„

Corrolar. II. etsi perfectam certitudinem, qualem docent Haeretici, de accepta justitia nemo habere possit citra peculiarem Dei revelationem; nihil tamen prohibet, quo minus ex indiciis quibusdam firmam de illa spem concipiamus. indicia vero potissimum sunt sequentia: post acrem, et diuturnam nostri discussionem nullius delicti conscientia; orta inde animi quies, mundi, rerumque omnium, quae avocare a Deo possent, horror ac contemptus, sincera quaedam erga Dei mandata affectio, et ardens vitae immaculatae desiderium. innuit haec s. Thomas 1. p. q. 112. a. 5: „Cognoscitur aliquid conjecturaliter per aliqua signa, et hoc modo aliquis cognoscere potest, se habere gratiam, in quantum scilicet percipit se delectari in Deo, et contemnere res mundanas, et in quantum homo non est sibi conscius alicujus peccati mortalis. Secundum quem modum potest intelligi, quod habetur Apocal. 2. Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo novit, nisi qui accipit, quia scilicet ille qui accipit gratiam per quandam experientiam dulcedinis novit, quam non experitur ille, qui non accipit„. Sed cognitio isthaec, ut ibidem admonet Angelicus, imperfecta est. etsi enim immodicam anxietatem, et perturbationem ab animo excludat, non tamen omnem prorsus metum, justamque formidinem arcere potest. Demette hoc, et cum animi erectione conjuncto legitur Prov. 28. v. 14. Beatus homo qui semper est pavidus, et 1. Petri 1. v. 17. in timore incolatus vestri conversamini„.

Quaeres num sententia Ambrosii Catharini pro damnata haberi debeat? ..

R. Cum damnato Lutheri, et Calvini errore existimare quosdam proscriptam etiam fuisse a Tridentinis Patribus sententiam Ambrosii Catharini, qui l. de Praedestinatione docebat posse hominem fidelem de sua gratia certitudinem fidei habere, fidei inquam non catholicae, et absolute infallibilis, cujus objectum sunt articuli ab Ecclesia fidelibus ad credendum propositi, sed alterius, quam nunc quidam Theologicam appellant, quae pro objecto habet v. g. propositionem singularem in universali revelata implicite contentam, vel singularem, quam quis in revelata uni-

versali contineri existimat. Verum post Bellarminum a nota hac illum vindicat Pallavicinus Histor. Concil. Trid. lib. 8. c. 12. dum „ tametsi hanc illius opinationem falsam putet, parumque tutam ob opposita testimonia ex Scriptura, ex Patribus, ex illustrioribus Scholasticorum ejus antiquioribus, aeneisque recentioribus desumpta; haud tamen arbitratur mentem fuisse Concilii aperte illam damnare; nisi quatenus per veram consequutionem, sed a Catharino negatam fortasse damnatur „. Argumento in eamdem proverseta hoc utitur „ Si opinio ea proscripta fuisset, haud sane fuisset Catharino permissum, ut eandem praesertim Concilio, iisdem Episcopis inspectantibus ab eo typis edita defenderet „. Magnum, quod Catharinum inter ac Lutherum et Calvinum intercedit discrimen, adnotavit Bellarminus De justif. lib. 3. c. 3. Nam Catharinus non docet, certitudinem fidei de propria gratia necessariam esse ad justificationem, neque hac fide, qua homo credit se justum esse, et multo minus hac sola fide hominem justificari, ut volebant Haeretici illi; sed tantum asserit, posse hominem fidelem de sua gratia certitudinem habere fidei. Quam quidem sententiam abesse, ut ad damnatis Lutheri et Calvini deliramentis immisceam; eam tamen et ex Tridentini loquutionibus, et ex omnibus Assertionis nostrae momentis rejiciendam existimo.

Assertio II.

justificationis gratia non ita est immutabilis, ut per peccatum mortale amitti non possit.

Prob. Ezechiel. 18. „ Si averterit se justus a justitia sua, et fecerit iniquitatem, numquid vivet? omnes justitiae ejus, quas fecerit, non recordabuntur; in praevaricatione, qua praevaricatus est, et in peccato suo, quo peccavit, in ipsis morietur „. Apostolus 1. ad Corinth. 9. castigo corpus meum, et in servitutem redigo, ne forte cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar, et c. 10. ad idem omnes hortatur dicens, „ Qui se existimat stare, videat ne cadat „. Sed ubi manifesta est experientia, non est opus testimoniis. Adam, quem alias vidimus in justitia et sanctitate conditum, se ipsum

et posteros per inobedientiam perdidit; Lucifer gratiam, qua fuerat cumulatus, per superbiam amisit; David, qui diu innocentiam servarat, prolapsus in adulterium, et homicidium se coram Deo, ejusq. Propheta Natan confessus est peccatorem; Petrus qui paulo ante a Christo mundus totus fuerat pronuntiatus, trinam negationem flevit amare; Tempe Judas laqueo se suspendit, quamvis antea justus fuerit, ut probat Hier. ex verbis illis Joan. 17. Pater, quos dedisti mihi custodivi, et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis. Praeter hos complures alii, de quibus 1. ad Tim. 1. dicitur „ quidam circa fidem naufragaverunt „ et ad Hebr. 6. impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum caeleste, et participes facti sunt... et prolapsi sunt, renovari iterum ad poenitentiam „

Supervacaneum esse videtur pluribus SS. Patrum testimoniis immorari, postquam D. Hier. errorem hunc ex proposito in Joviniano confutavit, eumq. inter proscriptas ab Ecclesia haereses D. Aug. retulit haeresi 82. Antiquissimam et perpetuam Ecclesiae traditionem invicte probant adhortationes, quibus post Scripturas universi Patres nos ad salutarem timorem excitant; frequens Sacramentorum usus, quem tantopere commendant, ut a peccatis praeservemur; oratio, quam omni tempore adhibendam praescribunt, ne inferamur in tentationem; minae, quibus nos revocant a malo; quae omnia futilia, et nugatoria essent si justus quantumcumque peccet excidere gratia Dei non posset. Nullum insuper speciale Dei donum esset perseverantia in bono; parvuli baptizati aut non omnes justificarentur, aut nemo ex iis justitiam, et vitam eternam amitteret; flagitiis denique omnibus via quam latissima reseraretur. Quae sane tam absurda sunt ut non solum Lutherani dogma hoc Calvini in Anabaptistis condemnarint sed Arminiani etiam a Magistro, acclamante sua parte hac recedendum sibi esse putarint.

Merito igitur Concil. Trid. veritatem hanc doctrinam anathemate confixit Sess. 6. can. 23. „ Si quis

Luc. 8. „ Quod super petram; qui cum gaudio suscipiunt verbum, et hi radices non habent, sed ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt „. Contra Calv. asserentem fidem immutabilem.

1. Tim. 4. in novissimis diebus discedent quidam a fide „ et c. 6. Quod quidam appetentes erraverunt a fide „

Cum ceciderit, non collidetur: quia Dnus supponit manum suam. junior fui, etenim senui: et non vidi justum derelictum, nec semen ejus quaerens panem = Qui malignantur exterminabuntur: sustinentes autem Dnum, ipsi haereditabunt terram. Gladium evaginaverunt peccatores: intenderunt arcum suum, ut dejiciant pauperem et inopem; ut trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ~~ipsorum~~ ipsorum: et arcus eorum confringatur. Melius est modicum justo, super divitias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorum conterentur. confirmat autem justos Dnus.

jer. Ecce ego congregabo eos de universis terris — et reducam eos ad locum istum — et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum: et dabo eis etc.„ Videns uno intuitu futuram temporalem prosperitatem, et transeuntium ad Evangelium spiritalem, et sempiternam, uno sermone utramque praedicit. Magis autem de spiritali. Hier. Aug. S. Thom. aliique.

Antithesis inter aquam communem, quam hauriebat Samaritana ex puteo, et aquam vivam divinae gratiae. illa extinguit sitim ad modicum tempus, haec autem nisi sponte per peccatum quis illam evomuerit, perpetuo in anima permanet, et sufficit ad extinguendam perpetuo sitim.

Qui bibunt, adhuc sitient; alibi ait Sapientia; scilicet concupiscunt majorem copiam. Hic vero non sitient, quia non indigent, ut non habeant omnino aquam, sicut de aqua communi.

hominem semel justificatum dixerit amplius peccare non posse, neque gratiam amittere, atque adeo eum qui labitur, et peccat, numquam vere fuisse justificatum — anathema sit„

Objicies 1mo. Psalmo 36. de homine justo dicitur „ Cum ceciderit, non collidetur„ et jerem. 32. de gratia novi foederis scriptum est„ Dabo eis cor novum, — foedus eis pactum sempiternum, et non desinam eis benefacere.. et timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant a me„. Ex quibus sequitur hominem semel justificatum a Deo numquam recedere.

R. Etsi cum nonnullis psalmus 36 exponatur de justis, qui leviora quaedam peccata committunt, gratia tamen Dei saepe a gravioribus praeservantur; nihilominus Haereticorum dogmati non patrocinatur. Quamvis enim Dominus peculiari affectu justos tueatur, et protegat, nec umquam eos deserat, nisi deseratur; novimus tamen plures sua perversitate ab Optimo Parente post justificationem descivisse, atque canum instar ad vomitum rediisse. Sed Aug. sermone in hunc psalmum hic de vitae hujus tribulationibus agi docet, quibus animus justi non frangitur, quia Dominus supponit manum suam, et in velamento alarum suarum protegit eum. Jeremiae locus ad litteram sumptus, in eos attinet, quibus per varias regiones dispersis reditum in Palestinam, aliaque beneficia Deus pollicetur. Quod si ad Christianos cum quibusdam illum transferre velimus, non de habituali quae in quolibet justificato perpetua sit, atque inamissibilis, sed de actuali gratia est intelligendus cum eodem Aug. qui verbis illis saepissime adversus Pelagianos, et Manichaeos pugnat.

Objicies 2do. Joan 4 „ Qui biberit ex aqua, inquit Christus, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum„ Aqua haec non est alia, quam Christi gratia, et charitas de qua Cant. 8.„ aquae multae non potuerunt extinguere charitatem„, et Apostolus 1 Cor. 13 „ charitas numquam excidit„ Quare Rom. 8 Certus sum, inquit, quod neque mors neque vita ... poterit nos separare a charitate Dei„

R. illa Christi verba, si de justis hujus vitae sint intelligenda, conditionate dicta fuisse, si nempe fonte aquae salientis in vitam aeternam, seu gratiam sanctificante

non deserant, uti ab nonnullis facti fuisse conqueritur Jer. 17. „dereliquerunt fontem aquarum viventium„. Quod si cum Aug. tract. 15. in Joan. ad beatitudinem, jam tum ea referamus, sensus erit, eos visione Dei, ejusque amore perfecte satiandos juxta illud psalmistæ 35. et 16. apud te est fons vitæ: satiabor cum apparuerit gloria tua. Alii hujus aquæ nomine intelligunt Baptisma, quod non iteratur, et doctrinam Evangelicam, quæ perpetua est, et salit ipsa quoque in vitam æternam.

Flumina, quæ juxta Canticum 8. charitatem non obruunt, sive aquæ, per quas extingui nequit, juxta S. Ambrosium lib. 1. de Jacob c. 2. et S. Gregor. Magnum comment. in hunc locum sunt tribulationes vitæ hujus, quas vincit charitas, quæ omnia suffert, omnia sustinet, benigna est, patiens est. Ideo autem ex Apostolo charitas nunquam excidit, quia cum fides, spes, Prophetiæ, linguæ, et cetera dona in altera vita cessatura sunt, charitas vero, si in ea decedamus, æternum est perseveratura, ut totus docet contextus. Ratio cur Apostolus ad Romanos de charitate tanta emphasi loquutus fuerit, traditur ab Augustino lib. 1. de Moribus Ecclesiæ c. 11. quia nempe charitatis ea est vis et efficacia, „ut dempto solo peccato nihil omnino sit, quod ab ea separare possit; non tribulatio, non angustia, non fames, non fames, non nuditas, non mors non vita, non quidquam eorum, quæ illic præterea enumerantur„. Verum hanc ipsam charitatem per peccatum amitti posse, indicant ea verba Apocal. 2. habeo adversum te pauca, quia primam charitatem reliquisti. Memor esto, unde excideris„;

Objicies 3tio. Prima Joan. 2. v. 19. „Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum„. Ex quibus infertur, qui aliquando peccat, nunquam justum fuisse, atque ex opposito qui justus est, a justitia nunquam deficere. Quod clare docuit etiam S. Gregor. M. l. 34. moral. c. 13. „Qui seduci quandoque non verentur possunt, quasi habitum sanctitatis ante oculos hominum videntur amittere; sed eam ante oculos Dei, nunquam habuerunt,

et nunc Antichristi multi facti sunt. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis; per constantiam Christianam non stabiles, non secundum indolem fidei Christianae; vel cum Aug. non erant per praescientiam, et praedestinationem ex numero electorum; vel etiam quam esse viderentur ex nostrorum numero reipsa non erant, quia nemo repente fit pessimus. Haeresis autem, de qua hic est apex impietatis, ergo exierunt, ut publice colerent, quod intus venerabantur Hier. lib. ... in ev. Porro pergit ita Apostolus: sed ut manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis.

In altero: non potest peccare etc. quamdiu manet semen Dei in illo, scilicet Christus, ejus verba, ejus gratia. Potest tamen peccando abrobate ipsam gratiam expellere. Sed quantum est ex se Dei verbum, ejusque gratia illum praeservat, adjuvat. Hoc medicamentum ita potens est, ut qui illud sumit adhibet, non possit peste infici. Hic miles ita strenuus, ut a nemine possit superari; scilicet nisi sponte vires suas adhibere recusat.

Sed in hac eadem epist. c. 2. Filioli mei, haec scribo vobis, ut non peccetis. Toto eo capite eos laudat tamquam fideles, victores maligni, et esse vere tamquam doctos, unctos a Spiritu S.; ex altera parte eos elegantissime, et suavissimis verbis hortatur ut sint in eo quod acceperunt perseverantes, multaque adhibet incitamenta, ut in bono permaneant.

Cujus rei veram causam adducit idem Joannes eadem prima epist. c. 3. inquiens „ Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, ... et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est„ et cap. 5. „ scimus quia omnis qui natus est ex Deo non peccat, sed generatio Dei conservat eum„.

R. Apostolus in priori testimonio loquitur de iis, qui ut ait S. Augustinus lib. de dono persev. c. 8. vocati quidem „ fuerunt, + et per lavacrum regenerationis renovati et secundum haec omnia erant ex nobis„ quia tamen temporales erant, et a gratia exciderunt, non erant praedestinati ad gloriam, „ et secundum hanc discretionem non erant ex nobis„. S. Gregorius autem de iis sermonem habet, qui nonnisi ante oculos hominum sanctitatem habuerunt. Hinc prosequitur „ saepe namque homo occulte peccatis involvitur, quod variis exemplis ibidem exponit.

+ ex impiis justificati,

Alter praedilecti Discipuli locus innuit justos non prolabi in peccata, quamdiu justitiam conservant, licet aliunde prolabi possint. Hoc sensu nos etiam rectissime dicimus, honestam feminam nulli umquam impudicitiae consentire, fidelem subditum a Rege suo numquam desciscere posse; etsi et feminae impudicitiis coinquinari, et subditus perduellionis reus fieri absolute possit. At numquam fiet, donec et femina in honestate, et subditus in obedientia rex manserit. Hunc S. Joannis mentem fuisse, jam olim Tertullianus observavit in lib. de pudicitia, ubi c. 19. de gravioribus delictis loquens ait „ Hoc non admittet omnis qui natus ex Deo fuerit, non futurus Dei filius si admiserit„; et post Tertull. Aug. tract. 4. in epist. 1. Joann. c. 3. de justo inquit „ in quantum in ipso manet in hoc non peccat„ ipse contextus manifeste significat. habet enim: Filioli, nemo vos seducat„. Sit, ut animadvertit S. Hier. lib. 2. adv. Jovinianum „ Si omnes, qui natus est ex Deo, non peccat et a diabolo tentari non potest, quomodo praecipit ut caveant ne tententur„. Ex quibus etiam postremi testimonii sententia in aprico est posita; clariorque fiet si addas quae S. Bernardus habet in serm. 1. in septuag. „ Non peccat inquit ille, idest, non permanet in peccato, quia conservat eum, ut perire non possit ea, quae falli non potest generatio

tio cælestis,,.

Objicies 4to. S. Aug. tract. 3. in epist. 1. Joan. ait ,, Unctio invisibilis Charitas illa est, quæ in quocunque fuerit, tamquam radix illi erit, quamvis ardente sole arescere non potest,, et tract. 8. ,, Radicata Charitate, securus esto, nihil mali procedere potest,,; Tandem in lib. de Amicitia c. 2. ait,, Amicitiam esse æternam si vera est, si autem desierit, numquam veram fuisse,,

R. Africanum Doctorem in primo testimonio fideles hortari, ne aut spe bonorum temporalium, aut metu malorum seducantur; sed permaneant in Charitate, cujus fructus etiam post mortem superest, cum ex adverso illud cito pereat quod aut ex metu hominum, aut ex spe bonorum terrenorum operamur. In altero distinguit inter bona opera apparenter bona, quæ fiunt ex superbia, et illa, quæ ex radice Charitatis procedunt; atque prioris generis opera numquam bona, alterius vero numquam mala esse posse. Liber autem de Amicitia, perperam Augustino tribuitur, quum sit quoddam compendium male concinnatum ejusdem libri sub eodem titulo editi ab Alredo Rievallensi in Anglia Abbate, et in plerisque vitiatum. Ceterum, Augustinus divinam amicitiam, et charitatem utut radicatam deficere posse per culpam, ita sæpe et luculenter tradidit, ut vix cuiquam lumen illi cretum sit, qui hoc non videat.

Quæres quid sentiendum de celebri illa Scholasticorum controversia, in qua disquirunt, num Gratia habitualis cum peccato mortifero ita pugnet, ut neque per absolutam quidem Dei omnipotentiam simul possint conciliari.

R. Scotistæ, quoniam gratiæ naturam in qualitate absoluta reponunt, ad cujus præsentiam ex pacto quodam et favore Dei extrinseco peccata remittuntur, docere gratiam sanctificantem prout est complexio ex eadem qualitate, et pacto illo extrinseco metaphysice quidem repugnare peccato; eandem tamen, si secundum suam entitatem spectetur, tam habituali, quam actuali peccato gravi moraliter dumtaxat opponi. Alii

cum Suano censent inter gratiam ex habitu, et peccatum grave physicam oppositionem esse, eam proinde, ut citra contradictionem, at non citra miraculum conjungi possit. Ceterum Thomistae absque manifesta contradictione, atque ideirco ne per absolutam quidem Dei potentiam peccatum et gratiam habitualem in eodem subjecto simul esse posse opinantur. Si certam et exploratam hujus quaestionis resolutionem petis, ajo illam neque necessariam esse, neque possibilem; quia adaequatam gratiae sanctificantis ideam, physicamque illius naturam ignoramus. Quod si, quod verisimilius est, eligendum sit, Thomistis subscribendum censeo. Gratia enim sanctificans, qua justificamur, ut ex Tridentino dictum est, non est aliud, quam justitia Dei, qua ipse nos justos facit. Seu „quae participatio justitiae cum iniquitate? aut quae societas lucis ad tenebras? Quae conventio Christi ad Belial?„ inquit Apost. 2. Corinth. 6.

Caput IV.

Existentia meriti theologici a Conc. Tridentino asserta proponitur, et vindicatur.

IV. Etsi clamavit Lutherus in assert. art. 32. „opus bonum optime factum veniale peccatum esse, secundum misericordiam Dei, sed mortale peccatum secundum judicium Dei„ et Calvinus lib. 3. instit. c. 16. nomen meriti et mercedis penitus eradicare tentavit, atque impudentia non ferenda Patres, qui hoc vocem tanquam usurparunt, insimulavit; quia tamen et Calvinus eodem lib. 3° opera bona infructuosa non esse, agnovit, et Apologistae Confessionis August. ea meritoria esse in hac et post hanc vitam confitentur; plures sunt qui censent, Sectarios praesertim hodiernos parte hac a nobis non dissidere, admodum dissidere. Quia tamen non desunt, qui Romanae et Catholicae Ecclesiae doctrinam vel non satis perspectam habent, vel aperte infitiari non erubescunt; eandem hic ex Concilio Tridentino desumptam proponemus, atque divinis literis, perpetuaeque traditioni consonam esse demonstrabimus.

V. Itaque Sancta Synodus sess. 6. de justificat. cap.

Caput IV

justos bonis operibus vere ac proprie apud Deum mereri demonstratur.

IV. Nomen meriti quamvis operi malo interdum tribuatur, ut Job 6 quo in loco iram Dei, et Hebr 10 ubi supplicia (tormentas) per peccatum mereri dicuntur; magis proprie tamen sumitur in bonam partem, notatque obsequium alteri praestitum, de se aptum movere ad alicujus boni retributionem. Hinc meritum theologicum, et supernaturale, de quo tantum est nobis disserendum, definiri solet Obsequium ex gratia elicitum et Deo praestitum per se aptum movere ad supernaturalis boni retributionem. Hinc apparet meritum differre ab impetratione; quia haec movet per modum submissae petitionis; illud per modum obsequii. Differt etiam a satisfactione, quia haec respicit debitum extinguendum, illud vero ad praemium obtinendum ordinatur.

7. Duplex autem meritum theologicum distingui debet, et alterum condignum, alterum congruum nominatur. Primum est meritum proprie dictum, cui merces, vel praemium ex justitia debetur, seu, ut ait S. Thomas in 2. distinct. 27. q. 1. ar. 3. „quando invenitur aequalitas inter praemium et meritum, secundum rectam aestimationem„. Meritum autem congruum, quod minus proprie meritum dicitur, est quod licet jus aliquod aut debitum justitiae non inferat, continet tamen quandam congruentiam, ut praemium pro tali opere conferatur; sive ut iterum cum Angelico loquar loc. cit. meritum congruum habetur„ quando talis aequalitas non invenitur, sed solum secundum liberalitatem dantis munus tribuitur, quod dantem deceat„; Utriusque exemplum afferri solet in milite, qui sua quotidiana stipendia de condigno meretur, eique ex justitia debentur; aliquid tamen etiam praeter stipendia sibi de congruo meretur, dum strenue se gerit: decet enim et congruum est, ut singulares virtutis actus singularibus etiam praemiis ~~remunerentur~~ afficiantur.

8. V Etsi Apologista confessionis Augustanae

Apologistæ tñ non concedunt ex se opera bona sed indulgentia Dei eē meritoria, qua indulgentia veluti tegatur operū foeditas, et licet ex se illa mala sint, imputentur ad premiū externo favore.

Calvinus ait PP. pessime fidei sinceritati consuluisse nomen meriti adoptando. Sacrilege. Buccerus negat scripturā, aut PP. nomine meriti usos eē. Mendaciter. Quī Patrū adoptarent, durame ait in ea voce Catachresim, usurpasse.

opera bona „ meritoria esse præmiorū corporaliū, et spiritualiū in hac vita, et post hanc vitā„ professi sunt. et Calvinus lib. 3. instit. c. 15. ea infructuosa non esse agnovit; Lutherus tamen in assert. ar. 32. dixit opus bonū optime factum veniale peccatū esse secundū misericordiā Dei; sed mortale peccatū secundū judiciū Dei. et idē Calvinus loc. cit. nomen meriti et mercedis penitus extirpare conatus est, et quamvis confessus sit veteres Patres hoc nomine usos esse, adeo tamen adversus illos excanduit, ut dixerit pessime consuluisse fidei sinceritati, qui primus nomen meriti operibus attribuit. In eos animadvertens Concilium Tridentinū, atque ut plane constaret, quænam esset super hoc argumento Ecclesiæ Catholicæ fides, omnisque calumniandi ansa quibusdā auferretur, qui privatas Scholasticorū opiniones, quas Synodus decernere dirimere noluit, tamquā essent Universalis Ecclesiæ dogmata, impugnabant; hæc quæ subjiciō declaravit.

7. Sess. 6. de justificat. cap. 16. de bonorū operū merito ita statuit;„ Bene operantibus proponenda est vita æterna, et tanquā gratia Filiis Dei per C. J. misericorditer promissa, et tamquā merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorū meritis operibus et meritis fideliter reddenda. Hæc est illa corona justitiæ, quā post suum certamen et cursū repositā sibi esse ajebat Apostolus a justo judice sibi reddendā, non solū autē sibi, sed et omnibus, qui diligunt adventū ejus. Cū enim ipse C. J. tanquā caput in membra, et tanquā vitis in palmites, in ipsos justificatos jugiter virtutē influat; quæ virtus bona eorū opera semper antecedit, et comitatur et subsequitur, et sine qua nullo pacto Deo grata, et meritoria esse possunt; nihil ipsis justificatis deesse credendū est, quo minus plene illis quidē operibus, quæ in Deo sunt facta, Divinæ legi pro hujus vitæ statu satisfecisse, et vitā æternā suo etiā tempore, si tamen in gratia decesserint, consequendā vere promeruisse censeantur„.

10. Can. 32. Novatorum doctrinam proscribens ait „ Si quis dixerit hominis justificati bona opera, ita esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius justificati merita, aut ipsum justificatum bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam, et Jesu Christi meritum, cujus vivum membrum est, fiunt, non vere mereri augmentum gratiae, vitam aeternam atque ipsius vitae aeternae, si tamen in gratia decesserit, consequutionem, atque etiam gloriae augmentum; anathema sit„ en totam Catholicam fidem,[+] quam hic Trid. declaravit de justorum meritis. Eandem nos toto corde credentes, et ore profitentes, in hoc capite unicam merti theologici existentiam statuimus, alia plura deinceps persequaturi.

Assertio Catholica.

Justi operibus bonis et salutaribus vere ac proprie apud Deum merentur.

Probatur. imprimis Matthei 5. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in Coelis. Apost. ad Hebr. 6. Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, et dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius. II ad Cor. 4. Momentaneum et leve tribulationis nostrae supra modum in sublimitate, aeternum gloriae pondus operatur in Coelis nobis. II ad Tim. 4. Bonum certamen certavi, cursum consumavi, fidem servavi - - reposita est mihi corona justitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex, non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt adventum ejus. At quibus merces et corona justitiae a Deo justo judice tribuitur ob fidem servatam, ob tribulationes fortiter portatas, et ob cursum feliciter consumatum, illi vere ac proprie apud Deum merentur. Ut enim verius ait Apostolus Rom. 4. Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Vere igitur ac proprie justi bonis eorum operibus merentur apud Dominum.

Eccli. 16. 15. Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum„ Frustra Calvinus, et Kemnitius respondent in graeco haberi κατὰ ἔργα. Sed quid secundum opera nisi secundum meritum? Hier. trium linguarum peritissimus quod hebrei vel greci dicerent secundum opera reddere solet per vocem meriti; sicut veteres interpres Eccli. Nempe, ut ait Apost. Rom. 4. v. 4. „ Ei qui operatur merces non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum„.

Hebr. 13. Beneficentiae et communionis nolite oblivisci, talibus enim hostiis promeretur Deus. Verbum εὐαρεστεῖται, placere, delectari, placari.

Hoc sensu interpretati sunt Scripturas universi Patres cum Graeci, tum Latini. S. Cyprian. de Unitate Ecclesiae „ Accipiunt, inquit, merita nostra mercedem„, et S. Joannes Chrysost. Hom. 4. de Lazaro„ Si justus est Deus et his et illis pro meritis reddet. Quod si et his et illis rependet pro meritis; hic vero nullus eorum recepit, neque ille

improbitatis pœnam, neque hic virtutis præmium, perspicuum est restare tempus aliud, in quo congruens præmium utrumque ferat." Et Aug. ut plures alios missos faciam epist. 194 ad Sixtum, alias 105. "Nullane sunt merita justorum? sunt plane, quia justi sunt; sed ut justi fierent, nulla fuerunt. — Sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors, ita justitiæ merito tanquam stipendium vita æterna." Hanc Patrum traditionem, et Scripturæ oracula spectans Synodus Arausicana 2da can. 8 statuit, "debetur merces bonis operibus, si fiant; sed gratia quæ non debetur, præcedit ut fiant."

Objic. imo. Quamvis æterna vita in Scripturis interdum merces et corona justitiæ dicatur, tamen alibi gratia nuncupatur; ergo Scripturæ testimonia, quæ adducta sunt ad probandum justos vere et proprie mereri, assumptum non probant. Antec. ostendit Apost. ad Rom. 6. "Stipendia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna;" et psalmo 102. "Qui coronat te in misericordia et miserationibus."

R. cum s. Augustino citata ad Sixtum epist. n. 19. "Vita æterna ... meritis præcedentibus redditur, tamen quia eadem merita, quibus redditur, non a nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud, nisi quia gratis datur, non nec ideo quia non meritis datur; sed quia data sunt et ipsa merita, quibus datur." Hanc eandem doctrinam repetit in ea epist. n. 20, lib. de gratia et lib. arb. c. 7. et seq. usque ad caput 10. et in Enchiridio c. 107. Nempe, ut ait in id serm. et cap. cit. "Tanta est Dei erga omnes homines bonitas, ut eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona."

Dices primo. Opus meritorium debet esse indebitum; nostra vero omnia Deo debentur; nam Lucæ 17. v. 9. dicitur "Cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: servi inutiles sumus quod debuimus facere fecimus."

R. etiam illum mereri posse, qui facit quod debet. Nam si quod Dominus a servo exigere potest, ut debitum, ex gratuita conventione acceptet ut voluntarie oblatum, tunc vi pacti servus obsequio suo mereri potest. Quare hoc maxime divinam erga nos misericordiam commendat quod, ut ait s. Aug. serm. 158, alias 15. de verbis Apostoli

„ quum ei pro conditione reddere debeamus obsequium, utpote servi Domini, amicitiam, praemia nobis repromittat, ut a nobis obsequia debitae servitutis extorqueat„. Ceterum vel sic Deo servi inutiles sumus: opera enim nostra nullam Deo utilitatem adferunt; ea praeterea ad nostra [2] ratione conditione servi Dei sumus, ita sunt illi debita, ut nulla etiam mercede proposita, exigere a nobis potuisset.

Dices 2do: inter meritum condignum, quod solum est verum et proprium meritum, ac mercedem debet esse proportio, et aequalitas, ut ex Angelico dictum est. Sed inter opera nostra et vitam aeternam nulla proportio esse potest. Nam Apostolus ad Rom. 8 scribit„ Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis„. Ergo etc.

Respondet Angelicus ad rationem meriti condigni rationem opus non esse proportione et aequalitate absoluta, adeo ut obsequium tantum sit, quantum est praemium rependendum; sed sufficere aequalitatem, ut ajunt habitudinis, eo quod mercedis retributio haec non ad justitiam, quam vocant commutativam pertineat, sed distributivam.+ Ceterum distinguendum est inter opera quoad entitatem considerata, et eadem prout spectantur secundum suam dignitatem, quam habent ex gratia sanctificante, quae Dei filium, et haeredem hominem constituit. Etsi passiones hujus temporis+, quae leves sunt, et brevissimae condignae + in se inspectae
non sint ad aeternum caelestis gloriae pondus; condigna tamen sunt, si attendamus hominem, qui patitur esse Filium Dei et ejus haeredem, cui caelestem haereditatem pollicitus est. Hinc Aug. serm. 158. alias 16. de verbis Apostoli„ possumus, inquit, exigere Dominum nostrum ut dicamus: redde quod promisisti, quia fecimus quod jussisti„.

Objicies 3tio nonnulla SS. Patrum testimonia. S. Hier. in c. 46. Ezechielis„ Perspicuum est, inquit, omnem hominem et universam creaturam, quamvis ad perfectionem venerit, tamen indigere misericordia Dei, et plenam perfectionem ex gratia, et non ex merito possidere„; S. Aug. ad illa verba Psalmi 139. justi confitebuntur nomini

tuo: Tuo nomini, inquit, confitebuntur; meritis suis nihil tribuent; non tribuent totum, nisi misericordiae tuae„ S. Gregor. l. 9. Moral. c. 2. explicans ea verba Job „Non justificabitur homo compositus Deo, inquit: Quia omne virtutis nostrae meritum esse vitium conspicit, si ab interno arbitro districte judicetur, recte subjungit, Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille„ Demum s. Bernardus serm. 1. de Annuntiat. „Neque enim talia sunt hominum merita, ut propterea vita aeterna debeatur ex jure, aut Deus injuriam aliquam faceret, nisi eam donaret„.

R. S. Hier. et s. Aug. excludunt merita hominum, qualia superbi Pelagiani ex naturae viribus promanantia comminiscebantur, non illa vero quae ex Christi gratia sobolescunt. Augustini satis multa recitata sunt testimonia, quae nobis apertissime favent. Hier. autem lib. 2 contra Jovinian. inquit, „Nostri laboris est pro diversitate virtutum diversa nobis praemia praeparare„. S. Gregorius loquitur de nostris operibus, si praecise considerentur quasi a nobis sint, seu prout aliquis ea sibi arroganter attribuit. Hanc esse Gregorii mentem clare ex contextu. Ita enim pergit de Job loquens „Recte subjungit: si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere ei unum pro mille. Cum Deo autem contendere est, non ei tribuere, sed sibi gloriam suae virtutis arrogare„. Sed meritorum existentiam adeo aperte lib. 4. Mor. c. 42. probaverat, ut nullo modo de ejus sententia possit dubitari. „Quia, inquit, in hac vita nobis est discretio operum, erit in illa procul dubio discretio meritorum dignitatum, ut quo hic alius alium merito superat, illic alius alium retributione transcendat„. Demum s. Bernardus nihil aliud ibidem tradit, nisi merita nostra non eam habere dignitatem, ut eis seclusa Dei promissione vita aeterna debeatur. Divina autem promissione supposita, verum meritum Bernardus agnovit sermone 81. in Cantica, ubi ait, „Omne quod feceris, bonum malumve, quod quidem non facere liberum fuerit, merito ad meritum reputatur„.

vices. Aug. serm. 1. n. 1. in psalm. 70. docuit Deum posse hominem justum damnare. inquit enim „ Quis ei diceret, quid fecisti, si damnaret justum?+ Quam sententiam ex S. Chrysostomo didicisse videtur, quam et ille l. 2. de compunctione cordis n. 6. iis verbis tradidit „ Si te agentem quod tibi præceptum est, conjici jubeat Dominus tuus in gehennam, aliqua tibi erit contradicendi potestas? „.

R. Augustini locum vitiatum esse, et juxta Ms Corbejense optimæ notæ cum Maurinis ita legendum „ Quis enim diceret, quid fecisti, si damnaret injustum? „ Quæ verba desumpta videntur ex Sapient. 12. v. 11. et 12. „ Semen erat maledictum ab initio: nec timens aliquem veniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet tibi: Quid fecisti? aut quis stabit contra judicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti? „. Ita disserendum causam naesse suadent, quæ eodem loco n. 15. subdit Aug. „ Quid ergo, tu si massam istam iniquitatis damnes, quisquam tibi dicat, injuste fecisti? Esses plane sic justus et omnis esset ista laus tua: sed quia liberasti, et ipsum peccatorem, justificando impium, adjicis supra omnem laudem tuam „. Dicam verbo cum eodem Aug. l. 3. contra Julian. c. 18. „ Deus potest aliquos sine bonis meritis liberare quia bonus est. non potest quemquam sine malis meritis damnare, quia justus est „.

S. Chrysostomi etiam verba male ex græco in latinum versa sunt: sic enim erant convertenda „ Si post peractam rem in gehennam conjiciendus esses, an detrectandum esset? Nonne tunc etiam magna cum alacritate manum bonis operibus admovere par est? Rem Deo acceptam facis, et aliam mercedem requiris? vere ignoras, quantum boni sit placere Deo etc. Quorum verborum hic unicus scopus est, ut ostendatur, Deo serviendum a nobis fore, etiamsi nulla esset spes præmii, imo etiamsi in gehennam essemus conjiciendi.

Objicies 3tio ex ratione. Sententia ista de hominum meritis detrahit meritis Christi hæc enim quum infiniti valoris sint, digna etiam sunt, ut quibus omnia gratiæ

+ Quanta ergo misericordia est, ut justificet injustum „? Quam sententiam etc.

Christus ita orditur prædicationem: pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cælorum. Eodem ipsissimo exordio suam incepit joannes. matt. 3. eodem uti Apostolos jussit Christ. Mt. 10. 1. Cor. 9. debet in spe, qui arat, arare, et qui triturat in spe fructus percipiendi.

Beati misericordes etc. quoniam etc.

Ad objectiones solvendas præ oculis habeantur ea Trid. s. 6. cap. 11. Constat eos orthodoxæ religionis doctrinæ adversari, qui statuunt justos peccare, si suam ignaviam excitando, et sese ad currendum in stadio exhortando, cum hoc ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam,,.

itaque prima et præcipua intentio sit glorificandi Deum, tum obtinendi finem beatissimum, seu cælestem mercedem. Fiat est operari propter finem. Sed teste Paulo et Petro finis nostræ fidei vita æterna, salus animarum nostrarum.

et gloriæ dona retribuantur: nostra igitur merita superflua sunt. Est etiam Deo injuria, quod eum Creaturæ debitorem faciat.

R. neganda assertio. Neque enim ob insufficientiam meritorum Christi opera nostra desiderantur; sed gratuita et liberali Dei voluntate factum est, ut merita Christi quamvis infinita, dignaque proinde omni præmio, nobis tamen ad vitam æternam consequendam non aliter, quam per opera nostra bona applicentur. Quamquam hæc ipsa quid aliud sunt, quam fructus meritorum Christi, ut nº 5. hujus capitis ex Tridentino dictum est? Ad alterum dudum respondit Aug. Serm. 16. nunc 158. de verbis Apostoli,, Debitor factus est Deus non a nobis aliquid accipiendo, sed aliquid, quod ei placuit, promittendo,, et s. Fulgentius in Prol. ad Monimum: ,, Se ipsum sua largitate dignatus est facere debitorem,,

Corrolarium. intuitu igitur vitæ æternæ tamquam reddendæ nobis mercedis bona opera facere licitum est,, Quid enim impedit, quominus propter illud operemur, quos Deo placet nobis pro bonis operibus in mercedem et coronam retribuere? Ad id etiam nos hortatur Christus Luc. 16. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, ut quum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula,, et Apost. ad Coloss. 3. ad Galatas 6. etc. id egere Sancti. De Mose testatur Apostolus ad Hebr. 11. ,, Aspiciebat enim in remunerationem,, vates Regius Psalm. 118. fatetur,, inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem,, idem nobis Patres suggerunt: unum audiamus Aug. in Psalm. 120. ,, Quando facis bonum opus, propter vitam æternam fac ... noli facere nisi propter vitam æternam. ideo fac, et securus facies: hoc enim mandavit Deus,, idem demum concilium Trid. sess. 6. can. 31. definivit,, si quis dixerit justificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur anathema sit,,

Corrol. II. justi omni opere non peccant, quoniam cum operibus merentur. Nemo enim dixerit in eo aliquem peccare, per quod a Deo meretur præmium accipere, ut ex capite seq. clarius ostendetur. Quare jobi cap. 1. dicitur ,, In omnibus his non peccavit job labiis suis, nec stultum

aliquid contra Deum loquutus est,, et capite 2. idem Job dicitur ,, Vir simplex, et rectus, et recedens a malo, et retinens innocentiam,,. Psalmi pleni sunt hujusmodi sententiis ,, non è inventa in me iniquitas (6.), secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi, (17.), in innocentia mea ingressus sum (25.) etc. Matthei 5. commendantur opera nostra bona, 2. Petri 1. Satagite, ut per bona opera certam vestram electionem vocationem, et electionem faciatis, ut alia prorsus innumerabilia praeteream. Sed undenam heretici homines discere potuerunt, justum in omni opere peccare? Nempe ex innata concupiscentia, inquiunt, ex defectu dilectionis Dei, ex admixtione perpetua peccatorum. Sed non semel concupiscentiam, cui non praebetur assensus, peccatum non esse demonstravimus. Omnia Dei praecepta, atque idcirco etiam mandatum dilectionis Dei possibile ostendimus contra Jansen. lib. super. cap. ultim. Assert. prima, et contra ~~eosdem~~ Praedest. lib. 2. cap. 5. Asser. 2. Quod denique etiam justi nonnumquam venialia peccata comittant, nihil impedit, quominus saepissime opera bona perficiant. Itaque merito hunc Novatorum errorem proscribens Synodus Trid. sess. 6. capite can. 25. sanxit ,, Si quis dixerit in quolibet bono opere justum saltem venialiter peccare, aut quod intolerabilius est, mortaliter, atque ideo poenas aeternas mereri, tantumque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, Anathema sit,,

Caput V.

Proponuntur conditiones, quae ad meritum seu congruum, seu condignum sunt necessariae.

VI. Conditiones ad meritum necessariae ad tria capita revocantur: aliae enim ex parte operis, aliae ex parte operantis, et aliae ex parte Dei requiruntur. Quod ad primum certum est, atque indubitatum opus ut sit meritorium, et moraliter bonum, et liberum ab omni necessitate esse debere. Scripturae enim non nisi bonis operibus praemium pollicentur. Bonum certamen certavi, ajebat Apostolus, cursum consumavi, fidem servavi. in reliquo reposita è mihi corona justitiae. Et B. Petrus ra-

tagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, et electionem faciatis. Nimirum, ut dixit Christus Joan. 5. Procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt in resurrectionem judicii. Quae enim seminaverit homo, haec et metet (Galat. 6.). Quoniam qui seminat in carne sua, de carne et metet corruptionem: qui autem seminat in Spiritu, de spiritu metet vitam aeternam. Libertatem
12 autem a quacunque necessitate requiri declaravit Ecclesia illam Jansenii propositionem damnando, per quam enuntiabat: Ad merendum, et demerendum in statu naturae lapsae non requiritur libertas a necessitate; sed sufficit libertas a coactione. Nempe qui ad verum meritum ejusmodi libertatem opus esse negarunt, ideo solum negarunt, quia per Adae peccatum liberum hominem libertatem indifferentiae periisse credebant, quod falsissimum esse probatum est lib. 2. c. 5. Assert. 2. Sed quid ait Scriptura? Quid docent Patres? Ecclesiastici 31. Qui potuit transgredi, et non est transgressus: facere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Domino. S. Hier. autem lib. 2. contra Jovinian. Ubi necessitas est, nec damnatio, nec corona est. Et S. Aug. lib. 2. de lib. ar. c. 2. Et poena esset injusta, et praemium, si homo voluntatem non haberet liberam. Ita sane. Nemo enim peccat, nisi qui libere agit: ergo nec meretur qui libere non operatur. Namque debitum non oritur, nisi ex eo, quod unus dat alteri, quod suum erat: nihil autem proprie nostrum est, nisi quod pro arbitrio facere possumus vel omittere: ista enim in nostra sunt potestate, et horum dominium habere dicimur.
13 VII. At non solum moraliter bonus, et a necessitate immunis esse debet actus, ut vere sit meritorius, sed etiam intrinsece supernaturalis, ut passim docent Theologi contra nonnullos, qui putarunt omnia opera justorum moraliter bona ita per gratiam sanctificantem nobilitari, ut licet plura ex auxilio gratiae actualis non proficiscantur, atque idcirco intrinsece et quoad substantiam naturalia sint, tamen esse meritoria putarint. Haec eorum opinatio aegre admodum, aut ~~nonnullo~~ ne aegre quidem cum praeclaris Conciliorum definitionibus potest componi. Arausican. 2.

2 can. 1. damnat eos, qui dixerint „ per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare aut eligere posse absque illuminatione, et inspiratione Spiritus S. „ Et Trid. sess. 6. can. 2. „ Si quis dixerit ad hoc solum Divinam gratiam per Christum Jesum dari, ut facilius homo juste vivere, et vitam æternam promereri possit; quasi per lib. arb. sine gratia utrumque, sed ægre tamen, et difficulter possit, anathema sit „ His conciliorum decretis Pelagiani et Massilienses perstringuntur, qui hominem naturæ viribus gratiam et gloriam sibi promereri posse dicebant. At si ad meritum theologicum actus intrinsece naturalis sufficeret, homo justificatus non nisi per naturæ vigorem sibi gratiæ et gloriæ augmentum mereretur. His conciliorum decretis perstringuntur Pelagiani et Massilienses, qui docebant hominem solis naturæ viribus posse aliquid efficere, quod ad animæ salutem conduceret: Ergo et simul etiam ii castigantur, qui asserunt hominem semel justificatum majorem gratiæ, ac cœlestis gloriæ abundantiam mereri posse per actus intrinsece naturales, qui non nisi viribus naturæ eliciuntur. Sicut enim nulla est proportio inter naturæ opera, et gratiam, quam per illa obtineri dicebant Pelagiani, ita inter actus intrinsece naturales et ~~pro merito~~ theologicum præmium supernaturalis ordinis nulla potest excogitari.

4 VIII. Præter has conditiones, quæ tum ad meritum condignum, tum congruum necessaria sunt; Thomistæ, repugnantibus plurimis Molinistis, ad rationem meriti condigni exigunt, ut actus ex Charitatis actualis, aut virtualis imperio et influxu procedat. Qui ex Molinistis hanc conditionem ad meritum necessariam non esse contendunt, his potissimum rationibus nituntur. Matthæi 5. postquam Christus Beatos appellasset pauperes spiritu, Beatos mites, Beatos qui lugent, Beatos qui esuriunt et sitiunt justitiam, Beatos misericordes, Beatos mundo corde, Beatos pacificos, et qui persecutionem patiuntur propter justitiam, nulla Charitatis facta mentione ita conclusit „ Gaudete, et exultate quoniam merces vestra copiosa est in Cœlis „: Ergo non uni Charitati, sed aliis etiam

virtutibus, licet a Charitate seu actuali, seu virtuali non informentur eterna merces promissa ē. Consonat Apostoli testimonium 1. Corinth. 15. „Stabiles estote, et immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non ē inanis in Domino„. Quid? quod Concilium Trid. sess. 6. c. 16 absolute statuit, „vitam eternam ex Dei promissione bonis operibus et meritis justorum fo tanquam mercedem fideliter reddendam„: et paulo post, „nihil ipsis justificatis amplius deesse, quo minus censeantur iis operibus divinæ legi pro hujus vitæ statu satisfecisse, et vitam eternam vere promeruisse„. At Dei præceptis satisfacimus non solum per Charitatem, sed etiam per actus aliarum virtutum licet ex charitatis imperio non eliciantur: ergo per eosdem etiam vitam eternam promeremur. Quod significare voluisse Ecclesia videtur illam Baji propos. quæ erat 35. damnavit, „Deus non coronat, nisi Charitatem; qui currit ex alio impulsu, et ex alio motivo, in vanum currit„. Ex quo illud sequitur bonum opus fieri posse, quin ex imperio et impulsu Charitatis fiat, atque adeo tanquam meritorium coronari. Quod S. Thomas in 2. d. 4. q. 1. a. 5. expresse docuit illis verbis „Non potest esse aliquis actus a deliberata voluntate procedens, quo in habente gratiam, qui non sit meritorius„ Et in qq. disputatis q. 9. de malo. a. 2. o contingit quandoque, quod homo non ordinet aliquem actum in Deum, quum tamen actus ille de se non contineat aliquam inordinationem, ratione cujus non sit in Deum referibilis et tamen quia mens hominis est habitualiter relata in Deum, sicut in finem, actus ille non solum non ē peccatum, sed etiam est actus meritorius„.

15 **IX.** Hæc quidem Molinianorum argumenta gravia sunt. Verum nec Thomistarum rationes leves censendæ sunt. Apostolus 1. ad Cor. 13. „Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem autem non habuero, nihil sum: et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates, et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest„, et ad Galatas 5. „in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium; sed fides quæ per Charitatem

tem operatur„. Hæc et alia plura id genus testimonia Charitatem commendant, per quam ceteræ virtutes debent informari, et dirigi, ut æternam coronam mereantur. Neque hæc de sola charitate habituali, aut de habituali relatione sunt intelligenda: nam sicut Apostolus loquitur de fide actuali, quæ habitualem supponit; ita de Charitate actuali, aut saltem virtuali, quæ ex habituali proficiscatur. Sed clarius loquuti sunt Patres. Hier. in caput 5. in epistola ad Galatas „ Quæ alia inter fructus spiritus debuit tenere primatum, nisi Charitas sine qua virtutes ceteræ non reputantur esse virtutes, et ex qua nascuntur universa, quæ bona sunt„ intellige quantum attinet ad cælestis præmii consequutionem. Ex plurimis Aug. testimoniis, quæ possunt afferri, audiatur illud quod celeberrimum est, et legitur l. 1. de moribus Ecclesiæ Catholicæ, c. 15. „ Si virtus ad beatam vitam nos ducat, nihil omnino esse virtutem affirmaverim, nisi summum amorem Dei .. Itaque illas quatuor virtutes sic definire non dubitem, ut temperantia sit amor integrum se præbens ei quod amatur. fortitudo amor facile tolerans omnia propter quod amatur: justitia amor soli amato serviens, et propterea recte dominans: Prudentia, amor ea quibus adjuvatur ab eis quibus impeditur, sagaciter seligens„ et paucis interjectis „ Definire sic etiam licet, ut temperantiam dicamus esse amorem Deo sese integrum, incorruptumque servantem; fortitudinem amorem omnia propter Deum facile perferentem; justitiam amorem Deo tantum servientem, et ob hoc bene imperantem ceteris, quæ homini subjecta sunt. prudentiam amorem bene discernentem ea, quibus adjuvetur in Deum, ab iis quibus impediri potest„. Quidem hæc non ita sunt intelligenda, ut nulla vera sit virtus, quin a Charitate perfecta emanet, atque ab ipsa imperatur, ne secum pugnare Augustinus dicatur. ergo ita sunt accipienda, ut nulla virtus sit meritoria saltem de condigno, quando ex imperio charitatis non procedit. Sed Thomistæ de Angelici Præceptoris hic præsertim apertissima auctoritate glorantur, qui in Theologica summa quam Senior conscripsit, 1. 2. q. 114. ar. 4. hæc habet„ Primo

considerandum est, quod vita aeterna in Dei fruitione consistit: motus autem hujus mentis ad fruitionem divini boni est proprius actus charitatis, per quem omnes actus aliarum virtutum ordinantur in hunc finem, secundum quod aliae virtutes imperantur a charitate; et ideo meritum vitae aeternae primo pertinet ad charitatem, ad alias autem virtutes secundario, secundum quod earum actus a charitate imperantur„.

16. X. Haec Thomistarum argumenta, quae mihi gravia semper visa sunt, si cuipiam persuadere non valent, a charitate profisisci omne meritum condignum; illud saltem ex iis quilibet inferre debet, majorem meriti abundantiam eos esse obtenturos, quorum actus, licet aliarum virtutum propriis ex charitatis impulsu dimanant. Cum enim meritum ex majori dignitate virtutis, quam exercemus, augeatur; et omnium virtutum maxima sit charitas; sin minus omne meritum condignum saltem ejus augmentum inde potissimum est repetendum. Rursus ex majoris intensionis, et et durationis circumstantiis meritum crescit, adeo ut opus ceteris paribus eo magis sit meritorium, quo magis intensa est voluntas operantis, et et diutius perseverat. Sed magis intensa sunt, magis que perdurant opera, quae fiunt ex charitate, quae benigna, et patiens est, omnia suffert, omniaque sustinet. Ergo magis sunt meritoria, quae charitas ordinat, atque ex ejus impulsu producuntur. Omnia vestra in charitate fiant, inquit Apostolus. Omnia igitur ex charitate originem habeant, omniaque in Deum propter se dilectum actuali, aut virtuali saltem relatione ordinentur. Actualis relatio, quod propositum nostrum spectat, est praesens charitatis actus, per quem operatio, quam aggredimur, refertur in Deum. Moraliter autem fieri non potest, ut homo, quum operatur, semper de Deo cogitet, et actu in eum summe dilectum semper intendat: et sicut artifex, inquit Angelicus .... si dum opus suum exercet, semper de regula artis cogitaret, multum in opere impediretur, ita multum impediretur homo in operibus bonis exercendis, si semper de motivo charitatis cogitare deberet.† Relatio autem virtualis, quae ad meritum sufficit, est actus charitatis praeteritus, per quem

†Itaque virtualis saltem adsit relatio. haec est actus

operatio, quae modo fit, in Deum fuerat antea relata. Verum ut praesens operatio virtute illius actus jam praeteriti fieri censeatur, satis non est, si actus ille jam longo tempore praecesserit; sed requiritur, ut operatio praesens mediatam saltem connexionem habeat cum actu praeterito, cujus vi, et impulsu aliquo sensu producatur.

17\. XI. Hactenus de conditionibus ad merendum necessariis ex parte operis. Sequuntur eae, quae ex parte operantis considerantur. Ac primo de quocumque merito seu congruo seu condigno loquamur, requiritur status viae. Ecclesiastes enim c. 9. v. 10. ,, Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Et Christus Joan. 9. ,, Venit nox, quando nemo potest operari,, in quem locum Augustinus ,, aliud, inquit, est tempus operationis, aliud receptionis ... cum vivis fac si facturus es: erit enim tunc nox valida, quae involvat impios,,. Itaque ,, <u>dum tempus habemus, operemur bonum,, ait Apostolus ad Gal. 6.</u> Et S. Hier. in cap. 6. epist. 2 ad Cor. tempus sementis est praesens vita: cum transierit, operandi tempus aufertur,,. Nempe status vitae praesentis ideo status viae nuncupatur, quia omnes veluti in stadio currimus, ut accipiamus bravium; dum vita finitur, cursus etiam consummatur. ,, Ergo, ut monet Apost. ad Gal. 6, dum tempus habemus, operemur bonum,, et sic curramus, ut comprehendamus.

18 XII. Quod si ad meritum condignum sermonem contrahamus non solum status viae, sed etiam status gratiae, scilicet gratiae habitualis et sanctificantis requiritur. ,, Sicut enim palmes, inquit Christus Joan. 15, non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis,, per fidem nempe, et gratiam habitualem. Hinc Concil. Trid. sess. 6 c. 16 ,, Cum ille ipse Christus Jesus tamquam caput in membra et tamquam vitis in palmites in ipsos justificatos jugiter virtutem influat ... nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est, quominus illis quidem operibus, quae in Deo sunt facta ... vitam aeternam ... vere promeruisse censeantur,,. Contra vero non-

nondum justificatos certissime supponens incapaces meriti condigni, quo gratiam habitualem obtineant, cap. 8. dicens, ut praemiserat, „Cum Apostolus dicit, justificari hominem gratis; ea verba eo sensu intelligenda sunt, ut... gratis justificari ideo dicamur, quia nihil eorum, quae justificationem praecedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promeretur„ Merito igitur S. Pius V. plures damnavit Baii propositiones, in quibus negabat gratiam ~~sanctificantem~~ habitualem ad meritum esse necessariam. Inter has erat 15. „Ratio meriti non consistit in eo, quod qui bene operatur, habeat gratiam et inhabitantem Spiritum Sanctum, sed in eo solum quod obedit Divinae legi„. Et 17. „Sentiunt cum Pelagio, qui dicunt esse necessarium ad rationem meriti, ut homo per gratiam adoptionis sublimetur ad statum deificum„. Horum vero ea ratio theologica reddi potest. Ad opus de condigno vitae aeternae meritorium requiritur, ut non tantum opus ipsum, verum etiam persona sit aeternae vitae proportionata; quum in morali aestimatione valor operis in alterius obsequium positi ab operantis dignitate maxime pendeat, ut est apertum in operibus Christi, quae saepe majoris valoris, quam merita ceterorum hominum non fuerunt sunt. At ad ejusmodi statum non aliter levatur homo quam per gratiam sanctificantem, qua filius Dei adoptivus, et regni caelestis haeres constituitur. Ergo.

14. XIII. Superest, ut conditiones expendamus, quae ex parte Dei sunt necessariae. Ad meritum congruum in actu secundo, seu quod praemium reipsa reportet, opus est Dei acceptatione in eo saltem posita, ut pro ejusmodi quam congruum praemium conferre decreverit. Nam licet hoc meritum de se aptum sit movere Deum, munificentissimum Remuneratorem ad aliquid retribuendum; tamen certum est absque ulla divinarum perfectionum laesione tale praemium posse illi denegari, quia Deus titulo supremi dominii omne obsequium a creaturis potest exigere. Ergo ut hujusmodi obsequia praemium aliquod consequantur necessarium saltem est decretum aliquod de praemio conferendo. Quamvis autem hujusmodi decretum satis sit,

non inde tamen cum Scoto dicimus, meritum congruum, si liberalis Dei promissio accedat, continuo meritum fieri condignum. Nam contritioni promissa est justificatio; neque tamen quidquam eorum, quae justificationem praecedunt, ut n.º superiore dictum est ex Trid. justificationem ipsam promeretur, merito scilicet condigno, quod solum vere et proprie meritum appellatur.

20. XIV. Ad meritum vero condignum ita est necessaria promissio retributionis, ut sine illa illud meritum non habeatur. Colligitur ex Scripturis, quae hujus promissionis frequentem mentionem faciunt. Hebr. 6 „fide et patientia haereditabunt promissiones„ et cap. 10 „ut voluntatem Dei facientes reportetis promissiones„. Jacob. 1. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se„. Id est apertum in superius recitatis Trid. verbis; cui praeiverant PP. hanc conditionem requirentes. Aug. l. de Verbis Apostoli serm. 16. „debitor, inquit, nobis factus est Deus, non aliquid a nobis accipiendo, sed aliquid quod ei placuit, promittendo„; et paulo post: hoc modo possumus exigere: redde quod promisisti, quia fecimus, quod jussisti„. Et s. Fulgentius in prologo lib. ad Monimum „se ipsum sua largitate dignatus est facere debitorem„. Quibus inhaerens s. Thomas 1. 2. q. 114. a. 1. ad 3. „Actio nostra non habet rationem meriti, nisi ex praesuppositione divinae ordinationis„. Quod inde confirmatur, quia merenti de condigno Deus debet mercedem, et coronam justitiae. Atqui homo suis operibus nulla ratione Deum obligare potest, nisi liberali promissione hanc sibi legem ipse indixerit. Ergo.

Caput VI.

Agitur de Objecto meriti; atque ea, quæ mereri possunt, ab iis, quæ sub meriti rationem non cadunt, accurate secernuntur.

21 XV. Ex iis, quæ de conditionibus ad meritum requisitis cap. antecedente statuimus, facile erit definire quænam opera sint, quæ in meriti censum deduci debeant, et quæ nam referri nullo modo possint. Itaque primam gratiam actualem nemo potest ne merito quidem congruo sibi promereri: nam ad meriti rationem habendam requiritur opus moraliter bonum et supernaturale (n. 7. 11 et 13. cap. præc.) At fide certum est contra Pelagianos, et Semipelagianos, opus supernaturalis ordinis sine Christi gratia fieri non posse: ergo sine eadem Christi gratia nullum meritum fingi potest. Quare concilium Tridentinum sess. 6. c. 5. declaravit „ ipsius justificationis exordium in adultis a Deo per Jesum Christum præveniente gratia sumendum esse, hoc est ab ejus vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis, vocantur „. Hinc ortum est illud Theologorum effatum: Principium meriti non cadit sub meritum; cujus veritas ita potest demonstrari. Fieri non potest, ut eadem res sub eadem ratione seipsa prior existat. Atqui si principium meriti caderet sub meritum, tunc sub eadem ratione ~~meritum~~ præmium prius se ipso existeret. Nam meritum quum de se moveat ad præmii retributionem, quia existit, ac proinde ipso præmio tanquam causa suo effectu prius existat; etiam principium meriti tanquam necessarium ad illud requisitum ipso præmio debet esse prius. Sed si principium meriti cadit sub meritum, ipsum præmium suo eadem ratione est principium meriti; ergo si principium meriti cadit sub meritum, sub eadem ratione præmium seipso prius existit.

22 XVI. Ad meritum condignum requiritur status hominis justificati (n. 12. 18.) ergo nemo peccator, scilicet mortali crimine inquinatus existens (i.e. condigno gratiam justificantem mereri potest. „ justificati gratis per gratiam ipsius „ inquit Apost. Rom. 3. quod ideo pronuntiatum fuisse notavimus ex Tridentino, quia nihil eorum, quæ justificationis beneficium præcedunt, ipsam justificationem meretur. Ratio est,

quia opera illa, quae ad justificationem disponunt etsi movente Spiritu Sancto fiant, nullam habent cum ipsa gratia sanctificante moralem aequalitatem. Haec enim aequalitas attenditur praesertim ex conditione personae operantis, quae sit in statu justitiae, sanctitatis, Dei amica, et filia ejus adoptiva. Quare gratia sanctificans est principium meriti condigni. Quum ergo principium meriti non cadat sub meritum, neque ipsam justificationem merito condigno potest peccator promereri: Potest tamen merito improprie dicto, seu congruo: nam s. Aug. epist. 105. ait „ sed neque ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat: neque enim nullum est fidei meritum „. Nimirum attenta Dei benignitate, qui omnia suaviter disponit, et multus est ad ignoscendum, congruum est, ut illorum, qui gratia Christi excitati, et adjuti toto corde misericordiam poscunt, et tota tribulatione animae suae odio habentes iniquitatem, a viis suis pessimis discedunt, misereatur Deus, eos lavet ab iniquitatibus eorum, et omnes iniquitates eorum deleat. Neque huic doctrinae adversatur Trid. Synodus statuens, ut paulo ante notabam, nihil eorum, quae justificationem praecedunt, ipsam justificationis gratiam promereri. Nam ab ejusmodi operibus excluditur solum meritum condignum, quod tantum meritum proprie et absolute nuncupatur, non etiam congruum, quod nonnisi cum aliqua restrictione meritum debet appellari.

23. XVII. Ut aliquid de condigno mereatur homo, ex parte Dei promissio retributionis est necessaria (n. 14). Nemo igitur justus potest de condigno alteri gratiam sanctificantem, aut sibimetipsi post lapsum reparationem mereri: neutrum enim in hac providentia a Deo promissum est. ~~Itaq.~~ quod primum spectat, s. Aug. tract. 102 in Joannem exponens ea verba Christi: si quid petieritis Patrem, in nomine meo, dabit vobis, ~~ita scribit hoc~~ habet „ ita sane intelligendum est, quod ait, dabit vobis, ut ea beneficia significata sciantur his verbis, quae ad eos qui petunt, proprie pertinent. exaudiuntur quippe

omnes sancti pro se ipsis, non autem pro omnibus exaudiuntur, vel amicis, vel inimicis suis, vel quibuslibet aliis: quia non utcunque dictum est, Dabit, sed Dabit vobis,,. Praeiverat Chrysostomus Hom. 10. ad Populum,, Utinam possibile esset, me pro vobis laborantem omnibus recte agere, sed non licet hoc -- ex propriis operibus punimur, et salvamur,,. Hac tamen non impediunt, quominus dicamus justum merito quodam improprie dicto, scilicet congruo alteri mereri gratiam qua ad justificationem ipsam disponatur, ac tandem justificetur. Nam Jacobi 5. legitur,, Orate pro invicem ut salvemini,, atque ut significaret orationem istam aliquo sensu meritoriam esse, subjungit,, multum enim valet deprecatio justi assidua,, Hinc Augustinus serm. 1. de sanctis ait,, Sic ergo exauditus est S. Stephanus, ut ejus orationibus deleretur peccatum, quod commiserat Paulus,, et serm. 4.,, Si martyr Stephanus non sic orasset, Ecclesia Paulum hodie non haberet,,. Concinit Angelicus, qui 1.2. hanc controversiam movens q. 114. a. 6. inquit,, Quia homo in gratia constitutus implet Dei voluntatem, congruum est, ut Deus impleat hominis voluntatem in salvatione alterius, licet quandoque possit habere impedimentum ex parte illius, cujus aliquis sanctus justificationem desiderat,,. Sed quum hujusmodi merito nulla certa, ac determinata promissio facta sit, evenire potest, ut congruum quidem sit, nec tamen efficax atque ideirco effectum expetitum non obtineat. Quare Jer. cap. 15. Si steterit Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum,,.

24. Justum autem dum juste vivit sibi mereri non posse post lapsum reparationem merito saltem condigno, inulto probatur illo Ezechielis 18,, Si averterit se justus a justitia sua, et fecerit iniquitatem -- omnes justitiae ejus, quas fecerat, non recordabuntur,,. Quibus verbis veritatis Angelicus q. proxime cit. ar. 7. ita concludit,, Ergo nihil valebunt ei praecedentia merita ad hoc quod resurgat. Non ergo aliquis potest sibi mereri reparationem post lapsum futurum,,. At potest ne saltem id sibi justus merito congruo promereri? Affirmantem quidem sententiam nonnulli pluribus rationibus, quae tamen plane me non persuadent

stabilire nituntur. Verum Angelicus loco modo citato „Respondeo, inquit, dicendum, quod nullus potest sibi mereri reparationem post lapsum futurum, neque merito condigni, neque merito congrui„. Ut cetera, quae hoc spectant argumentum accuratius persequamur, ita statuimus.

Assertio I.

De Fide credendum est, justos per bona opera vere sibi promereri augmentum gratiae, vitam aeternam, et caelestis gloriae augmentum.

Dogma istud a concilio Tridentino definitum est sess. 6. can. 32 ut cap. 4. hujus libri, n.° 10 ~~sub fine~~ dictum est, ubi synodi verba exscripsimus. Catholicae istius veritatis haec sunt praecipua firmamenta. Ac primo de gratiae augmento Prov. 4. v. 18. „justorum semita, quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectum diem„ Quae verba antequam referret S. Thomas 1. 2. q. 114. a. 8. „illud, inquit, cadit sub merito condigni, ad quod motio gratiae se extendit. Motio autem gratiae alicujus moventis non solum se extendit ad ultimum terminum motus, sed etiam ad totum progressum in motu. Terminus autem motus gratiae est vita aeterna. Progressus autem in hoc motu est secundum augmentum charitatis, vel gratiae secundum illud Proverbiorum etc quo recitato pergit„ Sic igitur augmentum gratiae cadit sub merito condigni„. Alterum est illud Ecclesiastici 18. v. 22. ne verearis usque ad mortem justificari„ cui simile est illud Apocal. 22. v. 11. Qui justus est, justificetur adhuc, et sanctus sanctificetur adhuc„. Hinc Faustus Regiensis instruct. ad Monachos „ Nullum sibi finem proficiendi faciat, nullum terminum constituat acquirendi, eum sibi dici audiat: non verearis usque ad mortem justificari„. Tandem Christus Joan. 14. „Si diligitis me, mandata mea servate, et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis„ in quae verba Aug. tract. 74. in Joan. ita scribit „Restat, ut intelligamus Spiritum S. habere illum, qui diligit; et diligendo mereri, ut plus habeat et plus habendo diligat„.

+ supra multa te constituam etc.

De vita aeterna pleni sunt praesertim novi foederis libri. „ ~~Venite benedicti~~ Euge serve bone et fidelis, Matthaei 25. v. 23. quia in pauca fuisti fidelis,+ intra in gaudium Dñi tui„ et versu 34. et seq. „Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare: sitivi, et dedistis mihi bibere etc. Jacobi 1. v. 12. ut caeteras taceam„ Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitae, quam repromisit Deus diligentibus se„. De Patribus unus item audiatur Aug. epist. 194. alias 105. ad Sixtum, quod testimonium supra etiam recensuimus„ Sicut merito peccati tanquam stipendium redditur mors; ita merito justitiae tanquam stipendium redditur vita aeterna„. Plurima aliorum Patrum testimonia apud Bellarmin legantur lib. 5. de justif. c. 4. ‡

‡ Quae quum ita essent, jure meritoque Lateranense 4tum generale Concilium capite primo dixit „ non solum virgines et continentes, verum etiam „ conjugati per fidem rectam, et operationem „ bonam placentes Deo ad aeternam merentur beatitudinem pervenire„.

Denique de gloriae augmento Joan. 14. v. 2. „in domo Patris mei mansiones multae sunt„ et 1. Cor. 15. alia est claritas solis, alia claritas lunae, et alia claritas stellarum. Stella enim differt a stella differt in claritate; sic et resurrectio mortuorum„. Quae S. Aug. tractat. 67. in Joan. ita complectitur„ multae mansiones diversas meritorum in una vita aeterna significant dignitates. Alia enim gloria solis, alia lunae, alia stellarum: sic et resurrectio mortuorum; idest tanquam stellae Sancti diversas mansiones, et diversas claritates in Caelo sortiuntur„. Et S. Fulgentius lib. de Trin. „ Tanto amplius alio in illa vita Deum videbit, quanto amplius alio in hac vita eum dilexit, praeceptisque ejus obediens fuit„. Quare merito ante Tridentinum etiam Concilium Florentinum in litt. S. unionis definivit, animas plene purgatas„ in Caelum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum Trinum et Unum sicuti est pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius„. +

Corrolarium I. justus non aliter augmentum gratiae, vitam aeternam, et caelestis gloriae augmentum mereri potest quam per opera salutaria. et virtutum exercitium. Sed quum haec sine gratiae actualis adjutorio fieri nequeant

1 .nost 5

possint, Deus Pater amantissimus, et providentissimus hæc abunde Filiis suis elargitur; quibus ipsi excitati salutariter operando una cum gratiæ sanctificantis, et cœlestis beatitudinis augmento nova in dies, et uberiora sibi auxilia promerentur. In hanc vero amplissimæ sunt divinæ promissiones, quibus ad bona opera, et præsertim ad orationem adhortamur, ut gratiam inveniamus, et auxilium in tempore opportuno. „Omnia, inquit Christus Marc. 11. quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, et evenient vobis„.

Corrolarium II. Argumenta, quibus ostendimus justos mereri gratiæ et gloriæ augmentum, et ipsius gloriæ consecutionem, si in statu gratiæ decesserint, præsertim autem Concilii Trid. verba meritum verum et proprium exprimunt. Eorum igitur meritum est condignum, quum alterum scilicet congruum non nisi cum aliquo additamento meritum nominetur. Et sane illi de condigno mereri dicuntur, quorum opera æqualitatem quamdam habent cum præmio, et quibus ex aliqua justitia saltem minus rigorosa merces debetur. At enim vero imprimis Scripturæ aliquam cum præmio æqualitatem, et ut ita loquar condignitatem justorum operibus inesse ostendunt et Sapientia 3. Deus tentavit eos et invenit eos dignos se„ et Lucæ 20. „Qui digni habebuntur sæculo illo, et resurrectione ex mortuis„ et 2. ad Thessal. 1. „ut digni habeamini in regno Dei„ ac demum Apocal. 3. „ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt„ justitiæ vero saltem minus strictæ nomine justis mercedem esse tribuendam clare produnt ea D. Pauli verba 2 ad Tim. 4. reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, justus judex; et Hebr. 6. non est injustus Deus, ut obliviscatur operis vestri„. Hinc S. Aug. lib. de natura et gratia cap. 2. „non est injustus Deus, qui justos fraudet mercede justitiæ„.

Corrol. III. Opera igitur justorum meritoria sunt vitæ æternæ ex condigno non solum ratione unius pacti, seu promissionis, verum ratione pacti, et operis simul; non quidem eo sensu, ut sine pacto vel accepta-

tione illorum opera non habeant cum vita æterna
proportionem, sed quia non tenetur Deus acceptare ad
illam mercedem opus bonum, quamvis ipsi mercedi æquale
nisi conventio intercedat. Quare Patres et Scripturæ
ubicunque dicunt Deum fidelem et justum esse in reddendo
præmio, fere semper mentionem faciunt promissionis.
<u>At solam Dei promissionem ad meritum condignum cum</u>
Verum hac Dei promissione supposita, non unius fidelita-
tis, sed etiam titulo justitiæ conferri justis coronam
significant adducta testimonia. Hoc autem justitiæ de-
bitum, subintellecta ubique Dei acceptatione, oritur ex ipsa
operum æqualitate, quam habent cum præmio, quæ operum
dignitas, et valor ex meritis Christi nobis in justificatione
communicatis repetenda est. Inde enim viva ejus mem-
bra efficimur, cujus influxum veluti a capite jugiter
recipimus, et cujus virtute opera nostra quam maxime
nobilitantur. Si unius fidelitatis nomine condigni, ut ita
meritis Deum mercedem rependere dicamus, præterquam quod
adductæ scripturæ adversari videantur, nulla reddi ratio
poterit, cur justificatio, quæ hominis perfecte contrito promissa
est, non tamquam merces merito condigno sit retribuenda;
cum tamen Apostolus alte clamet nos gratis justificatos
esse, et Concil. Trid. aperte asserat, nihil eorum quæ justi-
ficationem præcedunt, ipsam justificantem gratiam promereri.
Sed ad quamnam justitiæ speciem hæc merces justorum
operibus conferenda debeat revocari, non una est theologo-
rum opinio. Nonnulli eam referunt ad justitiam commutati-
vam, quæ perfectam et omnimodam æqualitatem inter datum
et acceptum attendit, ut fit in emptione, et venditione.
Alii eam revocare videntur ad solam justitiam distributivam,
secundum quam prudens gubernator vel dispensator, ut ait
Angelicus (1. q. 21. a. 1.) dat unicuique secundum suam di-
gnitatem. Plures denique eam utrinque affirmant ad justit.
distributivam, cui tamen nescio quid justitiæ commutati-
væ sit admiscendum. Postrema sententia, quæ forte commu-
nior est, mihi et verisimilior videtur.

Corr. IV. Cum audis Deum et fidelem et justum
esse in mercede justis conferenda, cave ne inde inferas

verū ita quod justum est retribuere, ut suis amicis nihil supra condignū eorū meritū elargiatur; quod non solum justus et fidelis sit, verū etiā summe benignus, ac liberalis Deū opera bona remunerare ex mera liberalitate supra condignū, communis Theologorū sententia, inquit Belarminus, constanter affirmat, cui opinationi S. Thomas, et D. Bonav. consentit, ut ipse testatur. Rectissime. id enim non suadent modo sed et persuadent luculentissima Scripturarū testimonia. Matthæi 5. ait Dominus „ Gaudete, et exultate, quoniā merces vestra (non qualiscunque, sed) copiosa ē in Cælis„ Et apertius Lucæ 6„ mensurā bonā, et confertā, et coagitatā, et supereffluentem dabunt in sinus vestros„. Ita Matth. 20. in parabola Patris familias operarios mittentis in vineā suā multis integrā mercedē dari videmus, qui tamen integrū diem non laborassent. Atque id non ex justitia, sed ex liberalitate factū esse, indicat Dñus illis verbis „ Volo huic dare, sicut et tibi. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequā est, quia ego bonus sum„? Addo S. Fulgentiū, qui lib. 1. ad Monimū cap. 10. rationem reddens cur vita æterna dicatur Gratia, cum merces sit meriti, sic loquitur „ Gratia autem etiam ipsa non injuste dicitur quia non solum donis suis Deus dona sua reddit; sed quia tantū etiā ibi gratiæ divinæ retributionis exuberat, ut incomparabiliter, atque ineffabiliter omne meritū, quantumvis bonū et ex Deo datū, humanæ voluntatis, atque operationis excedat„. Utrum autem operibus malis Deus citra condignū pœnā reddat, quamvis id affirmare multis Theologis placuerit, non est ita certum, nec inveniuntur Scripturæ loca, quibus id facile confirmetur.

His maxime consentanea est proscriptio illius propositionis quā docuerat Lovaniensis ille Doctor, cujus articulos plures damnavit Pius V. „ Opera bona justorum non accipient in die judicii extremi ampliorem mercedē quā justo Dei judicio merentur accipere„

Corrol. V. Ex supra recensito Tridentini Canone, quo omnes Assertionis nostræ partes comprehenduntur, et mire confirmantur, orta est inter Theologos disceptatio, utrū non solū cælestis gloriæ augmentū, sed ipsius etiam consequutionē, sive primū ejus gradū justus mereatur. Verū illo ipso canone quæstio hæc dissolvenda videtur. Si enim justi non nisi gratiæ et gloriæ accessionē

mereantur, quo factum est, ut Synodus illa de quali-
bet vocula adeo sollicita, in ipsis canonibus, hoc est
in ipsa fidei Catholicae definitione et augmentum gra-
tiae, et vitam aeternam, et aeternae vitae consequutionem,
et etiam gloriae incrementum in meriti censum referret.
Scripturae insuper, quas commemoravimus, et plurimae
quae addi possunt, non unum gloriae auctum, sed ipsam
vitam aeternam, ingressum in eandem, ejusque possessio-
nem justorum meritis adscribunt. Quum igitur a lucule-
ta scripturarum phrasi absque gravi aliquo argumen-
to recedere non liceat; quidnam causae recedendi affer-
ri poterit? Haereditatis nomine, inquiunt plures, non
eorum meritis caeleste illud patrimonium Dei filiis [illegible]
Ratio praecipua, instant alii, haec est, quia actus con-
tritionis, quo peccator sese ultimo ad justificationem
disponit, et quo, si sub meritum caderet, primum beatitu-
dinis gradum mereretur, nequit a primo gradu gratiae
ad primum beatitudinis gradum promerendum elevari: Ne-
que enim contritio ab homine peccatore ad justificatio-
nem obtinendam elicita proprie dici potest actus hominis
justi, quum justitiam non sequatur, sed antecedat. Verum
etsi haec ratio mihi efficax et ineluctabilis videtur
ad probandum hominem peccatorem per actum contritio-
nis, qui justificationem praecedit, non posse primum glo-
riae libamentum promereri; quid obstat, ne per alios actus
justificationem consequentes illud mereatur? Nonne Christus,
licet ratione unionis hypostaticae ei debita fuerit gloria
corporis redivivi, eam tamen reipsa sibi meritus est, ut
communiter traditur in tractatu de incarnatione.
Sed dices cum Antonio Corbeo, cujus e superior ratio trahi-
gloriam corporis redivivi non fuisse debitam Christo inde-
pendenter ab ejus meritis, passione et morte consummata;
sed primum gradum gloriae nobis deberi ex primo gratiae
gradu quocumque merito secluso, ut patet in parvulis.
At dum haec dicis, te penitus oblitum ostendis Apostolicae
illius sententiae Rom. 8. „ Si autem filii, et haeredes
haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi; si tamen
compatimur, ut et conglorificemur „; itaque et quia

primo asserebant, et modo repetit Luther, penitus subvertunt, quando per gratiam habitualem quis efficitur Filius Dei, haeres quidem ejus constituitur, hoc tamen pacto, ac debito, ut + abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur Dominum Jesum, ut cum ipso conglorificetur. Atque hoc infantibus adulti in Caelo praestabunt. Atque hoc adulti, qui post acceptam justificationem per opera bona meruerunt, in Caelo praestabunt infantibus, et iis, qui in annis discretionis vix justificati decesserunt, non solum quod illi ampliorem gloriam obtinebunt, sed etiam quod ipsam gloriam et primum ejus gradum solo haereditatis jure isti consequentur, illis vero simul erit et Patris haereditas, et corona victoriae. Quare Concilium non parvulorum, aut eorum, qui vix justificati morte rapiuntur, quorum nulla sunt sed justorum, qui viva Christi membra effecti ejus Gratia suffulti bene ac salutariter operantur, merita recensuit, ac declaravit.

+ si post adeptum rationis usum vixerit, abnegetet.

Corrol. VI. Ex eo, quod justi vere mereantur aeternam gloriam, colligimus etiam bona temporalia, prout ad aeternam beatitatem aliquo modo conducunt, sub meritum cadere. Hanc Doctrinam, quae est Angelici Praeceptoris 1.2.q. 114 a. 10 ejusdem verbis expono „ Si temporalia bona ~~quae~~ considerentur, prout sunt utilia ad opera virtutum, quibus perducimur in vitam aeternam; secundum hoc directe et simpliciter cadunt sub merito, sicut et augmentum Gratiae, et omnia illa, quibus homo adjuvatur ad perveniendum in beatitudinem post primam gratiam. Tantum enim dat Deus viris justis de bonis temporalibus, et etiam de malis, quantum eis expedit ad perveniendum ad vitam aeternam -- Unde dicitur in Psalm. 33 v. 11. Timentes (vulgata inquirentes) autem Dominum non minuentur omni bono, et alibi (Psal. 36. v. 25.) Non vidi justum derelictum etc. Si autem considerentur hujusmodi temporalia bona secundum se, sic non sunt simpliciter bona hominis, sed secundum quid, et ita non simpliciter cadunt sub merito, sed secundum quid; in quantum scilicet homines moventur a Deo ad aliqua temporaliter agenda, in quibus suum propositum

consequuntur, Deo favente, et sicut vita æterna est simpliciter præmium operum justitiæ per relationem ad motionem divinam: ita temporalia bona ipse considerata habent rationem mercedis, habito respectu ad motionem divinam, qua voluntates hominum moventur ad hæc prosequenda: licet interdum in his non habeant homines rectam intentionem". Quæramus igitur primum Regnum Dei, et justitiam ejus, et quantum opus est ad æternam beatitatem, hæc omnia adjicientur nobis.

Assertio II.

Non potest homo quamvis justus ~~et~~ merito condigno, nec congruo habente infallibiliter effectum mereri Perseverantiam finalem.

Ostenditur. Apostolus 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, videat ne cadat", et Phil. 2. Cum metu et tremore vestram salutem operamini. Deus enim est, qui operatur in nobis velle et perficere pro bona voluntate". Quibus verbis ad vigilandum quidem adhortamur, ut perseveremus; sed simul etiam monemur, sicut initium nostræ salutis, scilicet velle, ita perfectionem seu perseverantiam non meritis nostris, sed Dei voluntati et beneplacito esse tribuenda. Jam alibi demonstratum a nobis est, finalem perseverantiam esse specialissimum Donum Dei munificentia electis præparatum. Potest igitur Deus recto judicio homini justo gratias efficaces subtrahere, ~~atque ita~~ decernere; et sicut parvulum rapit, ne malitia voluntatem ejus mutet, ita aliquando permittit, ut justificatus delinquat, et extra justitiæ statum moriatur, postquam a justitia sua mala voluntate recessit. Quippe sicut figulus habet potestatem faciendi alia vasa in honorem, alia in contumeliam, ita supremus Dominus elegit vasa misericordiæ, in quæ suæ gratiæ divitias effundit, et sustinet vasa iræ ad suæ justitiæ ostensionem. Hinc de Electis reprobisque cecinit Honorius Fortunatus:

Quale placet figulo, vas fictile tale paratur;
Quando placet figulo, vasa soluta ruunt.

Magnus Augustinus, qui multis in locis, hanc sententiam docuit, ita illam confirmat de dono Persev. cap. 9.

„Ex duobus piis, cur huic donetur perseverantia usque in finem, illi non donetur, inscrutabilia sunt judicia Dei„: At in hoc non essent inscrutabilia Dei judicia, si justus merito aliquo infallibiliter ad effectum connexo perseverantiam mereri posset. Sicut non sunt inscrutabilia in eo, ut alter adultus justificetur, alter non justificetur, quum merito de congruo et infallibili justificatio possit obtineri; ac proinde responderi queat, ideo hunc, non autem illum justificari, quia hic, non autem ille contritionem elicuit, per quam infallibiliter justificatio obtingit. Sed luculentius suam mentem prodit cap. 15. ejusdem libri, ubi ait „ Satis dilucide ostenditur et inchoandi et usque in finem perseverandi gratiam non dari secundum merita nostra, sed dari secundum ipsius secretissimam, eandemque justissimam, sapientissimam, beneficentissimam voluntatem„.

Accedit Synodus Arausicana, et Trid. illa contra Semipelagianos can. 1. ita statuit„ Adjutorium Dei invenatis et sanctis semper est implorandum, ut ad finem bonum pervenire, vel in bono possint opere perdurare„; Sed quod nonnisi precibus impetratur, non habet veri meriti rationem, sicut pauperi supplicanti eleemosyna ut merces non debetur. Trid. vero cap. 13. de hoc ineffabili Dei dono agens inquit„ nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur„ et can. 32. definiens justos vere mereri vitam aeternam, et ipsius vitae consequutionem„ si tamen, inquit, in gratia decesserint„; Quibus verbis non obscure notat, magnum illud perseverandi donum ex sola Dei misericordia esse expectandum.

Objicies. Deus justis promisit perseverantiam Jer. 32. timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant a me„; et Christus vigiliis et orationibus eam alligavit Matth. 26. Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem; nec non Luc. 21 Vigilate omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, fugere quae futura sunt, et stare ante filium hominis„; Quod si etiam perseverantia justis promissa est, quid impedit, quominus sicut tot alia, ita et perseverantiam certissime possint mereri?

Rx. quod ad primum Scripturæ locum, generatim Ecclesiæ, in qua existunt Electi, non autem cuipiam in particulari promissam fuisse Perseverantiam. Porro quid magis apposite afferri posse videtur, quam illud Hebr. 13. v. 5: Non te deseram, neque derelinquam. Sed inde colligere quidem licet Deum justis non denegare auxilia sufficientia, quibus et vitare peccatum, et bene agere, et in bono perseverare possunt: at non item eum justis conferre auxilia semper efficacia, quæ dent victoriam, et usque in finem perseverantiam. Ex quo enim „Deus namque sua gratia semel justificatos non deserit (qua tamen conditione?), nisi ab eis prius deseratur„ Concil. de justific. cap. 11. Si enim omnibus justis perseverantiam concederet, justificationis gratia non nisi prædestinatis ad vitam contingeret, hoc est nemo semel justificatus esset damnandus, quod ipsum damnavit Concilium can. 17. Quod Evangelistarum, imo Christi verba spectat, respondeo, vigiliis et orationibus ita perseverantiæ donum alligatum esse, ut ex vigilantibus et orantibus nonnisi qui perseveravit usque in finem (Matthæi 10. 22.) sit salvandus. Nonne vides, dum vigilantiæ atque orationibus perseverantiam finalem promissam esse affirmas, te in ea conditione, quam requiris perseverantiam ipsam includere? Quanto enim tempore orare debeo? Ait Christus Lucæ 18. 1. oportet semper orare et non deficere. Quantum debeo vigilare? Sed tu ipse verba Christi recitasti? Vigilate omni tempore orantes.

Obj. 2. justus de condigno cœlestem hæreditatem ejusque augmentum meretur. Merebitur ergo etiam perseverantiæ donum, sine quo vitam æternam consequi non potest. Perseverantia enim est medium præmy necessarium ad beatitudinem obtinendam, quo qui caret, ipsa beatitudine careat oportet.

Rx. ~~quærendo, mentum~~ Annon etiam prima gratia actualis est medium necessarium ad obtinendum ea, quibus consequenter mereri possumus justificationem; et gratia sanctificans ad quodlibet condignum meritum habendum. Quis tamen dicat, aut primam gratiam sub meritum congruum venire, aut peccatorem merito condigno sibi justificationem comparare? Nemo scilicet prorsus

sua liberalitate talenta distribuit, et pro libito operantes vocat, at ex justitia servis fideles de reportato lucro remunerat, et pro conventione statutum denarium solvit. Meritis nostris ita æternam felicitatem, ejusque incrementum vere et proprie mereri possumus, ut tamen numquam illam simus recepturi, nisi impleta illa Tridentini Conditione, si tamen in gratia decesserimus, aut illa Apostoli, si tamen compatimur, ut et conglorificemur. Voluit autem Deus perseverantiam tamquam mercedem, et justitiæ coronam nobis proponere, ne quis præsumeret, sed unusquisque ad finem usque vigilaret, et oraret, ac cum metu et tremore salutem suam operaretur.

Quæres num merito congruo, aut saltem ex iis, et assiduis precibus Perseverantiæ donum possit obtineri. R. id esse constanter asserendum. Apertissimis enim testimoniis, quibus Orationis vis et efficacitas, imo, ut ita loquar, omnipotentissima ejus virtus commendatur, pleni sunt tum veteris, tum novi fœderis libri. „ Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam, et misericordiam suam a me, (psalmo 65.). Tu Domine suavis et mitis, et multæ misericordiæ omnibus invocantibus te (ps. 85.). Clamabit ad me, et ego exaudiam eum (ps. 90.). Clama ad me et exaudiam te (Job. 33.) Adhuc illis loquentibus, ego audiam (Is. 65.) Ad vocem clamoris tui, statim ut audierit respondebit tibi (Is. 30.); At quod multifariam multisque modis olim loquutus est [illegible] in Prophetis, novissime loquutus est nobis in Filio suo. Omnia quæcumque petieritis in oratione credentes accipietis (Matth. 21.) Quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, et evenient vobis (Marci 11.) Petite, et accipietis; quærite et invenietis; pulsate et aperietur vobis (Luc. 11.) Quodcumque volueritis petetis, et fiet vobis (Joan. 15.). Quid Patres commemorem, qui una voce omnia oranti possibilia esse conclamant? Ah Domine doce nos orare, quia sæpe quid postulemus ignoramus.. Audi iterum Matth. 6. Christum loquentem: Sic vos orabitis: Pater noster, qui

es in Cœlis; sanctificetur nomen tuū etc. Verum enimvero si hujus ss. Orationis petitiones singulas cū Augustino lib. de Dono Perseverantiæ accuratissime expendamus, in singulis hominē justificatum hoc præcellentissimū Donū a Deo poscere inveniemus. „ An quisquā sanctorum est, inquit Aug. cap. 2., qui non sibi poscat a Deo ut perseveret, quum ipsa oratione, quæ Dominica nuncupatur, quando oratur a Sanctis, nihil pene aliud quā Perseverantiā posci intelligatur? „ Quis autem sibi in animū inducat, Christū Jesū, postquā tam sæpe tam aperte Orationis efficacitatem prædicasset, nobis præcepisse, ut sine intermissione Perseverantiæ bonū ab a Deo peteremus, nisi paratus esset eam nobis misericorditer elargiri? „ Cur perseverantia ista, inquit Aug. cap. 2, poscitur a Deo, si non datur a Deo? „ Itaque ille solum veræ perseverantiā desperet, qui eam non petit, aut bene ac perseveranter non petit. „ Namque, ut idem Aug. c. 16. „ constat alia Deū dare etiam non orantibus, ut sicut initiū fidei; alia non nisi orantibus præparare, sicut usque in finē perseverantiā „. Verū non modo eā nos posse precibus impetrare, sed aliquo etiam modo e mereri, capite sexto idē S. Doctor aperte confitetur. Cum enim Semipelagianorū sensa illis verbis retulisset „ Sed nolunt isti Fratres ita hanc perseverantiā prædicari, ut non vel suppliciter emereri, vel amitti contumaciter possit; atque ob hanc doctrinæ eorū imprudentiæ redarguerit; illud prohibet. „ Hoc ergo Dei donū suppliciter emereri potest, sed cum datum fuerit amitti contumaciter non potest. „ Atsi ve illud merito congruo emereri, sive observatione impetrare valeamus nos pie, humiliter, assidueis et enixis precibus sine intermissione illud petamus, et dabitur ubique dabitur nobis.

Atque hic Tractatui in laudē gloriæ Christi gratiæ suscepto finem imponā. Cum alia plura in hoc argumento difficillima occurrant, quæ nemo ū extricari potuerunt, nec forte unquā explicabuntur; tum maxime Perseverantiæ abyssus, in quā alia multa recidunt, quemadmodū in mare tandē aquæ omnes redundant

Sed quæ divinitus revelata non sunt, quamvis honeste ac laudabiliter addiscantur, sine æterna tamen salutis discrimine possunt ignorari: illud potissimum curæ omnibus esse debet, ut quam Christi gratiam cognovimus et prorsus necessariam ad salutariter agendum, et mirabiliter ineffabilem in cordibus hominum immutandis, et uberrimam in impii justificatione ac merito bonorum operum, et nonnisi aliquibus tandem ex ipsis justificatis secretissimo, ac justissimo Dei judicio ad perseverandum concessam; eandem non per nos partam, sed divinitus per J. Christi merita ad nos delatam in finem usque retineamus, ut venturam iram fugere, et ante filium hominis stare mereamur. Quamobrem in Dei auxilio firmissimam spem collocemus satagentes, ut per opera bona certam nostram vocationem, et electionem faciamus. Deus enim sua gratia semel justificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur, et sicut cœpit opus bonum, ita perficiet operans velle et perficere. Verum qui se existimant stare videant ne cadant; et cum timore ac tremore salutem suam operentur in laboribus (Trid. sess. 6. c. 13), in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus et oblationibus, in jejuniis et castitate. Namque in spem gloriæ et nondum in gloriam renati formidare debent de pugna quæ superest cum carne, cum mundo, et diabolo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia obtemperent Apostolo dicenti: Debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus: si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis vivetis.

Die Octava Paschatis

3 Aprilis 1785.

Tractatus
De Gratia Christi.
Præfatio.

De Gratia Christi
Libri V.

(1) Ut primum ex Augustissimo incarnationis mi- (1) Quotiescumque
sterio, de quo anno superiore actum est, ad uberri-
mas Divinæ Gratiæ abundantias, quæ inde proflu-
xit, me animo et cogitatione (2) converti; jucunditas ar- (2). confero; toties
gumenti, quo nullus suavius, nullum humano generi
optabilius excogitari potest, me summo gaudio perfu-
dit. Benedictus, inquit Apostolus, Benedictus Deus,
et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos
in omni benedictione spirituali, in Cœlestibus in Christo.
Cum enim essemus natura filii iræ, et mortui pec-
catis; propter nimiam Charitatem suam convivificavit
nos in Christo, per quem accessum habemus in Gratiam
istam, in qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ fili-
orum Dei. Sed terret quod dictum est Moysi: miserе-
bor, cujus misereor, et misericordiam præstabo cujus
miserebor. Non igitur volentis, neque currentis, sed
miserentis est Dei, qui cujus vult miseretur, et quem
vult indurat. O altitudo divitiarum sapientiæ et
scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia
ejus, et investigabiles viæ ejus! Quisquis es, pergit
Augustinus, si inscrutabilia scrutari venisti, et inve-
stigabilia investigare venisti, crede, jam periisti
(serm. 27. de versiculis psalm. 95.). Hæc curiosius
investigantes Pelagiani naufragium fecerunt; in hunc
scopulum Massiliensium audacia impingens demersa
est in profundum; et quotquot Prædestinationorum

Centimetres
Inches
Farbkarte
Sachverständigen-Zubehör.de
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Grey Black